UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

**Dominicus**

**Francofurti, 1613**

Polyantheæ Novæ Liber X.

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

# POLYANTHEÆ NOVÆ LIBER X.

## Labor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LABOR, Græce πόνος,ȣ,ὁ,& πονέω, laboro dicitur. Eſt autem labor functio quædam vel animi, vel corporis grauioris operis & muneris, *ſecundum Cic. lib. 2. Tuſc. quæſt.* Antiqui dicebant labos, ſicut honos, lepos: hinc laboro verbum deducitur, quod nonnunquam ſignificat fatigor, & cum labore ago, & metaphoricῶs male habeo, quare laborare podagra, & huiuſmodi dicimus. Interdum idem eſt, quod conor, & enitor, quod etiam ſignificat eius compoſitum elaboro. Item illaboro, quod eſt labore vaco.

Differunt autem inelaboratum & illaboratum, quod inelaboratum dicitur, quod non ſatis artificioſe excultum eſt. illaboratum vero, quod ſine labore videtur factum: illud vitio dari ſolet, hoc laudis. Aliquando laborare eſt componere. Virg. *Arte laboratæ veſtes, id eſt, compoſitæ.* hinc laborioſus, laboris ſuſtinens: & laborioſum, quod multo labore perfectum eſt.

Labor, Hebr. *Iaghabha*, labor, & res parta labore. Iob 20. 18. *Ieghibha.* labor defatigans hominem, defatigatio, fructus item laboris. *Pſalm.*128.2.*Eſa.*55.2. *Ieghibha*, defatigatio laborioſa, labor moleſtus, *Eccl.*12.14 à verbo *Iaghabha*, Laborauit: quod refertur potius ad animum quam ad corpus: fatigatus eſt labore. Cognationem habet cum *Gahbah*, mugiuit, & *Naghah, attigit*: vnde *Negahh* plaga: item cum *Ghaiah* exſpirauit. Significat enim tanto affectu & labore adſpirare ad rem aliquam attingendam vt animus mugiat. & vix reſpirare poſſit. Hinc ἀγάζω & ἀγάζομαι, laboro, triſtitia afficior. 2. *hhamal* verbum, i. laborauit cum moleſtia & defatigatione: propriè ſignificat durum exercere laborem, qui corpus & animam defatigare ſolet, vt olim in piſtrinis molæ: transfertur deinde ad alios duros labores. Hinc μῶλος labor, & μύλλω molo, μύλη, μύλος, mala, *meule* Gall. μύλων dens maloris μύλων molendinum, piſtrinum, *le moulin*. A verbo *hhamal* nomen eiuſdem ſoni. *Pſalm.*7.1.5.*Eccl.*1.3.*Pſal.*73.5. Et quid eſt aliud labor, nobis poſt peccatum impoſitus quam nonnullis honeſtum, aliis autem moleſtum piſtrinum? Piis autem, Deum amantibus labor & defatigatio tum animi tum corporis cedit in bonum. *Pſalm.*128.2.

¶ LOCI BIBLICI.

Labor manuum præcipitur, *Pſalm.*128.2.*Prou.*10.4.& 12.11.& 13 4.& 20.4.& 28.19.& 31.27.*Eccl.*5.11.*Epheſ.*4.28.1.*Theſſ.*4.11.2.*Theſſ.* 3.v.10.12. Labor & dolor omnibus communis, *Gen.*2.15.& 3.v.17.19 *Exod.*20.9.& 34.21.*Deut.*5.13.*Tob.*2.19.*Pſalm.*128 2.*Prou.*6.6.& 10.4 & 14.4.4 & 20.4.*Eccl.*5.11.*Iob.*5.7.*Eccl.*29.20.*Ioan.*21.3.*Actor.*18.3.& 20.34.1.*Cor.*4.12.*Epheſ.*4 28.1.*Theſſ.*2.6.& 4.1.1.2.*Theſſ.*3.v 8.12. Labor non ditat ſine Dei benedictione, *Gen.*3.17.& 26.v.3.12 & 30.27. *Deut.*8.18 *Iob.*42.12.*Pſalm.*127.2.*Prou.*10.22.*Eccl.*11.6, Ad laborem naſcitur homo. *Iob.*5.7.

Laboris manuum & agriculturæ laus & vtilitas, *Prou.*12.11.& 13. 4.& 14.23.& 24.27.& 28.19.

Laboranti merces debetur, *Leuit.*19.13 *Deut.*24.15.& 25.4. *Tob.* 4.15.*Eccl.*7.22.& 34.v.25.26.*Ierem.*22.13. *Malach.*3.5. *Matth.*10.10. *Luc.*10.7.1.*Cor.*9.v.9.14.1.*Tim.*5.18.*Iac.*5.4.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

In labore comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. *Gen.*3.

Iſte (ſcilicet Noe) conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui maledixit Dominus. 5.

Homo naſcitur ad laborem. *Iob.*5.

Anima laborantis laborat ſibi: compulit enim eum os ſuum. *Prouerb.*16.

Non oderis laborioſa opera, & iuſtificationem creatam ... tiſſimo. *Eccl.*7.

Et laboramus operantes manibus noſtris. 1.*Cor.*4.

Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri, & fatigationis ... nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. 1.*Theſſ.*2.

Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis: & vt honeſte ambuletis ad eos, qui foris ſunt, & nullius aliquid deſideretis. 4.

Ipſe enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo: ſed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatem: ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. 2.*Theſſ.*3.

Quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquiete, nihil operantes, ſed curioſe agentes: his autem qui eiuſmodi ſunt, denunciamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. *ibid.*

Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui, ſicut ipſi ſcitis: quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit: Beatius eſt magis dare, quam accipere. *Actor.*20.

Tulit ergo Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. *Gen.*2.

Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium diuitias parat. *Prou.*10.

Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius eſt confuſionis. *ibid.*

In omni opere bono erit abundantia: vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. 14.

Melior eſt, qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget plane. *Eccl.*10.

Vita ſorte ſua contenti, operaque ſua viuentis, ... tem, ſed vtraque maiorem qui theſaurum nactus eſt. 4.

Dignus eſt enim operarius mercede ſua. *Luc.*10.

Vnuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem. 1.*Cor.*3.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Diuerſis ſeminibus pectoris tui colles ſere, nunc alimoniis ... ocribus, nunc ieiuniis parcioribus, lectione, opere, prece, ... tio laboris induciæ ſint quietis. *Aug. de Virg.*

Citius auditur vna oratio obedientis, quam decem millia contemnentis: talis fuit oratio Pharisæi. *De oper. monach.*

Non deſinatis in labore perſiſtere quia ſubleuatio laboris ... tium collaborantis. *Greg.* 5. *Mor.*

Sancti viri quod labores nunc veritati commendantes ... tot iam remunerationis ſuę pignora intra ſpei ſuæ cubiculum ... ſa tenent. *Greg. in Mor.*

Quibuſdam prauis mentibus nihil eſt laborioſius, quam ſi eis præcipiatur, vt in huius mundi actibus non laborent. *ſuper Ezechielem.*

Nullus labor durus, nullum tempus videri longum debet, quo gloria æternitatis acquiritur. *Hier in epiſt.*

Quantis ſudoribus hæreditas caſſa expetitur, & minore labore promiſſa margarita Chriſti emi poterat. *ad Nepotia.*

Qui in labore hominum non ſunt, in labore profecto Dæmonum erunt. *Bern. ſuper Cant.*

Cauſam laboris cogitet in labore, vt ipſa ei pœnam, quam patitur, repræſentet. *In ſerm.*

Laborem & dolorem multi ſuſtinent, quem tamen Deus non conſiderat. *Serm. de pœnit.*

Ad laborem cum veneris, ſic temperabis opus agendum, vt ... citudo operis intentione animi ab iis, quæ Dei ſunt, non auertat. *In Doctrin.*

Libentius

Libentius ſuſcipitur labor pro deſiderio voluntatis, quam pro amore virtutis. *Leo Papa de ieiunio, &c.*

Omnes huius ſæculi dilectores in terrenis rebus fortes ſunt, in cœleſtibus debiles. Nam pro temporali gloria, vſq; ad mortem deſudare appetunt: & pro ſpe perpetua nec parum in labore quidem ſubſiſtunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœleſti mercede vel tenuiſſimi verbi ferre contumeliam recuſant. Terreno iudici toto etiam die aſſiſtere fortes ſunt, in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento laſſantur. Sæpe nuditatem famem pro acquirendis diuitiis atq; honorib tolerant: & earum rerum ſpe ſe per abſtinentiam cruciant, ad quas adipiſcendas feſtinãt: ſuperna autem laborioſe quærere tanto magis diſſimulant, quanto magis ea retribui tardius putant, *Idem 19. Moral & habetur diſtin. … omnes.*

¶ SENTENTIAE POETARVM.

Claud. in nupt. Honorii.

*Non quiſquam fruitur veris odoribus,*
*Hyblæos latebris nec ſpoliat fauos,*
*Si fronti caueat, ſi timeat rubos,*
*Armat ſpina roſas, mella legunt apes.*
*Herculem duri celebrant labores,*
*Ille Centauros domuit ſuperbos,*
*Abſtulit ſæuo ſpolium leoni,*
*Fixit & certis volucres ſagittis,*
*Poma cernenti rapuit draconi,*
*Aureo læua grauior metallo*
*Cerberum traxit triplici catena*
*Victor immitem poſuiſſe fertur*
*Pabulum ſæuis dominum quadrigis,*
*Hydra combuſto periit veneno.*
*Fronte turbatus Achelous animi.*
*Ora demerſit pudibunda ripis.*
*Strauit Antæum Libycis arenis.*
*Cæcus Euandri ſatiauit iras.*
*Quoſq; preſſurus foret altus orbis,*
*Setiger ſpumis humeros notauit.*
*Vltimum cœlum labor irreflexo*
*Suſtulit collo, pretiumq; rurſus*
*Vltimi cœlum meruit laboris.*
*Ite nunc fortes, vbi celſa magni.*
*Duxit exempla via,*

Ouid. 1. de Pont.

*Confiteor facere hoc annos: ſed & altera cauſa eſt,*
*Anxietas animi, continuuſq; labor,*
*Cernis vt in duris (& quid boue firmius?) aruis*
*Fortia taurorum corpora frangat opus.*
*Quanunquam vacuo ſolita eſt ceſſare nouali,*
*Fructibus aſsiduis laſſa ſeneſcit humus.*
*Occidet, ad Circi ſi quis certamina ſemper*
*Non intermiſſis curſibus ibit equus.*
*Firma ſit illa licet, ſoluetur in æquore nauis,*
*Quæ nunquam liquidis ſicca carebit aquis.*
*Me quoq; debilitat ſeries immenſa laborum:*
*Ante meum tempus cogor & eſſe ſenex*
*Otia corpus alunt, animus quoq; paſcitur illis:*
*Immodicus contra carpit vtrumq; labor.*

Hor. in Art.

*Qui cupit optatam curſu contingere metam,*
*Multa tulit, fecitque, puer ſudauit & alſit,*
*Abſtinuit Venere & vino.*

Idem in epiſt.

*Si non*
*Intendas animum ſtudiis, & rebus honeſtis,*
*Inuidia vel amore vigil torquebere.*

Tibull.

*Nec te pœniteat duros ſuiſſe labores,*
*Aut operi inſuetas attenuaſſe manus.*

Verinus.

*Quem potes æterno pro munere ferre laborem?*
*Mercedi an tanta par labor eſſe poteſt?*

Ouid. 2. Art.

*Dum vires animique ſinunt tolerare labores,*
*Iam veniet tacito cura ſenecta pede.*
*Aut mare nauigiis, aut vomere ſcindite terram,*
*Aut fera belligeras addite in arma manus.*

Menander.

Ἔργοις φιλόπονος ἴσθι, μὴ λόγοις μόνον.
*Operibus laborioſus, non ſermonibus ſolum.*
Ἐκ πόνων τὰ καλὰ γίγνεται πόνοις.
*In finibus pulchra fiunt laboribus.*
Μοχθεῖν ἀνάγκη τοὺς θέλοντας εὐτυχεῖν.
*Laborare neceſſe, volentibus fortunatos eſſe,*
Φιλόπονος ἴσθι, καὶ βίον κτήσῃ καλόν.
*Laborioſus ſis, & vitam acquires pulchram:*
Ὡς ἡδὺ τοῖς σοφοῖσι μεμνῆσθαι πόνων.
*Quam ſuaue ſapientibus recordari laborum.*

Euripides.

Μοχθεῖν δὲ βροτοῖσιν ἀνάγκη,
*Laborare autem mortalibus neceſſe eſt.*

Sophocles in Electra.

Ὅρα, πόνου τοι χωρὶς οὐδὲν εὐτυχεῖ.
*Vide, labore quidem ſine nihil bene ſuccedit.*

Virg. l. 1. Georg.

*Labor omnia vincit*
*Improbus & duris vrgens in rebus egeſtas.*

Phocylides.

Οὐδὲν ἄνευ καμάτου πέλει ἀνθρώποις εὐπετὲς ἔργον,
Οὐδ᾽ αὐτοῖς μακάρεσσι. πόνος δ᾽ ἀρετὴν μέγ᾽ ὀφέλλει.
*Nullum ſine labore eſt hominibus facile opus,*
*Neque ipſis beatis. Labor virtutem valde iuuat.*

Horat, Serm. 1. ſatyr. 9.

*Nihil ſine magno*
*Vita labore dedit mortalibus.*

Martial, l. 1. ad Lucium Iulium.

*In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,*
*Pingue ſolum laſſat, ſed iuuat ipſe labor.*

C, Manilius Aſtronomiæ ſuæ. l. 1.

*Longa dies acuit mortalia corda.*
*Et labor ingenium miſeris dedit, & ſua quemque*
*Aduigilare ſibi iuſſit fortuna premendo,*

¶ PHILOSOPHICAE SENTENTIAE.

Vix inuenitur, qui laborib. ſuſceptis, periculiſq; aditis non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam. *Cic. in Offic.*

Generoſos animos labor nutrit. Laborem ſi recuſes, parum eſſe potes. Non eſt viri timere ſudorem. *Sen. epiſt. 31.*

Quis vir eſt, qui non eſt erectus ad honeſta, qui non eſt laboris iuſti appetens qui non ad officia cum periculo ſit paratus? *Idem li. de Prouidentia c. 2.*

Multum abhorret opus, cuius inchoatio inuidia, continuatio eſt labor, finis eſt odium. *in epiſt.*

Si qua per laborem recte feceritis, labor cito recedet, beneficiũ dum viuitis, non abſcedit. Si qua per voluptatem paruam nequiter feceritis, voluptas cito abibit, nequiter factum apud vos ſemper manebit. *Sen. epiſt. 31.*

Et labori incumbendum eſt, vbi effectus promittitur. *Quint. Dec. 6.*

Labor damno incenditur. *ibid, Dec 13.*

Naſcitur ex aſſiduitate laborum, animi hebetatio quædam & languor.

Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica ſuffocantur: ſic animus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur. *Plut. in Mor.*

Omnibus ſua choriora ſunt opera, quæ ſummo labore confecta ſunt,

Voluptate nemo continenter afficitur, aut laborem ſubit. Nam humanæ res laborem ſempiternum non poſſunt pati. *Ariſt. li. 6. Ethic.*

Qui exercitio vtitur, caueat laſſitudinem: qui bona fortuna fruitur inuidiam, *Bias apud Stob.*

Leges Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, natando, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. *Cic. l. 2. Tuſc, q.*

Iuſtus ac honeſtus labor honoribus, præmiis, ſplendore decoratur. *idem li. 1. de Oratore.*

Nam vt Terentianus Chremes non inhumanus, qui nouum vicinum non vult fodere aut arare, aut aliquid ferre, deniq; non illũ ab induſtria, ſed ab illiberali labore deterret. *Idem libro de Finib. bono, & malorum princ.*

Quis noſtrum exercitationem corporis ſuſcipit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea commodi conſequatur? *ibid.*

Suauis eſt laborum præteritorum memoria. *ibid. l. 2.*

Audiui ſæpenumero à ſanctis viris: munditia mulieribus laborẽ viris conuenire, hominibus bonis oportere plus gloriæ, quam diuitiarum eſſe. *Salluſt. in Iugurtha.*

Plures ſunt exercitatione boni quam natura. *Democrit. apud eundem.*

Labor exſiccat, & ſenium inducit, vnde multum laborantes ſeneſcunt magis. *Ariſt. de long. vita.*

Sunt in perpetuo labore animantia, vt etiam naturalis ratio declarat, quæ cernere & audire moleſtum eſſe docet: ſed aſſiduitate quotidiana, vt aiunt, & conſuetudine ſenſuum aſſueuimus. *l. 7. Eth. c. 14.*

Non plus minuſve laboris & quietis quam ſat ſit ſuſcipiendum: verum modus in iis tenendus eſt, quem recta ratio præſcripſit. *l. 6. Ethic. c. 1.*

Nemo laborem continenter ſubit: humanæ enim res laborem ſempiternum non poſſunt pati. *li. 10. Eth. c. 4.*

Labor corporis anxietatem indicat, dolor animalem contractionem. *Alex. Aphrod. in 4. nat q. c. 16.*

Labores ſpontanei indicant morbos. *Hippoc. aphoriſ. idem in 1. Topic. c. 9.*

Tanto plus adferunt lætitiæ bona, quanto maiore labore præcedente ad ea peruenitur: labores enim fortibus viris ſunt obſonium. At abſque eo, vt quis indigeat ejus quod conſequitur, nihil tam ſumptuoſe parari poteſt, vt ſuaue ſit. *Xenoph. de inſtit. Cyri. l. 7.*

Olim labor nemini vitio dabatur, neq; artes erant ignominiæ. *Plut. in Solone.*

Alexander videns ſuos tot tantiſq; certaminibus aduerſus Aſiæ gentes ſuperatis remiſſiores eſſe factos, luxuiq; paſſim indulgere, eos placide ac philoſophice reprehendit, inter cætera dicens, nihil magis ſeruile quam luxuriam, nihil magis regium eſſe quam laborare. Et vero (addebat) quomodo is equum ſuum ipſe curet, haſtam galeamve poliat, qui deſueuerit ſuis ſuum ipſius chariſſimum corpus manibus attrectare? An neſcitis, inquit, eum victoriæ finem nobis propoſitum eſſe, ne idem quod victi agamus? *Idem in Alexand.*

Ego nullum generoſo viro laborum finem ſtatuo, quam labores ipſos qui ad gloriam & decus ducunt. *Arrian. hiſt. l. 5.*

Labores & præclara facinora adeuntibus, & vita ipſa cum virtute coniuncta iucunda eſt, & mors nequaquam acerba, immortalem nominis ſui gloriam relinquentibus. *Exod. li.*

Nuſquam nec opera ſine emolumento, nec emolumentum ferme ſine impenſa opera eſt. Labor voluptatiſque diſſimillima natura, ſocietate quadam naturali inter ſe ſunt iuncta. *Liu. Decad. 1. l. 5.*

Ex parente meo & ex aliis ſanctis viris ita accepi, munditias mulieribus, viris laborem conuenire: omnibusq; bonis oportere plus gloriæ qnam diuitiarum eſſe: arma non ſuppellectilem decori eſſe. *Salluſt. de bel. Iugurt.*

Hominem rerum natura continui laboris patientem eſſe non ſinit. *Val. Max. li. 8. c. 8.*

Laboris hoc ſolatium omnes habent, ſi quem alium ſponte eũdem perferre laborem conſpiciant; ita enim neceſſitas videtur ſublata. *Plut. in Mario.*

## ¶ Apophthegmata.

*Democritus* dicebat, omnes labores otio iucundiores eſſe: quando illa conſequuntur homines, quorum gratia laborant, aut conſecuturos ſe ſciunt, Fruſtrationi vero, cum ſpei non reſpondet euentus, vnum eſt remedium, omnia reliqua ſimiliter ærumnoſa ſint & laborioſa. *Stob. ſerm. 29.*

*Idem* cum interrogaretur à quodam, quomodo laborioſi ac induſtrii differrent à deſidioſis: Quo, inquit, impii à piis: ſpe nimirum bona. Sperant quippe, qui corpus laboribus exercent, pinguia laborum præmia: deſides autem ſemper præſentem intuetur paupertatem. *Max. ſerm. 32.*

*Idem* adoleſcentem conſpicatus induſtrium, optimum, inquit, ſenectuti condis obſonium. Senſit, fructum laborum ſenectuti eſſe fulcimentum & obſonium: quo ſi deſtituantur homines, qui negarit miſeras ſenum eſſe conditiones? *Maxim. ſer. 32.*

*Pythagoras* familiares ſuos hortabatur, vt optimum viuendi genus ſibi deligerent, quamuis enim laborioſiſſimum eſſet, conſuetudine tamen fore iucundum. *Stob. ſerm. 30.*

*Cleanthes.* Suam vitam diuitum vitæ ſolebat hoc nomine præferre: Dum illi, inquit, pila ludunt, ego fodiens duram humum exerceo. Senſit vir ſapientiſſimus, hominem non ad otium & deſidiã, ſed ad laborem à Deo conditum eſſe. *Laer. li. 7. ca. 11.*

*Diogenes.* Cum Philippus Alexandri Magni pater expeditionem & bellum in Corinthum appare diceretur Corinthii trepidi rerumque ſuarum ſatagentes, ad opera certatim incumbere cœperunt, hic arma ſibi comparabat, ille lapides congerebat, alius muros in altitudinem ſubſtruebat, nonnulli propugnacula firmabant, alii aliud agebant quod ad munitiones pertineret. Eorum itaq; ſtudium Diogenes cum cerneret, nihil habens aliud commodius quod ageret, exemplo philoſophico pallio ſuccinctus dolium ſuum ſubuoluere & hinc inde vertere cœpit. Admirante autem quodam eius amico, ac percunctante cur hoc ageret? reſpondit Diogenes: Ideo voluo, ne vnus inter tot operi intentiſſimos ceſſator eſſe videar. *Guido Bitur. in tit. de Deſidia.*

*Idem.* Cuidam admonenti, vt iam ſenex quieſceret à laboribus. Quid, inquit, ſi in ſtadio currerem, vtrum oportet iam metæ vicinum, curſum remittere, an magis intendere? Recte ſenſit, virtutis ſtudium hoc magis intendendum, quo minus ſupereſt vitæ: quod turpe ſit, tum ab honeſto inſtituto refrigeſcere. *Laert. li. 6.*

*Socrates* cuidam cupienti quidem ire ad Olympia, ſed itineris labore deterrito: Cum, inquit, domi ſæpenumero totum propediem ambules, ante prandium, rurſus ante cœnam, ſi domeſticas ambulationes proferas ad quinq; ſexue dies, facile peruenies Olympias. Docuit, id quod terret in adeundis laboribus imaginationem eſſe potius, quam ipſum laborem. Si quid honeſtæ rei gratia periculi, diſpendii, aut laboris ſuſcipiendum eſt, excuſamus, detrectamus, horremus: cum frequenter vltro in rebus nihili (ne enim dicam turpibus) plus impendamus. Ita quidam inuitati ad ſtudia literarum, excuſant valetudinem, inſomnium, impendia librorum: cum interim totam noctem ludant alea, potatione, contrahant febrim, podagram, hydropem & lippitudinem, ſcortando paralyſim, aut ſcabiem nouam, quam Gallicam appellant. *Eras. Rot. l. 3. apoph.*

*Idem.* Tantum laboris quantum animus libenter ſuſcipit exequendum eſſe dicebat. *Xenoph. li. 1. de dict. & factis eiuſdem.*

*Idem.* Aſſerebat, operari eſſe vtile ac bonum homini otium vero eſſe damnoſum ac malum *Xen. & Stob ſer. 27.*

*Ariſtoteles* Frequenter dicere ſolebat, a[...]tum radices ſatis quidem eſſe amaras, ſed dulciſſimum adferre fructum. Senſit vir ſapientiſſimus, nihil abſq; duro labore ab homine parari poſſe, tamen poſtquam requies ſequitur, homo multis refocillatur bonis. *Dictum philoſophi extat apud Laertium li. 5. c. 5.*

*Ptolomæus ſophiſta.* Heraclides ſcripſerat libellum, cui titulum indiderat πόνε ἐγκώμιον, id eſt, laboris laudatio. Eum cum Ptolomæus ſophiſta forte obuius, videret habentem præ manibus rogabat, quid moliretur? Cum ille reſpondiſſet πονεἰγκώμιον. Ptolomæus accepto codice, deleuit ν, & adiecit; Tempus eſt vt legas titulum encomii, reperitque ſcriptum ὄνε ἐγκώμιον, Ptolomæus huc alludens quod ſi labor meretur laudem eadem opera laudandus eſſet aſinus animal labori natum. *Philoſtr. in ſophiſt. Dion. ſophiſta.* Animi & corporis remiſſiones ad nouos labores nos præparare dicebat: & vt arcus & lyra, ſic homines quiete vigere. *Stob. ſer. 60.*

*Apelles* nunquam tam occupatus fuit, vt diem prætermitteret in qua nihil omnino pingeret, artem exercens. Vnde ſubducens ſe à negotiis, dicere ſolebat, Hodie nullam lineam duxi. Quod abiit in prouerbium, de quouis officio prætermiſſo. *Plin. li. [...] tul. 15.*

*Muſonius.* Ducis bellici & priuati hominis corpora dicebat [...]dem laboribus non ſemel affici. Honos enim, inquit, labores [...] uiores efficit, præſertim quod intelligit in hominum eſſe oculis quicquid exequitur. *Stob. ſer. 46.*

*Seuerus Imp.* Symbolum tribuno dari iuſſit, Laboremus. Pertinax ad imperium aſcitus dederat, Militemus. Illi placuit belli [...] huic pacis. Sublato namq; bello, reditur ad agriculationem & [...]cia Otium in pace delitias alit, & omne flagitiorum genus. *Ael. Spart.*

*Hadrianus.* Florus hos verſiculos ſcripſerat in Cæſarem Hadrianum.

*Ego nolo Cæſar eſſe,*
*Ambulare per Britannos,*
*Scythicas pati pruinas.*

Cui Cæſar reſpondit,

*Ego nolo Florus eſſe,*
*Ambulare per tabernas,*
*Latitare per popinas,*
*Culices pati rotundos.*

Sentiens, ſe honeſtas occupationes præferre inutili, turpique otio *Suet. in vita Hadriani.*

*Probus Imp.* Non patiebatur militem eſſe otioſum, ſed multa opera militari manu perfecit, dicens, Annonam gratuitam militem comedere non debere. *Flauius Vopiſcus.*

*Alphonſus.* Cum reprehenderetur à Matthæo Siculo, eximiæ ſanctitatis viro, quod propriis manibus laboraſſet: Subridens, Num quid, inquit, Deus & natura nequicquam regibus manus dederunt? *Panorm. li. 2. de reb geſt. Alphonſi.*

*Idem.* Senex quidam multo vino repletus, cum ſuam apud Alphonſum ebrietatem excuſare conaretur dicendo: lac ſenum eſſe vinum, reſpondit, Sed regum cibus eſt honos, quem dii immortales non otio aut luxu, ſed improbis laboribus, multiſq; ſudoribus hominibus vendunt. *Panormit. li. de reb geſtis Alphonſi.*

*Dorotheus monachus.* Quotidie lapides ad mare colligebat, annuatimq; fabricabat hoſpitium pro ægrotis. Huic laboranti quidam dixit: Cur ita conficis corpus tuum? cui ille; Quia me, inquit, illud occidit. *Sozomenus in Tripartita hiſtor. li. 8. c. 1.*

## ¶ Similitudines.

*Plutarchi.* Vt aſparagus ſpinoſus dulciſſimum fert fructum: Ita ex duris initiis magna voluptas naſcitur. *in Mor.*

*Roterodami.* Stulte reges AEgyptiorum operam populi ac pecunias in ſubſtruendis pyramidibus conſumebant, quæ nihil habebant præter ſtultam, & otioſam oſtentationem, cum idem in rebus vtilibus fieri potuerit. Ita quidam elaborant in difficilimis, cæterum infrugiferis, hoc ipſum præclarum exiſtimant, quod in laborioſo negotio verſantur. *in Sim.*

*Thriueri.* Quemadmodum virtus quo eſt occultior, eo eſt elegantior: Ita ſanctior ſæpe liberalis laborum comparatio, quam gratuita donatio. *in apoph. 174.*

*Quemadmodum* non ſtatim vbi ſemen in agrum coniectum eſt ſtu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ad frugem demeſimus, ſed multis menſibus dum putreſcit, plenio- rem meſſem expectamus. Ita neq; decet tædio laborum affici, ſed longanimiter illorum fructum, & quaſi quandam comparationem ſuſcipere. *in apoph.* 113.

*Nazanzeni*, vt quod labore partum eſt, ſolicitius conſeruari ſolet: Ita facile parta, facillime celerrimeq; reſpuuntur. *Lib. 2. Theolog.*

*Philonis Iudæi.* Sicut ſine luce videre non poſſumus, quia nec colores nec oculi ad videndum ſufficiunt: hanc enim ceu vinculum natura præparauit, quo coaptaretur colori oculus: nam in tenebris neuter ſuam vim exerit. Eodem modo animæ oculus, nullam virtutis actionem poteſt attrectare, niſi à labore ceu luce adiutus, hic enim inter mentem & bonum quod mens deſiderat, medius illud vna ex parte, hanc ex altera trahens ad ſe, vtraque manu amicitiam concordiamq; conciliat, atq; ita bona perfecta efficit. *in lib. de ſacrificiis Abelis & Caini, fol.* 88.

*Sicut* qui animam conantur reddere ſibi propitiam, neceſſariò colunt virtutes animæ: Ita qui cupiunt frui proſpera valetudine corporis, curare debent ſanitatem, & id genus vires eius cæteras: quas certe curant in defeſſis laboribus, qui ſoliciti ſunt de potentia, ex quibus contemperati ſunt. *In lib. de ſacrificiis Abelis & Caini.*

*Sicut* à cibo pendet tota vita cum ſuis actionibus & effectionibus: Ita etiam à labore pendet quicquid in rebus bonum eſt. *In lib. de ſacrific. Abelis & Caini.*

*Quemadmodum* qui vitam ſibi prorogare cupiunt, alimenta nō negligunt: Ita quotquot boni ſunt, laborem concupiſcunt, laborem magnifaciunt. Sicut cibus ſe habet ad vitam: Sic labor ad honeſtatem. *in lib. de ſacrif. Abelis & Caini.*

*Cypriani* Sicut fructus non inuenitur in arbore, in qua flos prius non apparuit: Sic in ſenectute honorem legitimum conſequi non poterit, qui in adoleſcentia diſciplinæ alicuius exercitatione nō laborauit. *Lib. de abuſib.*

*Iſocratis*, quemadmodum nec mulier ſine viro: Sic nec bona ſpes abſq; labore quicquam parit. *Apud Stob ſerm.* 108. *Anton. in Meliſſa part. 5. Max. ſerm.* 38.

*Plutarchi.* Nautæ à nauigandi labore turpiter conferunt ſe ad voluptates, rurſum à voluptatibus ad nauigationem redeunt: Ita quidam à deliciis ad labores, à laboribus ad delicias ſumma vitæ inconſtantia ſeſe vertunt. *in Mor.*

*Vt ferrum crebris* immerſionibus conſumitur: Ita corpus crebris permutationibus vitiatur: hoc eſt, ſi nunc immodicis, laboribus intendatur, nunc voluptatibus liquefiat, ac molliatur. *in Moralib.*

*Seneca.* Vt fertilibus agris non eſt imperandum, cito enim exhauriet illos nunquam intermiſſa fœcunditas: ita animorum impetus aſſiduus frangit. *De Tranquil. Vitæ. l. 1. c. 15.*

*Eraſmi Roterodami.* Vt roſa, flos vnus omnium longe gratiſſimus, de ſpinis naſcitur: Sic è triſtib. & aſperis, laboris fructus capitur iucundiſſimus. *in Sim.*

*Vt herba moly* difficile quidem foditur, ſed ad remedia præter cæteras efficax eſt: Ita quæ præclara ſunt, non contingunt niſi magno negotio. *in Sim.*

*Vt quæ præclara* ſunt, vix multo cultu proueniunt: contra cæpe, allium & quædam huiuſmodi vilia etiam repoſita, aut ſuſpenſa proferunt ſeſe: Ita quæ ſunt egregia, non niſi multo contingunt labore: quæ mala, paſſim obuia ſunt. *in Sim.*

*Thriueri*, quemadmodum agrum qui ad ſementem comparatur, ſcindi oportet, inarari, occari, ſartiri, & aliis quamplurimis modis vexari: Sic nos quoq; dum ad virtutem erudimur, nulla laborum patientia decet frangi. *in apoph.* 110.

*Ferrum* vſu candorem ſibi conciliat, alioqui ærugine eroditur: Sic & corpus & animus continuo ſordeſcunt, & ſitum contrahunt, niſi hic virtute & literis, illud vero quotidianis promoueatur laboribus. *in apoph.* 61.

*Plutarchi.* Plantæ mediocri aqua aluntur, immodica ſuffocantur: Sic animus moderatis laboribus adiuuatur, immoderatis obruitur. *in Mor.*

*Plinii.* Luſciniis tantum eſt canendi ſtudium: vt certantes emoriantur, ſpiritu citius deficiente quam cantu: Ita nonnulli literarū immodico amore valetudinem extinguunt, & dum à nullo vinci volunt eruditione, pereunt in ipſo conatu. *Lib. 10. ca. 29.*

### ¶ Adagia.

Vltro Deus ſuppeditat bona. αὐτομάτως ὁ Θεὸς ἀνίησι τὰ ἀγαθά.

*Quoties res circa noſtram operam feliciter cadunt, quaſi Deo quopiam procurante.* Gott beſcheret vber Nacht.

Sub aliena arbore fructum.

*Ex aliena arbore fructum legere dicuntur qui fruuntur aliorū laboribus. Finitimum eſt illi.* Alienam metis meſſem.

Dormientis rete trahit. εὕδοντι κύρτος αἱρεῖ.

*In eos, quibus citra conatum contingunt ea, quæ cupiunt.* Gott gibt es jhme im Schlaff.

Citra puluerem. ἀκονιτί.

*Citra puluerem Græci dicunt contingere, quo quis facile citraque laborem potitur.*

Citra arationem, citraq; ſementem.

*Quæ citra noſtram operam caſu nobis eueniunt,* ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα, *contingere dicunt Græci.*

### ¶ Exempla profana.

*Laertius* Cleanthem philoſophum alterum Herculem vulgo dictum fuiſſe tradit, quod eſſet omnium laborum patientiſſimus: adeo vt noctu hauriendo è puteo aquam victum diurnum pararet: vnde & φρεάντλης dictus *pro Cleanthe.*

*Maſiniſſa Rex Numidarum* erat corporis firmitate præſtans, & duritiei laboribus à pueritia aſſuetus. Etenim ſtans in veſtigiis totū diem manebat immotus, & ſedens non ſurgebat vſq; ad noctem: in quo continenter per diem & noctem ſedens, & equitationibus vtens, non defatigabatur. *Diod. Siculus li.* 23.

*Veſpaſianus Imp.* valetudinem & abſtinentia, & frictione tuebatur, militiæ acer agmen anteire, & locum caſtris capere, & noctu dieque conſilio, ac ſi res poſceret, manu hoſtibus obſiſtere ſolebat: cibo fortuito, veſte habituq; vix à gregario milite diſcrepanus *Cuſpin.*

*Maximilianus Imp.* erat laborum patientiſſimus: adeo vt in multam noctem crebro ſcriberet, res magnas ageret, ſæpe etiam arma tractaret, haſtis excurreret cum principibus in ludis, & ſerio cum hoſtibus: æſtum ac frigus, inediam & commeatus penuriam iuxta ferret. *Cuſpin.*

*Carolus Magnus* aſſidue exercitabatur equitando ac venando: quod illi gentilium erat, quia vix vlla in terris natio inuenitur, quæ in eo labore Francis poſſit æquiparari. *Crantzius lib. 2. Saxoniæ capit.* 8.

Ob laborum tolerantiam & induſtriam frugalitatemq; dicti ſunt *AEgyptii Myrmidones*, quum enim haberent terram ſuperne lapidioſam inferne frumentis idoneam: fodientes in cauernis habitare viſi ſunt formicarum more, & aſportandis lapidibus quodammodo eius animantis induſtriam repræſentare *Eraſ. in Adagiis.*

Non ſileamus *Brachmanas philoſophos*, qui pueros impranſos extrudebant foras, ſi quando nihil vtilis operæ, vel parentib. vel ſuis rebus neceſſariis dediſſent: Parthi quoque (*vt Dionyſius de ſitu orbis & Deo commemorat*) more recepto obſeruabant, ne quis die exorto ante liberis victum præberet, quam curſus iaculandiq; certamine ſuſcepto, ſudore circum capita diffuſo, feſſi permaduiſſent.

### ¶ Hieroglyphica.

Laboris indefeſſi perſeuerantiam ex *Formica picta* ſignificabant: nam ea non interdiu ſolum, verum etiam noctibus laborem exercet. Et nota eſt fabula de formica & Cicada. *Pier. Valer. l. 8. pag. 69. A.*

Receptum & illud eſt *ſeruilem laborem* per *Aſinum clitella inſtratum* ſignificare, cuius rei cauſa magis vulgo nota eſt, quam verbis explicari neceſſe ſit: quippe quod animal indefeſſi ſit laboris, vniq; & perpetuæ onerum vectationi vexationibuſq; aliis damnatum eſſe videatur. *Pier. Val lib. 12. pag. 112. F.*

*Apem* quoq; laboris ſymbolum fecerunt. Nam illud quod Salomon ait, *Vade ad apem, & diſce ab ea quam laborioſa ſit operatrix*, vnicuiq; manifeſtum eſt artificii ſedulitatiſq; illam eſſe hieroglyphicum. *Pier. Val. 26. pag. 244 F.*

### ¶ Fabula.

Ruſticus & filii illius.

Ruſticus vicinus morti cum relinquere filiis ſuis diuitias non poſſet, voluit excitare animos, illorum ad ſtudium diligentis culturæ, & in opere faciundo aſſiduitatem. Accerſit igitur illos ad ſe, atq; ita loquitur: Mei filii, quo in loco res meæ ſint videtis. Vobis autem quicquid potui in mea vita comparſi, idque totum in vinea noſtra quærere poteritis. Hæc cum dixiſſet, paulo poſt moritur ſenex At filii; quod crederent in vinea illum theſaurum alicubi abſcondiſſe, arreptis ligonibus ſolum vineæ vniuerſum effodiunt, ac theſaurum quidem inuenere nullum, terra tamen fodiendo perculta, vites vberrimum fructum tulere.

Docet fabula, labores & operas, ſummas diuitias eſſe. Et eſt Epicharmea ſententia, Labore à Diis hominibus bona venire.

*Vide Afflictio, Conatus, Euentus.*

---

# Lachrymæ.

### ¶ Definitio et etymolog.

LAchryma, Græce δάκρυον, υ, τὸ, & δακρυώδης, [illegible], ὁ, lachrymoſus, & δακρυχέω, lachrymor. quæ vſus obtinuit, vt cum aſpiratione ſcribantur Hebr. *Dimhhah*, à verbo *Damahh*: lachrymauit, lachrymatus eſt madidis oculis: *il plura à chaudes larmes.* Græci conuerſo *Daleth* in vocalem dicūt οἰμώζω, fleo, lachrymor: & per inuerſionem radicis μυδάω, madeo, madeſco, μυδαίνω, madefacio, humecto. Eſt autem lachryma, humor ex oculis flentium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qentium manans: Flere autem, lachrymas fundere, vnde fletus quandoque ſubſtantiuum & quartæ declinationis. Ennius. *Neme lachrymis decoret, nec funera fletu.* Interdum adiectiuum eſt, ſcilicet participium à fleor. Virg. *Hic multum fleti ad ſuperos.* Multum fletos poſuit pro nobilibus, quorum mortem magna ſequitur lamentatio. Hinc flebilis, dignus qui fleatur. Eſt flebiliter cum fletu, & compoſitum defleo, quod eſt valde fleo.

Lachrymæ cauſantur ex triſtitia, & aliquando ex affectus teneritate, præcipue cum conſideratur delectabile cum triſtabili, vt ex deuotione. *Ex B. Thom. ſec. Sec. q. 82. art, 4.* Teren. *O lachrymæ præ gaudio!*

A lachryma diminutiuum fit lachrymula, & lachrymor verbum, à quo illachrymor: & & collachrymor: & lachrymabilis, flebilis, & lachrymabundus, flens, & illachrymabile, hoc eſt fletu indignum.

## ¶ Loci Biblici.

Lachrymantium *exempla*, cum lachrymis monet Paulus fratres. *Act.* 20. 18. orat pater Dæmoniaci ſuam à Chriſto incredulitatem iuuari, *Marc.* 9. 24. Lachrymis rigat peccatrix Chriſti pedes, *Luc.* 7. 28.

## ¶ Sententiae Biblicae.

Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. *Pſ.* 125.
Beati qui nunc fletis, quia ridebitis. *Luc.* 6.

## ¶ Patrum Sententiæ.

Lachrymæ pœnitentium cadunt in conſpectu Domini. *Aug. ſer. 3. in fe. Nat.*

Lachrymæ infantium teſtes ſunt noſtræ miſeriæ. *Idem. ho.* 10.

Lachrymas Petri lego, ſatisfactionem non lego: ſed quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lauant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt dicere vel confiteri. Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed obtinent. *Amb. ſup. Luc. li.* 9.

Fleuit amare, vt lachrymæ lauarent delictum, tu ſimiliter lachrymis dilue culpam. Non inuenio quid dixerit, ſed quod fleuit. *ibid.*

Paſcunt frequenter lachrymæ, & mentem alleuant fletus: refrigerant pectus, & mœſtum conſolantur. Eſt enim piis affectibus quædam flendi voluntas, & plerumq; graues lachrymas euaporat dolor. *De obitu Valentini.*

O lachryma humilis! tua potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non veteris: amicorum tuorum accuſationibus ſilentium imponis: non eſt, qui te accedere vetet: ſi ſola intraueris, vacua non redibis, magis crucias diabolum, quam pœna infernalis. Quid plura? Vincis inuincibilem: ligas omnipotentem: inclinas filium Virginis. *Hier. in epiſt.*

Docente te in eccleſia, non clamor populi, ſed gemitus ſuſcitetur. Lachrymæ auditorum laudes tuæ ſunt. Petrum ter negantem amaræ in locum ſuum reſtituere lachrymæ. *ibid.*

Oratio Deum lenit, ſed lachryma cogit, hæc vngit: illa pungit. *In Eſaiam.*

Holocauſtum ſiccum, eſt bonum opus, quod orationis lachrymæ non infundunt. holocauſtum pingue eſt, quando hoc, quod bene agitur, corde humili etiam per lachrymas irrigatur. *Greg. in Pſ.* 20.

Irriguum ſuperius accipit anima tua, quum ſe lachrymis regni cœleſtis deſiderio affligit: irriguum vero inferius accipit, quum inferni ſupplicia flendo pertimeſcit. *in regiſtro.*

Vniuſcuiuſq; mens tantum pœnitendo compunctionis ſuæ bibat lachrymas, quantum ſe à Deo meminit amiſiſſe per culpas. *in paſtorali.*

Sæpe quod torpentes latuit, fletibus innoteſcit, & afflicta mens inuenit malum, quod fecerat: & reatum ſuum, cuius ſecura non meminit, hunc in ſe commota deprehendit. *l. 8. Mor.*

Lachrymæ pœnitentium vinum ſunt angelorum, quia in illis odor vitæ, ſapor gratiæ, guſtus indulgentiæ, ſanitas redeuntis innocentiæ, reconciliationis iucunditas & ſerenatæ conſcientiæ ſuauitas. *Bern. ſup. Cant.*

Illas enim lachrymas vere in vinum mutari bonum dixerim, quæ ſupernæ compaſſionis affectu in feruorem prodeunt charitatis, pro qua etiam ad horam tui ipſius immemor ſobria quadam ebrietate videris. *ibid.*

Ecce pro omnibus, quæ ab initio conuerſationis meæ mihi retribuit, compunctionem videl. lachrymarum, deuotionem in meditationibus, conſolationem in laborib. directionem in mediis actionibus, pro his inquam innumeris aliis beneficiis quid ei retribuam rurſus? qui totum dedit; quid vlterius impendere habeo? *in ſerm.*

Deliciæ angelorum ſunt lachrymæ noſtræ, & delectabiles lachrymæ pœnitentis. *ibid.*

Felices lachrymæ, quas benignæ manus conditoris abſtergunt; & beati oculi, qui in talibus liquefieri elegerunt, quam eleuari in ſuperbiam, quam omne ſublime videre, quam auaritiæ & petulantiæ famulari *Deo contemptu mundi.*

Nemo ad Deum aliquando flens acceſſit, qui non quod poſtulauit, acceperit, nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetrarit. Ipſe enim eſt, qui conſolatur flentes, dolentes c... pœnitentes informat. *Chryſoſt. in ſerm.*

Sicut poſt vehementes imbres, mundus aer ac purus efficitur, ita & poſt lachrymarum pluuias ſerenitas mentis ſequitur atq; tranquillitas. *ſup. Matth.*

Fletus eſt cibus animarum, corroboratio ſenſuum, & abſolutio peccatorum, refectio mentium, lauacrum culparum. *Caſſ. in Pſal.*

Multis conſolationi ſunt lachrymæ, & ex parte maxima magnitudinem doloris minuunt, dolor ſiquidem ſpeciem ignis gerit, qui dum plus tegitur, plus igneſcit. *Pet. Bleſen.*

Frequenter peccans, & lugens, vix veniam merebitur. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata. Nihil valet veniam malis poſcere, & denuo iterare. *Aug. libr. Soli. & hab. diſt. 3. ca. Inanis.*

Abſit ab oratione multa precatio, ſed feruens perſeueret intentio. Nam multum loqui, eſt in orando rem neceſſariam ſuperfluis agere rebus. Multum autem precari, eſt eum, qui precatur, diuturna cordis oratione pulſare: nam plerumq; hoc negotium plus gemitibus, quam ſermonibus agitur, plus fletu quam affatu. *ad Probam.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 4. de Triſt.

*Fleſque meos caſus: eſt quædam flere voluptas,*
*Expletur lachrymis, egeriturque dolor.*
*Atque vtinam lugenda tibi non vita, ſed eſſet*
*Mors mea: morte fores ſola relicta mea.*
*Spiritus hic per te patrias exiſſet in auras,*
*Sparſiſſent lachrymæ corpora noſtra piæ.*

Idem ad Liuiam epiſt.

*Supremoque die notum ſpectantia cœlum*
*Texiſſent digiti lumina noſtra tui.*
*Supprime iam lachrymas: non eſt reuocabilis iſtu,*
*Quem ſemel vmbrifera nauita lyntre tulit.*
*Sed rigidum ius eſt, & ineuitabile mortis.*

Idem 1. de Pont.

*Quidque facis lachrymis opus eſt, non ſanguine diuit:*
*Sæpe per has flecti principis ira ſolet.*

Propert. lib. 5. ad Paulum.

*Deſine Paule meum lachrymis vrgere ſepulchrum,*
*Panditur ad nullas ianua nigra preces.*

Virgil. in Bucol.

*Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina riuis,*
*Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capella.*

Horat. in Epod. Od. 16.

*Vos quibus eſt virtus muliebrem tollite luctum.*

Ouid. de remed. amor.

*Neue puellarum lachrymis moueare caueto,*
*Vt flerent oculos erudiere ſuos.*

Idem in epiſt. ad Demophoonta.

*Vidi etiam lachrymas, an & eſt pars fraudis illis!*
*Hæ quoque habent artes, quoque iubentur, eunt.*

Idem lib. 3. de Ponto, eleg. 1.

*Interdum lachrymæ pondera vocis habent.*

Idem Metamorp. lib. 2. fab. 11.

*Neque enim cœleſtia tingi*
*Ora licet lachrymis.*

Eurip. in Med.

*Mulier ad lachrymas nata eſt.*

Idem in Alceſt.

*Amare mortuum producit lachrymas.*

In Troade.

*Afflictis hominibus ſuaues ſunt lachrymæ.*
*Mortuum ſepelito, nec ſupra vnum diem lachrymandum eſt.*

## ¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Lachrymæ à claris viris auferendæ ſunt, mulieribus autem tribuendæ, neq; his præſtantibus & ex viris his, qui viles ſunt, vt vereatur ſimilia his facere hi, quos ad regionis cuſtodiam nos educare aſſerimus. *Plato de Repub. dial.* 3.

Lachrymæ & alia huiuſmodi, quæ quotidie è corpore effunduntur, fiunt ex ſeroſo humore pituitæ recenter conflatæ. *Idem in Tim.*

Lachrymas profundere ob mortuum, aut ſecus præcipere, indecorum eſt: lamentari, & extra domum vociferari interdicendum eſt, & mortuum in propatulum ad vias producere prohibendum eſt, & in progreſſu per vias eiulare, & ante diem extra ciuitatem efferre, qui non obedit, puniatur, prout legum cuſtodi videbitur. *Idem de leg. dial.* 12.

Lachrymæ nihil remedii afferunt malis. *M. Ant. Natta de immort. anim. l.* 1.

Nihil facilius quam lachrymæ inareſcunt: Lachrymæ pœnitentiæ ſunt indices.

Ingemiſcere nonnunquam viro conceſſum eſt, idque raro, eiulatus ne mulieri quidem, nihil eſt enim viro turpius muliebri fletu.

Lachry-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lachrymæ nobis prius deerunt, quam causa dolendi. *Quint. Decl.5.*

Si quis tristantem aliquem secutus ei dixerit, salue necessario cũ ipse iubet. *Ant. Stob.*

Lachrymis vt plurimum bona aliqua doctrina coniungitur: risu vero lascivia, *Diog.*

Lachrymis & acclamationibus studia sua multitudo profitetur. *Curt. l.7.*

Lachrymas Deus admittit, & natura maximum mutuæ misericordiæ incitamentum, in oculos nostros deriuauit. *Nicetas Acom.*

Stultius nihil est, quam famam captare tristitiæ, & Lachryma approbare: quas iudico sapienti viro alias permissa cadere, alias vi elaetas. *Sen. ep. 99.*

Plerique Lachrymas fundunt, vt ostendant: & toties siccos oculos habent, quoties spectator defuit; turpe iudicantes non flere, cum omnes faciant. Adeo penitus hoc se malum fixit, ex aliena opinione pendere, vt, in simulationem etiam simplicissima res, dolor, veniat. *Idem, lib. de tranquil. animi, c. vlt.*

¶ SIMILITVDO.

*Diui Chrysostomi*, Non sic semina delatus imber germinare & crescere facit, vt pietatis semen excitat, & vernare facit ex lachrymis fluens imber: hic animam detergit, irrigat mentem. Ideo profundum sulcum proscindere necessarium. *Homil. 4. de pæn.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Heraclytus* Philosophus ad omnem hominum occursum flevisse dicitur. Dolebat enim nihil sani esse in vita nihil in homine non caducum, fluxum & deceptibile. *Laer. l. 2. c. 5.*

*D. Martinus* lachrymis ita abũdabat, vt pro detrectatorum quoque suorum peccatis flere soleret. *D. Bern. in festo eius.*

*Ptolemæus Philadelphus* missos ad se septuaginta duos interpretes cum sacris Bibliis honorificentissime excepit, & lachrymis etiam obortis suum gaudium testatus est. *Iosephus libro 12. capite.*

*M. Minutio* magistro equitum ex hostium vi erepto, opera Q. Fabii Maximi Dictatoris, in lætitiam tota castra effusa sunt, in tantum, vt præ gaudio militibus omnibus lachrymæ manarent. *Plu. in Fabio.*

*Bassianus Imp.* apud AElium Spartianum lachrymabatur, quoties autmentio fieret, aut imagines videret Getæ fratris, quem ceciderat. *Eras. in adag.*

*Pericles*, filio Paralo mortuo, coronam imponens, quod in reliqua vita nunquam fecerat, erupit in eiulatum, & magnam vim profudit lachrymarum. *Plut. in Pericl.*

*M. Marcellus*, Syracusis captis, florentissimæ vrbis commiseratione fleuit. *Aug. l. 3. de ciuit. Dei, c. 14.*

*M. Cato*, victis ad Dyrrachium Cæsarianis, cad uera cæsorum intuitus ciuium, temperare à lachrymis non potuit. *Plutarch. in eius vita.*

---

# Lætitia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LÆtitia, Græce εὐφροσύνη, ἡ, & εὐφραίνομαι, lætor dicitur. Heb. *Simchah* à verbo *Sameach*, & *Samach*, lætatus est, lætus fuit. Vide *Psal. 4. & penult.* & 16. 9. & 105. 5. *Prou. 14. 10. Esai. 66, 5.* Est autem lætitia gestientis animi elatio voluptaria. *sec. Cic. l. 3 de fin. bon. & mal.*

Lætitia in animo est commotio suauis iucunditatis in corpore. *sec. Cic. l. 2. de fin. bon. & mal.*

Lætitia est exultatio quædam animi, cum gaudio efferuentiori, euentu rerum expetitarum. *secundum Aul. Gellium li. 2. Noct. Atti. ca. 27.*

Lætitia est expressio vel affectus interior, secundum quod ipse affectus dilatatur, roboratus & perfectus ex coniunctione appetitus, diciturque lætitia quasi latitia. *Ex Beat. Thom. 4. sentent. dist. 49 q. 1. art. 1.*

Lætitia est erectio quædam atque elatio animi sperantis, se absque vlla dubitatione, quod petierit possessurum. *Ficin. de Volupt. ca. 10.*

¶ LOCI BIBLICI.

Lætitiæ post victoriam *exempla*: Moyses & populus Israeliticus, *Exod. 15. versic. 1. 6* Maria cum aliis, v. 20. 21. Debora, & Barac, *Iudic. 5. versic. 1. 2.* Mulieres Israelitæ 1. *Sam.* 18. *v.* 6. 7. Iosaphat & omnis vir Iuda, &c. 2. *Paral.* 20. *v.* 27 28. Populus, *Iudith* 15. v. 14. 15 & 16. 14. *vide Gaudium.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Qui rerum suarum fraudatorem perspexerit re aliqua item per alios fraudari, lætari procul dubio poterit, haud quaquam immerito pœnas luisse per hos ratus, ni forte his demum inuideat, qui illatam sibi iniuriam vindicarint. *Procop. de bello Goth. lib. 3.*

Nihil tam difficile, quam differre gaudia. *Quint. Dec. 1.*

Spem gaudia parant, aduersa contritionem. *idem, Dec. 15.*

Recto ordine prius metus tollatur, quam gaudium infundatur. *Tertul.*

In profuso gaudio lachrymæ erumpunt. *idem.*

Vnicuique delectabile est, quod amat. *Arist. Eth. 1.*

Qui delectari velit sine tristitia, ad philosophiam recurrat, *Arist. Polit. 2.*

Omnes habemus vnde lætemur. *Plut. de tranq. animæ.*

Quoties conditio melior à deteriore secernitur, lætandum potius est, quam dolendum. *Am. Marcel. li. 23.*

Lætitia exultandum non est, nec dolore deiiciendum. *Ficin. in Plat. Menexemum.*

Lætitiam affert lineis spongiosa natura, crassum sugens sanguinem, *idem Plat. in Tim. c. 69.*

Lætitia est exultatio quædam animi gaudio efferuentiore rerum euentu expetitarum. *Fr. Patric. de regn. l. 4. c. 13.*

Lætitia pura in solis animæ bonis inuenitur, ideo sapiens in se gaudet, non in ea, quæ circa se sunt. *Plat. in Tim. c. 13.*

Solet lætitia præcludere consilia hominum. *Io. Iouin. Pont. hist. li. 1.*

Effusam sæpe lætitiam tristes & aduersæ res excipiunt. *P. Aemylius, li. 8.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Stat. 2. Sil. 7.

*Securæ procul hinc abite mortes,*
*Hæc vita genialis est origo.*
*Cedat luxus atrox genisq; manent*
*Iam dulces lachrymæ, dolorq; fessus,*
*Quicquid fleuerat ante, nunc adoret.*

Idem 5. Sil. 2.

*Qualemue superi Priscilla, hominesq; benigni*
*Aspexere die, cum primum ingentibus actis*
*Admonitas coniux, vicisti gaudia cœna.*

Sen. Herc. fur.

*Dum fata sinunt*
*Viuite læti: properat cursu*
*Vita citato volucriq; die,*
*Rota præcipitis vertitur anni.*
*Duræ peragunt pensa sorores,*
*Nec sua retro fila reuoluunt.*
*At gens hominum fertur rapidis*
*Obuia fatis, incerta sui.*

Ouid. 1. Art.

*Stygias vltro quærimus vndas.*

Idem 2. Art.

*Si vox est canta, si mollia brachia salta.*
*Et quacunq; potes dote placere, place.*
*Qui sermone placet, taciturna silentia vitet,*
*Qui canit, arte canat. qui bibit, arte bibat,*

Stat. 2. Theb.

*Pone modum lætis, satis ostro diues & auro*
*Conspicuus, tenuem germani pauperis annum,*
*Risisti, moneo regnorum gaudia temet*
*Dedoceas, patiensque fugæ mereare reuerti.*

Anthol Sacr. Iac. Bill.

*Dum non perturbant animum discrimina mundi,*
*Dumque diem pacis prælia nulla premunt,*
*Exercere fidem diuinis conuenit armis,*
*Consilioque omnes anticipare minas,*
*Tranquillam & curis vacuam sapientia mentem*
*Imbuet, & placidi pectoris hospes erit.*
*Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,*
*Acquiri in sæuo turbine non poterit.*

¶ SIMILITVDINES.

*Dionis Chrysostomi*, Sicut domum pulchram, cum aer appropinquauerit, splendidam ostendit: Itidem & aspectum speciosum, hilaritas animæ meliorem exhibet: si vero in tristitia, deformior redditur. *Hom. 36. de virtutib. & vitiis.*

*Seneca*, Quod duces magni faciunt rebus afflictis, vt hilaritatem de industria simulent, & aduersas res adumbrata lætitia abscondant, ne militum animi, si fractam ducis sui mentem viderint, & ipsi collabantur: Id nunc tibi quoq; faciendum est: induc dissimilem animo tuo vultum, &, si potes, proiice omnem ex toto dolorem; sin minus, introrsus abde, & contine ne appareat, & da operam, vt fratres tui te imitentur, qui honestum putabunt, quodcunque facientem viderint, animumq; ex vultu tuo sument, & solatium debes esse, & consolator illorum. *De consolat. c. 24.*

¶ EMBLEMA.

In Deo lætandum.

Emblema. IV.

*Aspice vt egregius puerum Iouis alite pictor*
*Fecerit Iliacum summa per astra vehi.*
*Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?*

Dis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Dic, hæc Mæonius finxerit vnde ſenex.*
*Conſilium, mens atq; Dei cui gaudia præſtant,*
*Creditur is ſummo raptus adeſſe Ioui.*

¶ FABVLA.

Piſcatores.

Dum extrahunt naſſam de aquis piſcatores, grauiſſimum pondus eſſe illius ſentiunt. Quare lætitia exultare, & felici euentu immodice gaudere, quod opera præclare poſita videretur. Sed naſſa ſubducta in terram, conſpicantur ingens ſaxum, quo illa depreſſa fuerat. Ergo mutatis animis, contriſtari atque mœrere, neque minus doloris capere ob falſitatem opinionis, & ludibrium fortunæ, quam incommodum ſuum. Tum vnus inter eos ſenior obiurgare eos & dicere: non nimis indigne ferendum caſum illum, quod conſanguineam habere gaudium videretur triſtitiam. Itaque vix aliter potuiſſe fieri, quam vt illius tanto complexu etiam hanc aſſumerent.

Vtrumque fabula monet, non prius lætandum, quam explorata fortuna, neque tamen triſtiores exitus non etiam moderate ferendos eſſe.

*Vide, Gaudium, Hilaritas.*

## Laſciuia.

¶ DEINITIO ET ETYMOLOG.

LAſciuia, Græce ἀσέλγεια,ας, ἡ, & ἀσελγὴς,έος,ὁ,ἡ, laſciuus: & ἀσελγαίνω, laſciuio dicitur. Hebr. *Sarar*, iuxta quorundam ſententiam, à verbo *Sarar*, Contumax, rebellis, petulans fuit, deriuatur, quæ ſignificationes laſciuis conueniunt. Eſt autem laſciuia indecens motus diſſoluti animi & corporis, ex intemperantia carnali procedens, *ſecund. Caſſiod. ſup. Pſal.*

Laſciuia mollicies eſt, petulantia, & nequitia, à laſciuio, molliter ago, & laſciue, molliter, nequiter.

Laſciuus is dicitur, qui placere omnibus ſtudet voluptatis cauſa, nec ob aliud quidquam illud agit. Si vero vtilitatem aliquam inde adipiſcitur in pecuniis, aut re pecuniaria, adulator eſt. *Ex Ariſt. 4. Ethic.*

¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Caueamus ne dum laxare animum volumus, ſoluamus omnem harmoniam, quaſi concentum quendam bonorum operum. Vſus enim cito inflectit naturam. *Amb. de off. l. 1.*

Vbi ſaltatio ibi diabolus: neq; enim Deus ad hoc nobis dedit pedes, vt cum camelis ſaltemus, ſed vt cum angelis chorum faciamus. In ſaltibus lætantur dæmones, & exultant miniſtri dæmonum. *Chryſ. in Matth.*

Puellam, propter quam iniquæ apparebant nuptiæ, occultari oportebat, vt conuitium matris meretricis occultaretur. *ibid.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Anthol. ſacr. Iac. Bill.

Coercendam eſſe carnis laſciuiam, vtpote menti peſtiferam.

*Ingenuo ancillæ geſtit colludere proles:*
*Ludus at hic Saram ſuſpicione ferit.*
*Nam ludi ſpecie fraudem exitiumq; parari*
*Huic videt, occultas inſidiaſque timet.*
*Ergo etiam menti caro ſi colludere tentet,*
*Fac ſubeat pectus tunc grauis ira tuum.*
*Namque ſub hoc ludo menti certiſſima peſtis*
*Quæritur, & ficti eſt mors comes atra ioci.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Omnia tolerabilia præter turpitudinem crede, à verbis quoque turpibus abſtineto, quia licentia eorum impudentiam nutrit.

Sermones vtiles magis, quam affabiles & facetos ama.

Miſcebis interdum ſeriis iocos, ſed temperatos, & ſine detrimento dignitatis & verecundiæ. Nam reprehenſibilis ludus eſt, ſi immodicus, ſi pueriliter effuſus, ſi muliebriter fractus.

Odibilem quoq; hominem facit riſus, aut ſuperbus, aut malignus, aut furtiuus, aut alienis malis euocatus. *Senec. 4. de Virtut.*

Luxurioſo frugalitas pœna eſt, pigro ſupplicii loco labor eſt. *idem epiſt. 72.*

Libidinoſa & intemperans adoleſcentia effœtum corpus tradit ſenectuti. *Cato Maior.*

Mulier eo die, quo proſtituit corpus, & pudicitiam deſerit, ſtatim animum immutat, ita vt familiares pro inimicis habeat: alienos autem ſibi fidos reputet: ac de honeſtis & turpibus contrariam opinionem induat. *Lyſias.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Pericles*, poſtquam cum Sophocle Poeta nauigaſſet, ac Sophocles conſpecto formoſo puero dixiſſet; En quam ſpecioſus puer! Decet, inquit, ò Sophocles, prætorem non tantum manus, ſed linguam etiam habere continentem. Senſit vir prudentiſſimus, non turpe tantum eſſe, ſi re ipſa ab omni laſciuia facti abſtinemus, verum etiam ſi impudice & laſciue de rebus loquamur. *Plutarchus.*

*Hieron.* Epicharmo comico poetæ, quod præſente ipſius vxore dixiſſet quiddam inhoneſtum, mulctam dixit. Epicharmus Siculus erat, iuxta regionis naturam plurimi ioci. At rex tantum iudicauit eſſe tribuendum reuerentiæ coniugio, vt crimen exiſtimaret, audiente vxore iocari laſciuius *Plut in apoph.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Meſſalina Claudii* omnium fœminei ſexus intemperantiſſima, vt ſatietatem expleret Liſicæ proſtitutæ mulieris nomen mentita eſt, & ſæpe ſub nocte lupanar adiit, & (quod turpius) cum famoſiſſimis meretricii quæſtus ſcortis coitu certauit, ex re fœdiſſima palmam ſibi quærens.

*M. Antonius Triumuir*, ebrius in conſpectu populi Romani, negotium publicum gerens, heſternam cœnam euomuit, gremium ſuum, totumque tribunal incoctæ cœnæ fruſtris vinum redolentibus impleuit: muſicis mimiſque immenſas opes donauit: Cleopatræ Orientem, Arabiam, Phœniciam, Syriam, Ciliciam & alias prouincias, maximo populi Romani ſanguine partas dono dedit.

*Tiberius Imperator*, vini appetentiſſimus, gulæque deditus, biduum continuum, & medium noctis, epulando cum Pomponio Flacco & L. Piſone perditiſſimis Senatoribus peregit, ipſorumque alterum prætorem Syriæ fecit, alterum vrbi Romæ præfectum. In cœna puellas iuſſit miniſtrare, Aſellio Sabino ducenta ſeſtertia dedit propter confectum dialogum, quo boleti, ficedulæ, oſtreæ vndique introducti, qui ſuauius explerent, inter ſe contendebant. Tandem annoſus in ſyluis antra condidit, vbi adoleſcentulos cum puellis in Nympharum morem conſtituit: qui cum ipſum viderent, venereum inter ſe exercerent.

*Caligula Imperator* laſciuia perditus, ne intactum aliquid à Venere relinqueret, ſororibus ſe commiſcuit.

*Sardanapalus*, omni muliere corruptior, fœmineo habitu purpuram ſa trahere inter mulieres ſolebat, ac nere, tumuloque ſuo inſcribi iuſſit. Id ſolum quod edi, ebibi, atque voluptatibus impendi, habeo, reliquorum nullam præſentio voluptatem.

*Vide Intemperantia.*

## Latro.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LAtro, Græc. λῃστὴς, οῦ, ὁ, ἡ, & λῃστεύομαι latrocinor dicitur. Eſt autem latrocinari, vias diripiendi gratia obſidere. Latrocinium ipſa direptio. Latro vel latrocinator, qui ita diripit.

Vide Etymol trilingue Lugduni editum, anno 1607. p. 415.

Antiqui eos latrones vocabant, qui circa Imperatorem ſeſe habere conſueuerant, quos nunc ſatellites vocamus, quaſi laterones à latere. Aliquando pro venatore capitur. Virgil.

*Fixumque latronis impauidus frangit telum.*

A latrone diminutiuum fit latrunculus, à quo latrunculatores vocantur iudices, qui de latrociniis & talibus maleficiis cognoſcunt: latro proprie diurnus eſt, fur autem nocturnus.

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPHICAE.

Latrones ita dicti ſunt, authore Feſto, quod à latere adoriantur, vel à latendo, quod latenter inſidientur. Hebr. *Chedhudim*, à verbo *Gadhadh*, excurrit turmatim, incurſionem fecit cuneatim, ſicut leuis armaturæ milites gregatim excurrunt ad populandum agros, exercendaq; in obuios, latrocinia *Cadh*, Mars, Deus belli, Eſaiæ 65. 11. Turma, filius Iacobi, ita nominatus à Lea matre, turma quaſi ſeu numeroſa prole dotata. *Ghanabim*, Fures. Eſai 1. 23. à verbo *Ganab*, furatus eſt, furtim abſtulit, clam ſubtraxit, tanquam ſub axillis occultando, clanculum abripuit. *Pariſim*, Irruptores, latrones, Ier. 7, 11. Ezech. 7, 21. Dan. 11. 14. à verbo *Parasb*, corrupit, erupit violenter & cum impetu, vt aqua quæ tempore inundationis ripas aluei ſui perrumpere ſolet. Hinc περάσσω, tranſeo vi quadam &c.

Latrones nil ante ferre debent ſuo lucro nec ipſam ſæpe, & aliâs damnoſam vltionem. *Apul in metamor. l. 57.*

Latrones cum Chriſto crucifixi, non appenſi cruci, ſed fixi fuerunt. *Ioan. Franciſc. Picus Mirand. epiſt. l. 3.*

Qui latrocinio victitant, bellum nec inferre, nec propulſare poſſunt *P. AEmyl. li. 9.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Probus Imp.* Quam multa barbarorum loco purgaſſet latrociniis, vbi perueniſſet ad Iſauros, dixit, ab illis locis facilius arceri latrocinia, quam tolli. Sentiens eſſe dandam operam, ne latronibus illuc eſſet aditus, neue iuuenes latrocinari diſcerent. Itaq; loca omnia, quæ anguſtum haberent aditum, veteranis conceſſit: addens, vt eorum filii ab anno decimo octauo ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari diſcerent, quam militare. Hoc tum recte Probus, quum multum intereſſet inter militiam & latrocinium nunc ſtabulum eſt *Vopiſcus.*

¶ SIMI-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ SIMILITVDO.

[illegible] Vt plerunque beſtiæ, fame dominantæ, ad eum lo-[cum], vbi aliquando paſtæ ſunt, reuertuntur: Sic latrones, vrgente [inopia]. *in Orat pro Cluent.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Arabes* æqua ex parte latrocinantur, aut mercaturam exercent. *Plut. lib.5.c.28.*

*Garamentes* in Libya locorum natura freti, latrocinio victitant [inna]ues vi tempeſtatis in breuia ſyrtium delatos, vadatim graſ-[ſantes]. *Sab.l.6.epiſt.1.*

*Leſtrigonas & Cycoples* Ætnæ & Leontinis vicina loca incolen-[tes], immanes & efferos quoſdam homines fuiſſe memorant, & ma-[leficos] & latrones. *Natalis Comes l.9 c.8.*

*Heptacometa in Ponto* ſuper arboribus ac turribus habitant. Ii [f]erina carne & arborum fructibus viuunt, atque ex lignis deſi-[lientes], peregrinos adoriuntur, iter agentes. *Strabo l.12.*

*Vide Furtum & Rapina.*

# Laus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LAVS, Græce ἔπαινος, ου, ὁ, vel αἶνος, ου, ὁ, & ἐπαινέω, vel αἰνέω, laudo [di]citur. Eſt autem laus ſermo elucidans magnitudinem virtu-[tis], *ſecundum Ariſtotelem lib.1. & 3. Rhetor. & B. Thom ſuper Pſalm.17.col.3.* Dicitur autem à laudo verbo, quod aliquando ſi-[gni]ficat verbis extollo. Horat. *Laudabunt alij claram Rhodon. aut [Mit]ylenem.* Aliquando idem quod nomino. Plautus: *Id vt ſcias, [Io]uem ſupremum teſtem laudo.* Vnde illaudatus, qui ne nominari [qui]dem dignus eſt, hoc eſt, illaudabilis Virgilius: *Quis aut Euriſtea [du]rum: aut illaudati neſcit Buſiridis aras.* Quidam tamen putant [lau]do verbum à laus deriuari, nomenque ipſum dici ἀπὸ τοῦ λαοῦ, [h]oc eſt, à populo; quod proprie laus ſit vox populi de aliquo recte [lo]quentis.

Laus & laudatio ſic differunt, quod laudatio eſt oratio ipſa lau-[dan]tis, laudes continens ipſius laudati. Laus vero eſt virtus ipſa non [al]iunde proueniens, ſed ſuis nixa radicibus. Virgil. *Primam merui [qu]i laude coronam.* Hinc laudabile, dignum laude, & collaudo, [ſi]mul laudo deducuntur.

Laus Hebr. *Hillut, Tehillah*: in plurali *Hillulim, Tehilim, Tehil-[l]oth*, laudes, laudationes, à verbo. *Halal.* Gloriatus, & in 2. coniug. *Hillel*, laudauit clara voce, glorificauit. Cognationem habet *Halal* [c]um *Hala*, vlterius promouit: nam laudare eſt aliquem vlterius promouere fama, prædicando eius virtutes. Hinc ἀλλάζω, ὑλλέω [d]iuulgo, promulgo laudes alicuius voce clara. Item, *Hale a Iah*, Laudate Dominum. Grammatici nonnulli laudem deriuant ἀπὸ [illegible], quod laus ſit populis conſenſus & prædicatio de alicuius [vir]tute.

¶ LOCI BIBLICI.

Laus in ore proprio ſordeſcit. *Prou.27.2.*

Laudis ſacrificium Deo gratiſſimum, *Pſalm.* 50.14. & 107.22. *Hebr.*13.15. Laus noſtra Deus, *Exod.* 15.2 *Deut.*10.21. Laudis hoſtia offerenda per Chriſtum, *Hebr.*13.15. In laudem ſuam elegit nos De-[us], *Deut.*26.16. *Epheſ.*16. Laudes immodicæ ſuſpectæ, *Prou.* 27.21. Laudes Deo canendæ, *Pſalm.*47.2. & 147.7. & 105.1. *Eſaiæ* 12.4. *Eph.* [5.19.] *Col.*3.16. *Hebr.*3.15. *Iacob.*5.13. Laudandus Deus ante & poſt ſum-ptum cibum, *Deut.*8.10. Laudare Deum pro merito non poſſumus *Pſalm.*96.4. & 106.2. & 119.16. & 145.3. *Eccl.* 43.2.32. Homines ſunt [i]llaudandi, vt eorum vitia non probentur, exempla in Aſa, 1. *Reg.* [15.]14. Amaſia, 2. *Chron.*25 2. Ioatham, 2. *Chron.*27.2.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Tunc laus erit vnicuique à Deo. 1. *Cor.*4.

Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. *Prou.*27.

Laudabuntur omnes recti corde. *Pſalm.*64.

Non laudes virum in ſpecie ſua: neque ſpernes hominem in vi-ſu ſuo. *Eccl.*11.

Ante mortem ne laudes hominem quenquam, quoniam in filiis agnoſcitur vir. *ibid.*

Ante ſermonem non laudes virum: hæc enim tentatio eſt ho-minum. 27.

Laudemus viros præclaros, & quibus prognati ſumus, maiores noſtros. 44.

Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nuntiet Eccleſia. *ibid.*

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Laus humana non appeti à ſapiente, ſed ſubſequi debet ſapien-tes, & recte facientem, vt illi proficiant, qui etiam imitari poſſunt quod laudant. *Aug. de ſerm. Dom. in monte.*

Securitas laudis in laude Dei eſt. Vbi laudator ſecurus eſt: vbi non timet, ne de laudato erubeſcat. *in Pſalm.*

Bonum laudare, non laudato, ſed laudantibus prodeſt, *In Ioan.*

Ibi eſt vanitate remota laudatio, vbi etiam vituperatio ab offen-ſione ſecura eſt. *Ad Dioſcor.*

Non huius laudis vires ſentit, niſi qui ei bellum indixerit; quia & ſi cuiquam facile eſt laude carere, dum negatur, difficile eſt ea non delectari, dum offertur. *ibid.*

Nec valde gaudere debemus, quando laudamur, nec contriſtari, quando vituperamus: quia nec deprauare iniuria, nec coronare poteſt laus aliena. *ibid.*

Quid eſt, quod dicis, ego diues, ille pauper? Sarcinam tuam cō-memoras, pondus tuum laudas, taceas laudes tuas, qui miſeratio-nes tuas non conſideras. *De doctrina Chriſti.*

Eſſe humilem eſt, nolle laudari in ſe. Qui ergo in ſe laudari appe-tit, ſuperbus eſſe conuincitur. *in Pſalm* 3.

Apuleius auditoribus ſuis admirantibus doctrinam commenda-bat, non auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis. *in Geneſ.*

Laudamus mendaciter, delectamur inaniter, & vani ſunt, qui laudantur, & mendaces, qui laudant. Alii laudantur, & ficti ſunt, alii laudant, quod putant, & falſi ſunt: alii vtrorumq; præconiis gloriantur, & vani ſunt. *in Epiſt.*

Remotis obſtaculis, vanæ opinionis ſcelera nuda penſentur, nu-da inſpiciantur, fallacia, & tegmina, & vanæ laudes: & gloria aufe-rantur, & apparebunt miſeriæ peccatorum *l 3. de ciuit. Dei.*

Vir ſanus ſim in his, quæ ad Deum pertinent, vehementius ve-rendum mihi eſt, & cauendum ab iis, qui nec temere inflant: lau-dantes enim me flagellant. *Ignat. in epiſt.*

Ne nobis ſtulte placeamus propter laudes, quæ veritatem exce-dunt. *Baſil apud Anton. & Max. ſerm. de laude.*

Præcipuum beneficium eſt in rebus honeſtis laudari. Laus enim parit æmulationem, æmulatio virtutem, virtus felicitatem, quæ fi-nis eſt omnium, quæ deſiderantur, & quod omnis viri boni motus refertur. *Nazianz. in ſerm.*

Dicit ſermo diuinus, ne laudaueris hominem in vita ſua, tan-quam ſi diceret: Lauda poſt mortem, magnifica poſt conſumma-tionem. Duplici tamen ex cauſa vtilius eſt homini memoriæ lau-dem dare, quam vitæ, vt illo potiſſimum tempore merita ſanitatis extollas, quando nec laudantem adulatio mouet: nec laudatum tentat elatio. Lauda ergo poſt pericula: prædica ſecurum. Lauda nauigantis felicitatem, ſed cum peruenerit ad portum: Lauda du-cis virtutem, ſed cum perductus eſt ad triumphum. Quis autem diues poſſit hic ſine trepitatione laudari, qui & de præterito memi-nit ſe habere quod doleat, & de futuro videt ſibi ſupereſſe quod ti-meat? *Ambr. in Natali S. Euſebij.*

Plures in hoc ipſo placere cupiunt: quod placere contemnunt: & mirum in modum laus, dum vitatur, appetitur. *Hier. in epiſt.*

Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem quærentium, alios viles facere, qui alterius vituperatione ſe laudari putant, & qui ſuo merito placere non poſſunt, placere volunt in comparatione peio-rum. *ibid.*

Caue, ne hominum rumuſculos acceptoris, caue ne offenſam Dei in populorum laudem commutes, *Ad Nepotian.*

Si vere laudabilis eſſe cupis, laudes hominum ne requiras, quia quamuis alicui ſit facile laudem non curare, dum negatur, eſt ta-men difficile ea non delectari, quum offertur. *Ad Celant.*

Sæpe bono operi, dum laus humana obuiat, mentem operantis immutat, quæ quamuis quæſita non fuerit, tamen oblata delectat. *Greg. in mor.*

Pene omne, quod de Deo dicitur, eo ipſo iam indignum eſt, quod potuit dici. Nam cuius laudi non ſufficit obſtupeſcens con-ſcientia, quomodo ſufficit loquens lingua? *ibid.*

Laus ſua iuſtos cruciat, iniquos exaltat: ſed iuſtos dum cruciat, purgat iniquos: dum lætificat, reprobos monſtrat. *ibid.*

Quum per accepta bona reprobi in ſua laude ſe eleuant, ipſis muneribus contra largientem pugnant. Inde quippe contra dan-tem ſuperbiunt, vnde ei amplius humiles eſſe debuerunt. *Libro 1. moralium.*

Qui inchoatæ virtutis ab humano honore laudem receperit, quaſi plantati ligni fructus ante tempus comedit. *ibid.*

Neſcit laudem, dum ſuppetit fugere, qui ad hanc didicit, cum deeſſet, anhelare. *in paſt.*

Quum pro recto opere laus tranſitoria quæritur, æterna retri-butione res digna vili pretio venundatur. *ibid.*

Laus in nobis referatur ad ipſum laudabilium vniuerſorum au-thorum & largitorem, non ficte, quemadmodum ab hypocritis, non ſola conſuetudine, ſicut a ſecularibus, non neceſſitate quædam vt iumenta ferendis oneribus applicantur: ſed ſicut decet ſanctos, ſynceritate fida, deuotione ſolicita, hilaritate grata, ſed non diſſo-luta, *Bern. ſuper Cant.*

Extrema dementia eſt, nulla imminente neceſſitate rerum, & neceſſitate violenta, propriis laudibus velle decorare. Non eſt ſe-cundum Deum loqui: iudicium eſt potius iſtud infamiæ: hoc e-nim omnem nobis mercedem euacuat. *Chryſoſtom. de laud. Paul. homilia. 5.*

Non laudatur de fide leproſus, quia in lege doctus: hic alieni-gena, ſcilicet Centurio, laudatur: quia legis ignarus: in modico enim ſermone ſapientiæ plus laudatur ruſticus, quam in magno



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

philoſophus: & puer, ſi aliquid dixerit ſapienter, laudatur, vbi perfectior non auditur. *in Matth.*

Iuſtum eſt, vt benegerentibus laudis tribuatur aſſenſus. Nam ſi equorum curſus hominum clamoribus incitatur: & inſonantium manibus agitatur, vt mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde homines ſtimulari poſſe credimus, quos ad laudis auiditatem ſingulariter incendimus. *Caſſiod. lib. 1. epiſt.*

Glorioſis gratioſiora ſunt præconia, quam tributa, quia ſtipendium & tyranno & impenditur, laudis autem prædicatio non niſi bono principi debetur. *Caſſ. lib. 2. epiſt.*

## ¶ Poeticae Sententiae.

Perſius. 1.

*Non ſi quid turbida Roma*
*Eleuet, accedas examenq; improbum in illa*
*Caſtiges trutina: nec te quæſiueris extra.*

Idem. 4.

*Reſpue, quod non es, tollat ſua munera cerdo:*
*Tecum habita, & noris, quam ſit tibi curta ſupellex.*

Sen. Thyeſt.

*At qui fauoris gloriam verti petit,*
*Animo laudari magis, quam voce volet:*

Sen. Thyeſt.

*Laus vera humili ſæpe contingit viro.*

Ouid. 1. Art.

*Laudatus oſtendit auis Iunonia pennas:*
*Si tacitus ſpectes, illa recondit opes.*
*Quadrupedes inter rapidi certamina curſus*
*Depexæque iubæ, plauſaque colla iuuant.*

Idem de medic. faciet.

*Laudatas homini volucris Iunonia pennas*
*Explicat, & forma multa ſuperbit auis.*

Perſius. 1.

*Vſque adeone*
*Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter?*
*At pulchrum eſt digito monſtrari, & dicier, hic eſt.*

Hor. 1. epiſt. 18.

*Qualem commendes, etiam atq; etiam aſpice: ne mox*
*Incutiant aliena tibi peccata pudorem.*
*Fallimur, & quondam non dignum tradimus, ergo*
*Quem ſua culpa premet, deceptus omitte vereri.*

Hor. 1. epiſt. 18.

*Nec tua laudabis ſtudia, aut aliena reprendes.*

Ouid. 3. Pont. 9.

*Ipſe ego librorum video delicta meorum,*
*Cum ſua plus iuſto carmina quiſque probet.*
*Auctor opus laudat, ſic forſitan Accius olim*
*Therſiten facie dixerit eſſe bona.*

Iuuenalis. 4.

*Nihil eſt quod credere de ſe*
*Non poſſit, cum laudatur diis æqua poteſtas.*

Ouid. Philomelæ laus.

*Dulcis amica veni noctis ſolatia præſtans;*
*Inter aues etenim nulla tibi ſimilis.*
*Tu philomela potes vocum diſcrimina mille,*
*Mille potes varios ipſa referre modos.*
*Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent,*
*Nulla poteſt modulis æquiualere tuis.*
*Inſuper eſt auium ſpatiis garrire diurnis:*
*Tu cantare ſimul nocte dieque potes.*

Ibid. 1.

*Scribere me voces auium Philomela coegit.*
*Quæ cantu cunctas exſuperat volucres.*

Ex Græcis Comicis.

Φίλων ἔπαινον μᾶλλον ἢ σαυτοῦ λέγε.
*Dic laudem amici potius ipſe quam tuam.*
Ὑπὲρ σεαυτοῦ μὴ φράσῃς ἐγκώμια.
*Tuam caueto prædices laudem ipſemet.*
Τὸν αὐτὸν αἰνεῖν καὶ ψέγειν, ἀνδρὸς κακοῦ.
*Laudare & infamare eundem, eſt improbi.*

## ¶ Sententiae Philosophicae.

Laus propriæ virtutis ſatis eſt, ſine mentione malorum. *Auer. 1. Rhetor. tract. 2. c. 12.*

Laus eſt quædam res conſtructa ex dignitatis exceſſu. *Auer. 3. Rhetor. c. 7.*

Laus dicitur dupliciter; large & ſtricte: large eſt præconium ore alieno celebratum: ſtricte laus eſt præmium, quo politicus, qui omnium ciuilium eſt ordinator, præmiat virtuoſum: & conſiſtit in tribus: in gloria, & quod accipias laudis titulos, & memoriam ſempiternæ recordationis. *Albertus Magnus Ethicorum 1. tract. 8. c. 1.*

Laudem attribui vtile eſt inferiori bono, vt ad altius & melius prouocetur. *idem ibid. c. 2.*

Laus vero illa haberi debet, quæ à laudato viro proficiſcitur. *Franc. Patr. de regno. l. 4. c. 19.*

Laus frigida eſt quædam ſpecies vituperationis. *Idem l. 5. c. 19.*

Laudari, coli, diligi, glorioſum eſt, metui, odio eſſe inuidioſo, deteſtabilique imbecillum, caducum. *Franc. Patr. de Rep. l. 5. c. 3.*

Sunt, qui nihil laudant, niſi quod ſe imitari poſſe confidunt. *Cic. 2. Tuſcul.*

Eſt iniqua in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis, malorum enumeratio, vitiorumq; ſelectio. *3. de leg.*

Eſt liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahis, neceſſe eſt aut infirmitati, aut inuidiæ aſſignetur. *Cæcinn. Cic. F. 6.*

In homine quoque illud laudandum eſt, quod ipſius eſt: familiam formoſam habet, & domum pulchram, multum ſerit, multum fœnerat: nihil horum in ipſo eſt, ſed citra ipſum: lauda in illo, quod nec eripi poteſt, nec dari, quod proprium hominis eſt, quæris quid ſit? animus & ratio in anima perfecta. Quid autem eſt ratio? hoc ab illo exigat, rem facilimam, ſecundum naturam ſuam viuere. *Sen. 41. epiſt.*

Quid ſtultius eſt, quam in homine aliena laudare? quid eo dementius, qui ea miratur, quæ ad aliud transferri protinus poſſunt? Nemo gloriari niſi de ſuo debet. *idem ibidem.*

Lauda parce, vitupera parcius: ſimiliter enim reprehenſibilis nimia laudatio, immoderata vituperatio: illa ſiquidem adulatione, iſta malignitate ſuſpecta eſt: teſtimonium veritati, non amicitiæ reddas. *Idem in epiſt.*

Bonum eſt laudari, ſed præſtantius eſt eſſe laudabilem: neminem cito laudaueris: neminem cito accuſaueris. Vitium eſt, omnia credere: vitium eſt, nihil credere. *idem lib. de mor.*

Parua laude dignus eſt, qui tantum miſeris auſertur. Laſciuia & laus nunquam habent concordiam. Quam magnum eſt nolle laudari, & eſſe laudabilem. *idem in Prouerb.*

Virtuti debetur laus. *Ariſt. l. 2. Ethic.*

Neque ſolum laudis cauſa rectum ſequi conuenit: Sed ſi laus conſequitur, duplicatur recte appetendi voluntas. *Cic. Rhetor. ad Herennium* *nouor. lib. 3.*

Vide ne facias impudenter, qui tuo nomini velis ex aliorum laboribus libare laudem. *idem Rhetor. nouor. l. 4.*

Vtenim quiſque maxime eſt boni particeps, ita & laudabilis maxime.

Quicquid eſt laudabile, idem & beatum & florens & expetendum videri debet.

Laudes eo vſque tolerabiles ſunt, dum ea dicuntur, quæ auditores ſe quoque facere arbitrantur. Si maiora dicuntur, inuident, non credunt. *Thucyd. l. 2.*

Laudibus haud minus quam præmio gaudent militum animi. *Liuius. Decad. 1. lib. 2.*

Laudis amatores neceſſe eſt huiuſce rei gratia ea ſibi comparare quorum cauſa laudentur, ob eamque rem omnem laborem, omne periculum quam lubentiſſime ſubire. *Xenoph. Cyropæd. l. 1.*

Viuentes laudare irriſio eſt, maxime Imperatores, à quibus ſperatur, qui timentur, qui præſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcribere. *Spartian. in Peſcenn. Nigro.*

Eademum laus grata eſſe debet excelſæ poteſtati, quum interdum & vituperationi ſecus geſtorum patet locus. *Amm. Marcel. libro 15.*

Præſtantius quiddam & magis eſt, admirationem ſuæ virtutis in hoſtium animis, quæ eis ſæpe incommoda ierit, quam apud amicos gratiarum actionem excitare, quippe in illo honeſtati tantum honor delatus apparet: in hoc vtilitas & commodum magis quam virtus amatur. *Plutarch. in compar. Pelopidæ & Marcelli.*

Perfectiore virtute mihi præditus videtur, qui ne aliorum quidem laudationes requirit, & qui ſeipſum crebro collaudat. Vacuitas enim arrogantiæ magnum eſt ad manſuetudinem ciuilem viaticum: contra arrogantia moleſta, plurimumque inuidiæ procreans. *Plut. in comparat. Ariſtidis & Catonis maioris.*

Viri laus eſt in præliando: mulieris laus eſt in moderatione luctus. *Thucyd. l. 2.*

## ¶ Apophthegmata.

*Anaximenes* dicebat, ſi ij, qui bono zelo ducti, bene recteque hominum facta nulla omnino laude digna putant, quem quæſo fructum & vtilitatem ipſi ex ſuis egregie factis ſperare audebunt. *Stobæus.*

*Democritus*, recte facta collaudare, honeſtum eſſe dicebat: malavero laudibus vehere adulterini ac impoſtoris animi eſſe indicium. *Stob. ſerm. 14.*

*Socrates*, Thus diis, inquiebat, laus vero bonis viris tribuenda eſt Item, Defendendi ſunt, qui immerentes accuſantur iniuriarum, laude ornandi, qui ob bonum aliquo cæteris præſtant excellunt que. *Stob. ſerm. 1.*

*Anaxandridas.* Quidam cum dixiſſet, gloriam ac celebre nomen nocere, eoq; felicem eſſe, qui illud effugerit: Ergo (inquit Anaxandridas) ſi vero loqueris, qui nefaria perpetrant, felices erunt. Nam qui fieri poteſt, vt qui ſacrilegium committit, aut aliud iniuſtum facinus perpetrat, gloriæ curam habeat? Notauit eos, qui ſic contemnunt laudem, vt interim per ignauum nihil gerent laudabile: quum eximiam virtutem honeſta fama comitetur vltro

ac gen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

generoſis animis amor laudum veluti ſtimulus ad præclara faci- [...]a ſit innatus. *Plut.*

*Cum Peſcennio* Nigro Imperatori creato quidam panegyri[...]m recitare vellet, Imperator dixiſſe fertur; Scribe laudes Ma[...]ri, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi vita functi, & dic, quid ille fecerit, vt eum nos imitemur. Nam viuentes laudare [...]riſio eſt, maxime Imperatores: à quibus ſperatur, qui timen[...]tur, qui præſtare publice poſſunt, qui poſſunt necare, qui proſcri[...]bere: ſe autem viuum placere velle, mortuum etiam laudari. *Æli-[...]us Spart.*

*Themiſtocles*, theatrum petens, cum ex eo quidam percontare[...]tur, cuius vocem libentius audiret? Eius, ait, à quo ſua virtus præ[...]dicaretur. *Bruſ. l.3.c.36. ex Plut.*

*Eudamidas* interrogatus, quam ob cauſam Lacedæmonii, pri[...]uſquam irent in prælium, Muſis immolarent, cum Muſis nihil vi[...]deretur cum Marte eſſe commercii? Vt rebus, inquit, fortiter ge[...]ſtis, contingat honeſta commemoratio. Bene gerendæ rei laudem [...]ſibi imbuebant: vt autem egregia geſta ſplendidis verbis celebra[...]rentur, hoc à Muſis eloquentiæ præſidibus petendum iudicarunt [...]eo quod ipſi negligerent eloquentiæ ſtudium. Simul admonebat, non expetendam honorificam memoriam, niſi recte factis prome[...]ritam. *Plut. in Lacon.*

*Alexinus Sophiſta* inter ambulandum multa mala dixit in Stil[...]ponem Megarenſem. Cæterum vbi quiſpiam eorum, qui aderant, dixiſſet: Atqui ille te nuper laudauit: Per Iouem, inquit, vir opti[...]mus eſt, ac præſtantiſſimus. Tum facile ex obtrectatore factus eſt laudator, non ob aliud, niſi quod ab eo laudatus eſſet. *Eraſ. lib. 6. apoph. ex Plut.*

*Alexander* in Phrygiam vectus, Achillis ſepulchrum nactus, [...]coronis ornauit, felicemque Achillem vocauit, quod viuo qui[...]dem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contige[...]rit habuiſſe præconem, Homerum ſcilicet. *Bruſon libro 3. cap. 36. ex Plut.*

*Ioannes Pont.* quum immodice à quodam laudaretur, ad ſuos conuerſus, ait: Licet multa glorioſe à me facta fingat, nihilomi[...]nus tamen hac laude plurimum oblector. Sunt autem multi, qui hodie Regum, Principum, Pontificum, Chardinalium, Epiſcopo[...]rum, aliorumque eius notæ hominum laudes decantant, non qui[...]dem (vt de ſeipſo Magnus ille Roterodamus teſtatus eſt) quod ta[...]les ſint, ſed quod his virtutibus præditi merito eſſe deberent, quæ de eis prædicantur. *Ioannis dictum recitat Æneas Sylu. lib. 1. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Democritus*, Recte facta collaudare honeſtum, mala vero lau[...]dibus vehere adulterini animi & impoſtoris eſſe, dicere ſolebat. *Stob. ſerm. 21.*

*Lyſander*, Cuidam apud Lyſandrum iactanti, quod ipſum & laudibus veheret, & aduerſus obtrectantes tueretur; Duo, inquit, mihi ſunt boues ruri: & tacentibus ambobus, tamen certo noui, vter ſit ignauus, vter ad laborem ſtrenuus. Senſit veram virtutem non egere laudibus humanis, cum ipſa ſecum ducat ſuam laudem ac decus. Cæterum qui nihil gerunt præclari, his opus eſt præco[...]nibus. *Plut. in Lacon.*

*Antalcidas.* Quum ſophiſta quiſpiam appararet recitare li[...]brum, & Antalcidæ percontanti, quod eſſet argumentum, reſpon[...]diſſet, Herculis encomium: Quis, inquit, illum vituperat: Super[...]uacaneum exiſtimans, in eo laudando ſumere operam quem vno ore prædicarent omnes. Hercules autem apud Spartanos reli[...]gioſiſſime colebatur. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Antagenes* dicebat, ita viuendum eſſe hominibus, vt viui lau[...]dabiles ſint, mortui autem beati iudicentur. *Antonius in Meliſſa, part. 1. ſerm. 51.*

*Idem*, quum audiſſet, quantum ab hominibus ſubinde lauda[...]retur, dixit; Quum multi me laudant, tum me nullius pretii eſſe iudico: quum pauci, bonum & egregium virum me eſſe puto. *Ant. in Meliſſ. part. 1. ſerm. 51. & Max. ſerm. 43.*

*Hippodromus.* Quum Hippodromo ſophiſtæ vehementer à Græ[...]cis applauderetur, multaq; magnifica acclamarentur, in quibus il[...]lum æquabant Polemoni: Homerico verſu reſpondit:

> *Τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις.*
> *Quid me immortalibus aquas?*

Simul & candidi hominis laudem reportans, qui Polemonem tam præclaro teſtimonio ornarit: & modeſtiæ, qui laudem inuidi[...]oſam repulerit. *Philoſt. in ſophiſt.*

*Pindarus* cuidam commemoranti, quod ipſius laudes vbique prædicaret: Ego, inquit, pro iſto officio bonam repono gratiam, efficiens, vt vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent iis, quos laudant, quam ipſi debent, qui laudantur. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Dionyſiodorus* gloriari ſolebat, quod nemo pulſus ſuos audiſſet, neque in triremi, neque ad fontem, quemadmodum Iſmeniæ. Sentiens, ſe nunquam captaſſe plauſus ſordidorum & imperito[...]rum: ſed ſat habuiſſe, probari paucis eruditis. *Ita Laertius in Cratete. Eraſ. lib. 8 apoph.*

*Ageſilaus* dicebat, ſibi iucundum eſſe laudari ab his, qui non vererentur & vituperare, ſi quid diſplicuiſſet. Tales enim ſi quid laudant, iudicio laudant, non metu, aut adulatione. *Plutarchus in Lacon.*

*Hector* à patre laudatus ob ſingulares animi virtutes: Lætus ſum, inquit, laudari me abs te pater, laudato viro. A malis enim laudari, non laus ſed dedecus eſſe putatur. *Cic.*

*Alphonſus*, Lucas medicus, vir diſertiſſimus, quum orationem apud Alphonſum Aragonum Regem eloquentiſſimum habuiſſet, eumque exquiſitis & heroicis laudibus extuliſſet; Rex hæc audiens dixiſſe fertur, Si vera ſunt Luca, quæ de me prædicas, Deo Optimo Maximo gratias ago, ſin aliter, vera vt iſthæc faciat, oro atque obſecro. Innuens, maxime decere Reges, vt laudibus dignos vbique ſe præberent. *Panorm. libro 1. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Antiſthenes* audiens ab improbis quibuſdam ſe laudatum eſſe: Vereor, inquit, nequid imprudens fecerim mali. Sentiens, à talibus neminem laudari, niſi ob inſignia malefacta. *Laertius lib. 6. capite 1.*

*Antagoras* dicebat: Dum me laudant multi, agnoſco plane, quãtum veræ mihi deſit gloriæ. Cæterum ſi pauci, iam me ſtudioſum diligentemq; exiſtimo virum. *Stob.*

*Phocion*, quum aliquando apud populum dicens ſententiam, videret ab vniuerſis eam accipi, & ſe laudari, conuerſus ad amicos, Numnam, ait, aliquid imprudens maledixi? *Plut.*

*Menedemus*, quum audiuiſſet, ſe frequenter ab Alexino laudari: At ego, inquit, illum ſemper vitupero: declarans, ſe non poſſe corrumpi laudibus, quo minus eum reprehenderet, qui reprehenſione dignus erat. *Eraſ. l. 6. apoph.*

*Ageſilaus* dicebat, non minus laudatoris inſpiciendos eſſe mores, quam eius, qui laudatur. Significans, perraro contingere, vt aliquis, quæ moribus ſuis contraria ſint, laudare velit: Fortitanq;, etſi aliter videretur, perſæpe ex laudatoris ingenio poſſe eius quoq; mores, qui laudatur agnoſci. *Fulg. l. 7. c. 2.*

*Anonymus.* Lacon quidam, cum Charislaus Rex laudaretur: Quoniam, inquit, modo bonus eſſe vir poteſt, qui ne in malos quidem acerbus eſt? *Plut. in apoph.*

*Phauorinus*, Eam laudem, qua quis alium, ſui commodi gratia proſequitur, nullam fidem mereri dicebat. *Stob ſerm. 14.*

*Pliſtarchus*, cuidam referenti ipſum à maledico quodam laudari: Demiror, inquit, ſi quis illi dixit, me mortuum eſſe. Nam ille de viuo bene loqui poſſit nemine. Non delectatus eſt vir generoſus laude, quæ à viro illaudato proficiſcebatur. *Plut.*

*Alphonſus* audiens, ſe à Nicolao, Cardinali Capuenſi, inimico capitali, plurimum laudari: Si mei omnes, inquit, ita de me ſentiant, vt inimicus hic ſentit & prædicat, bello certe me nequaquam laceſſerent, ſed quo mihi nihil antiquius eſt, ſinerent pace me atque otio perfrui. *Pano. l. 2. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Ariſtoteles* de ſemetipſo in neutram partem loqui debere prædicabat: quoniam laudare ſe vani: vituperare ſtulti eſſet. Cuius dicterium in morum puerilium inſtitutionibus etiam hoc carmine apertiſſime expreſſum eſt:

> *Nec te collaudes, nec te culpaueris ipſe:*
> *Hoc faciunt ſtulti, quos gloria vexat inanis.*

*Ariſt. dictum recitat Valer. Max. l. 7. c. 2. & Laert. l. 5. c. 1.*

*Xenophon* dicebat, vnicuique laudem ab aliis profectam ſuauiſſimam eſſe auditu: aliis autem eam eſſe moleſtiſſimam, quam ſibi quis ipſe tribuit *Plut. de ſui laude, &c.* Quod tamen non ſine exceptione intelligendum eſt, *vt eodem libro variis argumentis & exemplis Plut. demonſtrat.*

*Agathocles.* Multi paupertatem, imperitiam, atque adeo ignobilitatem inter ſuas laudes dum confidenter, inuidiam retundunt. Sic Agathocles aurea pocula & cælata præbibens adoleſcentibus, iuſſit etiam fictilia proferri: & Talis (inquit) res eſt aſſiduitas laboris, ac tolerantia & fortitudo, nos olim lutea nunc aurea facimus pocula. Etenim Agathocles, qui ob obſcuritatem generis, & egeſtatem, credebatur in figuli officina educatus, poſtmodum regnum totius prope Siciliæ obtinuit. *Plutarchus.*

*Cato Vticenſis* fiducia ſui elatus, vt hoſtes Reip. coerceret aliquoties ſeipſum laudabat: Inuideri ſibi, dicens, quod ſuis rebus neglectis noctes patriæ cauſa vigilaret. *Plut.*

*Ageſilaus*, cuidam Perſarum regem magnum appellanti, dixit, Ni iuſtior, non maior me eſt. *Plut. eod. lib.*

*Diogenes* taxabat hominum vulgus, quod bonos viros hoc nomine laudarent, quia pecunias contemnerent, nec interim imitarentur, quos laudibus extollerent, vehementer: ſed pecunioſos magis ſequerentur, quos vituperabant. *Laert.*

*Simonides*, quum cæteros laudando venaretur, vt aliquid darent, interrogatus, cur Theſſalos non captaret? Stupidiores ſunt, inquit, quam à me falli poſſint. Qui quærunt, cui imponant, ad ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, vt non ſentirent ingenium poematum illius, nec tangerentur amore nominis in poſteros tranſmittendi, nec poterant ab illo falli. *Eraſmus Roterodam lib. 9 apoph.*

*Demoſthenes* vnus fuerat ex decem, quos Athenienſes legatos ad



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tos ad Philippum Macedonem miſerant. Itaque poſteaquam Eeſchines & Philocrates, quos Præcipue fuerat complexus Philippus à legatione reuerſi, aliis mutis nominibus prædicarent Regem, tum his præcipue, quod eſſet formoſus, facundus, & ad bibendum ſtrenuus: Demoſthenes, ita cauillatus eſt vt diceret, in his laudibus nihil eſſe dignum rege: nam primam eſſe fœminarum, alteram ſophiſtarum, tertiam ſpongiarum. *Plut. in Eraſm. lib.4. apoph.*

*Ageſilaus*, quoties audiebat aliquos ab aliis laudari, aut vituperari, exiſtimabat non minus diſcendos eorum mores, qui loquebantur, quam eorum, de quibus loquebantur. Senſit vir prudentiſſimus, eos, qui alios contemnunt & vituperant, magis prodere morbum ſuum, quam detegere morbos alienos. Et qui ob res parum honeſtas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, iudicare ſtultitiam ſuam, & peruerſum iudicium. *Plut. in Lacon.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Socratis*, Veluti thus non hominibus, ſed diis conuenit; Ita laus non indignis, ſed bonis tantum viris tribuenda eſt. *Apud Stob. ſerm.3. De temperantia.*

*Politiani*, Vt rectius egeno quam diuiti datur: Ita rectius qui caret, quam qui ſuis laudibus abundat, laudatur. *Lib.7. Epiſt. ad Ioan. Baptiſt. Midam. fol.92.*

*Vt non minus* aliquando bene paſcimur alieno ſumptu, quam noſtro: Sic non minus aliquando decenter alienis ornamur laudibus, quam noſtris. *in eodem epiſt.*

*Thriueri*, Quemadmodum lac & vinum, & alius quicunque ſuccus optimus ab aere corrumpitur: Sic & virtus noſtra dum ab aliis prædicatur. *In apoph.*166.

*Vt ſæpe* propter fumum flamma amittitur: Sic virtus, dum ab aliis immodice prædicatur, & nimis extollitur, *In apoph.*166.

*Salomonis*, Quemadmodum aurum & argentum igni exploratur: Sic vir probatur ore laudantium eum. *cap.*17.

*Chryſoſtomi.* Quemadmodum nemo obſcurum diceret ſolem, ne ſi cœcus quidem fuerit, erubeſcit quippe opinionibus omnium aduerſari: Ita & eum, qui nimio decore fuerit conſpicuus, atque morum honeſtate illuſtris, nullus profecto culpare præſumit. *Hom.* 10. *de diuerſis.*

*Socratis.* Quemadmodum venatores lepores canibus capiunt: Sic multi ſtolidos laudibus irretiunt. *apud Stob. ſerm.*12.

*Plutarchi.* Vt non quæuis corona quemuis decet victorem: Ita non quæuis laus aut quiuis honos quemcunque hominem. *In Moral.*

*Qui pecuniam* dat, quantum impertit alii, tantum ſibi detrahit: At non idem fit in laude, & tamen hoc imaginantur maligni quidam, parcius impartientes laudem, quam pecuniam. *in Moral.*

*Qui vincit* in certaminibus, præconem adhibet, quo victor pronuntietur: Multo magis vera virtus altero debet ore laudari, non ſuo. *in Moral.*

*Qui caſtam* ac philoſophicam orationem meretriciis ac ſophiſticis laudibus proſequuntur: perinde faciunt atque ij, qui athletam liliis aut roſis coronant, non lauro aut oleaſtro. *In Moralibus.*

*Si ager* laudando redderetur fertilior, non minus laudandus eſſet, quam arandus, aut ſtercorandus: Sic amicus, ſi redditur laude melior, expedit aliquando laudare: ſin minus, quorſum pertinet inutilis palpatio? *in Mor.*

*Vt bonus medicus* mauult morbo mederi ſomno ciboq;, quam ſcammonio, aut caſtorio: Sic amicus, pater, præceptor magis ſtudet laude corrigere, quam obiurgatione, ſi liceat. *in Mor.*

*Non oportet titillare*, qui natura procliues ſunt ad riſum: Ita non oportet laudare, qui gloriæ ſuapte ſponte ſunt appetentiores. *in Moral.*

*Vt qui maligne* dant aliis, videntur ipſi parum habere: Ita qui parce & maligne laudant alios, videntur adhuc ſuas eſurire ac ſitire laudes. *in Moral.*

*Ciceronis*, Vt quidam morbo aliquo & ſenſus ſtupore ſuauitatem ciborum non ſentiunt: ſic facinoroſi veræ laudis guſtum non ſentiunt. 2. *Philip.*

*Plinij*, Pauo non explicat pennas, niſi laudatus: Ita quidam putant, ſe non habere, quod habent, niſi ſint, qui mirentur. *Lib.*10. *capite* 20.

*Politiani*, Vt creſcente vmbra, vel decreſcente, corpus tamen ipſum, cuius illa eſt vmbra, neque creſcit, neque decreſcit: Ita nec melior fit quiſquam, dum vulgo laudatur, nec item peior, dum vituperatur: *in Lamia.*

*Eraſmi Roterodami*, Sicut vehementius titillat tactus, & iucundius mouet frictus alienus, quam noſter: Ita iucundius eſt laudari ab his, qui nobis nulla cognatione aut familiaritate coniuncti ſunt. *in ſimil.*

*Thriueri*, Stupidus eſt, qui in taberna omnium aromatum plena nullo tentatur odore: Multo difficilius, pulcherrimas laudes contemnere, ne ſentire quidem. *in apoph.*115.

*Vt maior dolor* ſcalptum ſequitur, quam anteceſſit voluptas: Sic qui laudem ſibi comparant ex rebus malis, maiore demum afficiuntur triſtitia, quam à principio lætitia. *in apoph.*164.

*Quemadmodum* corporis voluptates qualeſcunque totum corpus effœminant: ſic laudes ipſum animum. *in apoph.*167.

*Plutarchi*, Vt qui vehementi laborant fame, nec eſt quod edatur, ſuis ipſorum artubus veſci coguntur: Ita quidam præ fame gloriæ ſeipſos laudare coguntur, ſi deſit à quo laudentur. *In Moralibus.*

*Qui* obſeruant, ne moleſti ſint lippientibus, vmbram aliquam admiſcent lumini, Sic quidam laudibus ſuis aliquid exprobratorum aut vituperationis aſpergunt, vt inuidiam effugiant. *In Moralibus.*

*Quemadmodum* iubemur aut omnino cauere locum peſtilentem, aut ſi in eo ſis, circumſpecte agere: Sic aut omnino vitandum, ne laudes teipſum, aut id caute & circumſpecte agendum. *In Moral.*

*Plinij*, Gallus victor illico cantu ſuperiorem ſeſe teſtatur: Ita quidam ſua facinora iactant ipſi, & ſuarum laudum ridiculi ſunt tibicines. *Lib.*8. *c.*33.

### ¶ EXEMPLA PROFANA.

*Ageſilaum* libenter, memorat Xenophon, ſolidum laudari ab illis, qui etiam vellent ipſum vituperare. *Plut.*

*C. Marius Ruſticanus*, quamuis in ſtudiis literarum non eſſet verſatus, literatos tamen homines dilexit, poetas præſertim, à quibus res ſuas geſtas immortalitate donandas eſſe ſperabat. *Cicero pro Archia.*

*Gregorius Magnus Pontifex*, cuidam probato viro ipſum extollenti, reſpondiſſe fertur: Deum deprecare, frater, vt his, quæ de me prædicas, dignus efficiar: ſicut & tu dignus es, cuius opinio improbari non debeat. Sed plerunque euenit, vt ea, quæ de iis, quos amamus, in medium proferimus, maiora vero ſint. Itaque quamuis iſta commendatione tua longe inferiorem me eſſe agnoſcam, charitati tamen gratias ago. *Marullus lib.*1. *c.*4.

*Ferdinandus*, Rex Siciliæ & Neapolis, vehementer laudatus eſt, quod populis quibuſdam ſtrenam remiſſet, antiquis principibus inueterato quodam iure quotannis vendi ſolitam. *Pontanus c.*4.

### ¶ EMBLEMA.

In illaudata laudantes.
Emblema CXXIII. Andreæ Alciati.

*Ingentes Galatum ſemermi milite turmas*
*Spem præter trepidas fuderat Antiochus.*
*Ducarum cum ſaua bouis vis, ira, proboſcis,*
*Tum primum hoſtiles corripuiſſet equos.*
*Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,*
*Inſuper & ſocius, Occideramus, ait,*
*Bellua ſeruaſſet ni nos fœdiſſima barrus:*
*Vt ſuperaſſe iuuat, ſic ſuperaſſe pudet.*

### ¶ FABVLA.

Simia.

Conuocatis vniuerſis animantibus, cognoſcere Iupiter volebat, cuiuſnam omnium formoſiſſima eſſet ſoboles. Tum ſimia ſimiolum paruulum præferens, & Ioui oſtendens; Quid quæris Iupiter, inquit, nullum hoc formoſo formoſiorem inuenies. Cui Iupiter: Ideo nudas, inquit, nates ſcilicet habet.

Docet fabula, de illius ore, qui ſeiſum aut ſua prædicet, laudes & ſordidas & ridiculas fieri.

*Vide Ambitio, Gloria, Honor.*

---

# Lectio.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LECTIO, Græce ἀνάγνωσις, ιος, ἡ, & ἀναγνώστης, οῦ, ὁ, lector dicitur. Veniunt autem lectio & lector à lego, quod eſt oculis ſcripta percurro. Hebr. *Keria*, & *Mikra* à verbo *kara*, clamauit, vocauit, videtur enim lector vocare characteres ſeu literas, vt res capiat varias & retineat.

### ¶ LOCI BIBLICI.

Lectio Legis præcipitur. *Ioſ.*1.8. *Deut.*31.11. Lectio Legis & Prophetarum vſitata, *Act.*13. *v.*15.27. & 15.21. Lectio Scripturarum quam vtilis, 2. *Pet.*1.19. *Apoc.*13. *Vide* 2. *Tim.*1.6. & 3. *v.*15.16. & 4.13. 1. *Corin.* 10.11. *Roman.* 15.4. Lectio Scripturæ ſacræ Epiſcopis neceſſaria, 1. *Tim.*4.13.

### ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Poſt induſtriam ſequetur ſapientia. *Eccl.*10.

Qui

Qui legit, intelligat. Omnis autem, cui multum eſt datum, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multum, plus petent ab eo. *Matth.14. Luc.1.* Scrutamini Scripturas, *Ioan* 5.

Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. Noli negligere gratiam, quæ in te eſt. 1.*Tim*.4.

Omnis Scriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum &c. 1.*Tim*.3.

Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter. *Col*.3.

Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum eſt illi. *Iacob*.4.

¶ Poeticae Sententiae.

Horut.1.Epiſt.18.

*Inter cuncta leges, & percunctabere doctos:*
*Qua ratione queas traducere leniter æuum:*
*Ne te ſemper inops agitet vexetq; Cupido:*
*Ne pauor & rerum mediocriter vtilium ſpes.*
*Virtutem doctrina paret, naturane donet:*
*Quid minuat curas: quid te tibi reddat amicum,*
*Quid pure tranquillet: honos an dulce lucellum,*
*An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ.*

Claud.4.Hon.

*Interea Muſis animus dum mollior inſtet,*
*Et quæ mox imitere legas: nec deſinat vnquam*
*Tecum Graia loqui, tecum Romana vetuſtas.*
*Antiquos euolue duces, aſſueſce futuræ*
*Militiæ, Latium retro te confer in æuum.*
*Libertas quæſita placet: mirabere Brutum.*
*Perfidiam damnas: Metii ſatiabere pœnis.*
*Triſte rigor nimius: Torquati deſpue mores.*
*Mors impenſa bonum: Decios venerare ruentes.*
*Vel ſolus quid fortis agat, te ponte ſoluto,*
*Oppoſitus Cocles, Mutii te flamma docebit.*
*Quid mora perfringat, Fabius: quid rebus in arctis*
*Dux gerat, oſtendet Gallorum ſtrage Camillus.*
*Diſcitur hinc nullos meritis obſiſtere caſus.*
*Prorogat æternitas tibi Punica famam*
*Regule: ſucceſſus ſuperant aduerſa Catonis.*
*Diſcitur hinc, quantum paupertas ſobria poſſit.*
*Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis.*
*Pauper Fabricius, Pyrrhi cum ſperneret aurum.*
*Sordida Serranus flexit Dictator aratra.*
*Luſtrata lictore caſæ, faſceſq; ſalignis*
*Poſtibus affixit, collectæ Conſule meſſes.*
*Et ſulcata diu trabeato rura colono.*

Auſon. Eidyl.5.

*Perlege quodcunque eſt memorabile: prima monebo.*
*Conditor Iliados, & amabilis orſa Menandri,*
*Euoluenda tibi: tu flexu & acumine vocis*
*Innumeros, numeros doctis accentibus effer,*
*Affectuſq; impone legens: diſtinctio ſenſum*
*Auget, & ignauis dant interualla vigorem.*
*Et quando iſta meæ contingent dona ſenectæ?*
*Quando oblita mihi tot carmina, totq; per æuum*
*Connexa hiſtoriæ ſoccos, aulæaq; Regum,*
*Et melicos lyricoſque modos præfando nouabis,*
*Obductoſq; ſeni facies puraſcere ſenſus?*
*Te præeunte nepos modulata poemata Flacci,*
*Altiſonumq; iterum fas eſt didiciſſe Maronem.*
*Tu quoq; qui Latiam lecto ſermone Terenti*
*Comis, & adſtricto percurris pulpita ſocco,*
*Ad noua vix memorem diuerbia coge ſenectam.*

Martialis. 10.

*Qui legis Oedipoden, caligantemq; Thyeſten.*
*Colchidas, & Scyllas, quid niſi monſtra legis?*
*Quid te vana iuuant miſeræ ludibria chartæ?*
*Hoc lege quod poſſis dicere iure, meum eſt.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Illud tamen prius ſcribam, quemadmodum tibi iſta cupiditas diſcendi, qua flagrare te video, dirigenda ſit, ne ipſa impediat. Nec paſſim carpenda ſunt, nec auide inuadenda vniuerſa, per partes peruenitur ad totum. Aptari onus viribus debet, nec plus occupari, quam tui ſufficere poſſunt. Non quantum vis, ſed quantum capis hauriendum eſt. Quo plus recipiat animus, hoc ſe magis laxat. *Sen ad Lucil. epiſt*.109.

Lectio certa prodeſt, varia delectat, qui, quo deſtinauit, peruenire vult, vnam ſequatur viam, non per multas vagetur: non ire iſtud, ſed errare eſt, *idem epiſt*.49.

Non refert quam multos, ſed quam bonos habeas libros. Lectio certa prodeſt, varia delectat. Multitudo librorum onerat, non inſtruit. Et ſatius eſt paucis authoribus te tradere, quam errare per multos. *idem ad Lucil. in epiſt.*

Quo minus legas, non te deterreo, dum, quicquid legeris, ad mores ſtatim referas. *idem in epiſt.*

Neque ad aſſentiendum procliuior quiſquam eſſe debet, neque ſe omnino incredulum ad ea quæ ſunt rariora præbere. *Pauſan. Libro* c.

¶ Apophthegmata.

*Diogenes* ab Hegeſia rogatus, vt ipſi liberos aliquot commôdato daret: Non ſapis, inquit Hegeſia, qui quum caricas non pictas, ſed veras eligas, vera exercitatione neglecta, ad ſcriptam te conferas. Hoc dicto notauit eos, qui per omnem vitam nihil aliud quam legunt philoſophorum libros, recte viuendi præcepta continentes; cum virtus magis vſu diſcatur, quam lectione. Γράφειν Græcis anceps vox eſt, ſignificans ſcribere & pingere. Itaque virtus libris expreſſa; quodam modo picta virtus eſt. Abſurdum autem videtur, in caricis habere delectum, in virtute non item. *Laert.l.*6.

*Ariſtippus*, cuidam iactanti ſe, quod eſſet πολυμαθὴς, hoc eſt multiplicis eruditionis, quaſi nihil non didiciſſet: Quemadmodum, inquit, non hi qui plurimum edunt, excernuntque, melius valent his qui ſumunt quantum opus eſt: hi non qui plurimas, ſed qui vtilia legerunt, ſtudioſi & eruditi ſunt habendi. Grauiter taxauit eos, qui tumultuaria immodicaque lectione ſemet ingurgitant: nec ea quæ legunt traiiciunt in animum: ſed tantum reponunt in memoria; quare nec doctiores euadunt nec meliores, *Laert.l* 2.*c*.8.

*Demetrius Phalereus* Ptolomæum regem adhortari ſolebat, vt ſibi pararet libros de regno, deque militari imperio gerendo tractantes, eoſque diligenter euolueret: propterea quod ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur. *Laert*.5.*c*.5.

*Plinius maior* dicebat, nullum eſſe librum tam malum, qui non aliqua parte prodeſſet. Verum dixit de his, qui norunt ex quibuſcunque libris, ſi quid ineſt frugiferum, excerpere. Sed ſunt qui in libro quantumuis bono nihil venantur, niſi quod reprehendant. *Eraſ.l.*8.*apoph.*

*Alphonſus* audiens à quibuſdam Caietanis male literatis, M. Tullii ſepulchrum extare adhuc iuxta Formias (ibi enim villa Ciceroniana inſignis olim fuit, nunc autem Mala vocatur in via Romana vetuſtis literis inſcriptum: eius rei viſendæ percupidus, ſtatim cum locum acceſſit, & ſentibus rubiſque primo tumulum purgans, moxque legere inceptans, non M. Tullii, ſed M. Vitruuii inſcriptionem inuenit, qua lecta, vultum riſu ſoluens dixiſſe fertur, Caietanos ex Minerua oleum quidem accepiſſe, ſed ſapientiam amiſiſſe. Conſtat autem Alphonſum Ciceronianæ lectionis tam ſtudioſum fuiſſe: vt perraro eius tædio affici potuerit. *Panor.l.*1 *de reb.geſt. Alphonſi.*

*Alcibiades* aliquando in ludum literarium ingreſſus, petiit à ludimagiſtro Homeri Iliadem, cuius lectionem plurimum admirabatur. At ludimoderator cum ſe nihil Homeri operum habere affirmaret, inflixit ei pugnum ſatis durum, dicens: Imperitus es præceptor, & tibi ſimiles diſcipulos facies. *Ælian.lib*. 13. *de var. hiſt. & Plut. in apoph.*

*Alexander* præter modum delectatus eſt Homero, adeo vt illum ad verbum edidicerit, ac dormiens etiam ceruicali ſuppoſitum haberet. Eum alias ſummum virtutis præconem, interdum poetam & σιλικὸν appellare conſueuit; cuius carmina cenſebat non ad citharam, vt aliorum, ſed ad tubam potius eſſe canenda. Addebat illud, ſe malle Homeri Therſitem eſſe, quam Cherili Achillem. Cherilus erat Alexandri poeta non ſatis felix, qui fertur ita pactus, vt pro quoque bono verſu acciperet Philippicum aureum, pro malo colaphum. Idem cum in Sigeo ad Achillis tumulum adſtitiſſet; O fortunate, inquit, adoleſcens; qui tuæ virtutis præconem Homerum inueneris! *Cic. in oratione pro Archia. Plut. in Alex.*

*Idem.* Cum ad Alexandrum Magnum ſcrinium delatum eſſet, in quo omnes fere Darii regis opes ſeruatæ erant, & quæreretur, in quemnam vſum deſtinandum poſthac eſſet, aliis aliud ſuadentibus, Alexander ait, Huic optime ſeruandus Homerus dabitur. Sentiens, nullum eſſe theſaurum illo pretioſiorem. Adeo enim Homerica lectione delectabatur Alexander, vt raro depoſuerit è manu eius poeſin, teſtante. *Plut. in eius vita.*

*Gorgias* cum forte fortuna legiſſet Platonis dialogum ſui cognominis qui Gorgias inſcribitur, dixiſſe fertur: ὡς καλῶς οἶδε πλάτων ἰαμβίζειν. Vt pulchre nouit Plato iambiſſare, hoc eſt, mordere. Nam is pes primum ab Archilocho, ni fallor, repertus eſt ad maledicendum; vnde & nomen habet, vel à muliere petulante & baccha, vel à mittendis iaculis. Siquidem in eo dialogo proſcindit ſophiſtas, id quod nuſquam non facit. *Eraſm.lib.* 8.*apophth.*

*Theocritus* ad ludimagiſtrum quendam male pronuntiantem accedens, rogauit, Qui fit, quod Geometriam non doceas? is cum reſpondiſſet, Quoniam ignoro, quid tum? dixit; nam legere quoque neſcis *Stob ſerm*.4.

*Alphonſus.* Quum opera philoſophica Senecæ legendo exolueret, rogatus à Dauolo aulicorum præcipuo, cur animus mortalium ita immerſus atque inſatiabilis foret? reſpondit rex; Animum hominis à Deo profectum, non prius conquieſcere quam eo rediret, vnde profectus eſſet. Eſſe proculdubio animum noſtrum Dei & æternitatis capacem, propterea neque impleri, neque ſatiari poſſe iis rebus, quæ fluxæ & incertæ eſſent; ſed Deum



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

idſum veluti naturalem ſedem, & ſuum quodammodo perfectum bonum appetere, hoc eſt, ſolidum & perfectum bonum. *Panor. l. 1. de reb. Alphonſi.*

*Idem* gloriabatur, quaterdecies vtrunque Teſtamentum cum commentariis à ſe perlectum. *idem, ibid.*

*Hadrianum Imperatorem* Virgiliana lectione inde mirum in modum delectatum legimus, quod mortem ſuam Virgilianum carmine prædixerit.

*Oſtendent terris hunc tantum fata, neq; vltra*
*Eſſe ſinent, &c.*

*Dion Caſsinus in vita Hadr.*

¶ SIMILITVDINES.

*Gregorij.* Si delicioſo cupidis pabulo ſaginari, beati Auguſtini opuſcula legite; & ad comparationem ſit iginis illius, noſtrum furfurem non quæratis. *Lib. 8. epiſt. 35.*

*Pii Pontificis*; Vt apes ex qoribus nihil aliud ſumunt, præter odorem & colorem: Sic decet ſtudioſos ex poetarum lectione ea tantum quæ ad mores formandos conferunt, ex ſpurciſſimis fabulis colligere. *Epiſt. lib. epiſt. 412.*

*Polibij*: Quemadmodum guloſus aonuiua, vbi primum diſcubitum venit, appoſitos ſingulos quoſque cibos degeſtans neque in præſentia voluptatis aliquid capere, neque in futurum vtilitatis poteſt, quando nec ſaporem vllum perfecte ſentit, & omnia ſimul congeſta ſtomachum digeſtionemque impediunt: Ita qui hoc ipſum in legendis authoribus faciunt, nec in præſens aliquam percipiunt voluptatem, nec vtilitatis quippiam retinent in poſterum. *Lib. 3. Hiſtoriarum.*

Sicut qui viſu vtuntur faciem ad id perpetuo conuertere ſolent quod demonſtrationis gratia oſtenditur: ita & animus in ea loca propendere debet quæ proponuntur inter narrandum, *idem, eodem lib.*

Si aquæ gutta ſubinde cadendo ſolidam ſaxi duritiem cauat: quanto magis oratio crebro aures feriens, animi torporem & quietis ſtudium excutit. *Zonar. Annal. Tom. 1.*

*Vt in obſoniis* non ſolum ſequimur voluptatem, ſed etiam ſalubritatem: ſic in audiendis & legendis authoribus. *Plut.*

*Vt in alienis* oculis noſmetipſos conſpicimus: ſic in aliena dictione quid nos deceat, aut dedeceat, contemplandum eſt. *Plutarchus.*

*Ager nimium* ſtercoratus aduritur, non ſtercoratus alget: Ita moderata lectione vegetandum erit ingenium: nam lectione ſaginatur animus non aliter quam aruum ſtercore. *Plinius libro 18. capite 23.*

*Sicuti vtilius* eſt crebro ſtercorari agrum quam multum: Ita plus habet fructus aſſidua lectio quam auida. *Plin. ibid. in fine.*

*Vt aromatum*, florum, ſimiliumque odor gratior ſentitur è longinquo quam ex proximis: offendunt enim nonuunquam naribus admota quæ procul delectabant.) Ita ſunt quæ ſi leniter attingas, placeant: ſin excutias accuratius, & propius inſpicias, gratiam amittunt, quod genus ſunt poetarum fabulæ, aut gentilium hiſtoriæ. *Eraſ.*

*Serius eduntur*, quæ diutius victoria ſunt. Ita diu premendum opus quod ſemper legi velis. *idem.*

*Quemadmodum.* Vlyſſes auribus cera obturatis Syrenum periculum præternauigauit: ita nos ſi quid incidit blande fœdum in authoribus præteruehi oportebit. *Plut.*

*Vt apes non* quibus ex omnibus colligunt, ſed aliunde Metyn, aliund Piſſoceron, aliunde Propolin, aliunde Rhithacen, aliunde ſobolem, aliunde mel: ita non omnia petenda ex eodem authore, ſed ex vnoquoque ſumendum, quod habet vtiliſſimum: Ex poetis & oratoribus verborum ſplendor. E dialecticis argutia diſſerendi. E philoſophis cognitio naturæ. E theologis, præcepta viuendi. *Plin. l. 11. c. 7.*

*Vt apes* ex amariſſimis floribus & aſperrimis ſpinis mel ſuauiſſimum ac leniſſimum colligunt: ſic ex turpibus ac ſceleratis fabulis vtcunque decepti poteſt aliquid vtilitatis. *Plut.*

*Quidam Amethyſtum* adhibent in comparationibus aduerſus ebrietatem: multo magis in audiendis Poetis præcepta ſunt adhibenda, ne quid inficiat animum. *Plin. l. 37. c. 9.*

*Non tam* inſanus, vt vel è Neronis capedine, quam Plinius trecentis ſeſtertiis æſtimat, venenum bibere malit, quam è Samio vaſculo vinum innoxium: Ita qui ſapit, malit ſalubria præcepta viuendi qualicunque ſermone propoſita, quam peſtiferas opiniones eloquentiſſimo ſcriptore haurire. *Eraſ.*

*Vt his gemmis* ſummum eſt pretium, quæ non modo varietate colorum delectant oculos, & nares odore, verum etiam ad remedia ſunt efficaces: Sic his libris ſummum eſt pretium, qui non ſolum habent orationis illecebras, verum & ſalubribus præceptis nos liberant animi vitiis. *idem.*

*Medici* vetant vti halicacabo, quanquam dentibus firmandis prodeſt, ſi eius ſucco colluantur: propterea quod periculum eſt, ne ſi durius id fiat, delirationem gignat, & plus afferat incommodi, quam commodi, ita non eſt vtendum his literis, quæ ſic linguam expoliunt, vt mores inficiant, aut conuenit ſequi, quæ ſic augent rem, vt famam lædant. *idem.*

*A floribus*, marcidis apes abſtinent: ita non attingendus liber, qui putridas habet ſententias. Aut nihil attingendum, quod non ſit elegans & luculentum. *idem.*

*Vt qui vino* cæcutiunt, aut alioqui laborant oculis, plures ſe videre re, credunt, cum vnam videant: Ita qui ob imperitiam verum non perſpiciunt in authoribus, multas ac varias inducunt ſententias: vnde illud apud iuris male conſultos, vel dic, toties repetitum. *idem.*

*Vt tutiſsimum* eſt in trifolio cubare, quod in hac herba negent ſerpentem aſpici: ita in his verſandum libris, in quibus nulla venena timentur. *idem.*

*Quemadmodum* Medici pharmacum ad vnicum morbum repertum ad omnes ſimiles ac finitimos accommodant: Ita conuenit authorum dicta ad varios vſus accommodare. *Plut.*

*Non quemadmodum* omnia religioſe metuimus, ac veneramur in ſacris: Ita oportet in authoribus omnia venerari, ſed adhibito iudicio probare quædam, quædam improbare. *Plut.*

*Vt cum in* ſole ambulamus, etiam ſi aliam ob cauſam ambulamus, fit natura tamen vt coloremur: ſic cum Doctorum libros ſtudioſius legimus, ſentimus orationem noſtram illorum cantu quaſi colorari. *Cic. l. 2. de orat.*

*Thriueri*, Qui ſemper vnius generis aſſueuerunt cibo, ſemper ventrem infirmum circumferunt: Et pueros, quos perfecte volumus erudire, oportet ad varios authores traducere. *In apophtegmat. 78.*

*Non valet optime*, qui multa comedit, ſed qui mediocria bene concoquit: Neque eſt doctiſſimus qui multa legit, ſed qui modica penitus ſcrutatur, ac funditus perpendit. *In apophtegmat. 56.*

*Qui multa vidit*, ſed rationem neſcit, ſimilis illi, qui multa legit. & nihil intelligit. Ergo vt is nunquam poteſt euadere doctus, neque ille vnquam expertus. *In apoph. 111.*

*Apes è variis* varios colligunt ſuccos, ſed eos ſuo ſpiritu mutant ac digerunt, alioqui non facturæ mel: ſic euoluendi ſunt authores omnes, ſed quos legeris, in tuos vſus transformandos. *Senec.*

*Non eſt admirationi* vna arbor, vbi ſylua tota in altum ſurrexit: ſic non animaduertitur vna ſententia, cum paſſim omnia referta ſunt ſententiis, ſed ſi raro incidat. *Sen.*

*Vt è diuerſis numeris* conſtat vnus, ſummam illorum in ſe complectens: ſic è diuerſis conflatur eruditio, iam tua, non aliorum. *Senec.*

*Vt inter ſalutares* herbas naſcuntur & venenat: ita ex authoribus: quæ recte dixerint, ſunt excerpenda. *Eraſ.*

*Vt iis, qui* cœcutientibus ſunt oculis, quiuis locus obſcurus eſt, propterea quod caliginem ſecum in oculis circumferunt: Ita parum eruditis omnis liber ac ſtylus difficilis eſt & obſcurus. *idem.*

¶ EXEMPLA PROFANA.

*Alphonſus Aragonum Rex*, cum arcem Neapolitanam inſtaurare decreuiſſet, Vitruuii de Architectura librum afferri ad ſe iuſſit. Verum cum ſine oratu, ſineque aſſeribus allatus eſſet; Non decere, inquit, hunc potiſſimum librum, qui nos, quomodo contegamur, tam belle doceat, detectum incedere. Librum igitur egregie ad vſum parari mandauit, & omnibus ſemper ædificiis adhibuit. *Panormitan. lib. 1.* Idem Q. Curtii lectionem, à qua in morbo mirifice fuerat recreatus, mediocrum phaꝛmacis longe prætulit.

*D. Cyprianus* in Tertulliani lectione tam fuit aſſiduus, vt nullum diem abſque eius lectione prætermitteret, & notario Paulo ſæpe diceret, Da magiſtrum, nempe Tertullianum, *Hier. in catal. viror. illuſtr.*

*Scipio Africanus* Socraticum Xenophontem in manibus ſemper habebat: cuius in primis ladabat illud, quod diceret eoſdem labores non æque eſſe graues Imperatori & militi, quod ipſe honos laborem imperatorum faceret leuiorem. *Cicer. lib. 2. Tuſc. quæſtio.*

*Virgilius* Ennii opera diligenter & ſæpius euoluens, ac rogatus quid ageret, Aurum, inquit, lego ex ſtercore. *Sabell. libro 1. capit. 7.*

*Alphonſus* cum inter peregrinandum forte ad eum locum, vnde Sulmo poterat deſpici, perueniſſet, an ea Ouidii (cuius poemate mirum in modum afficiebitur) patria eſſet, interrogauit: quumque intellexiſſet natale Naſonis ſolum eſſe, vrbem ſalutauit, gratiaſque genio loci egit, in quo tantus olim poeta genitus eſſet, de cuius laudibus nemo ſatis fari poſſit. Ego ſane, inquit huic regioni, quæ non parua regni Neapolitani nec contemnenda pars eſt, libenter ceſſerim, ſi temporibus meis datum eſſet, hunc Poetam vt haberem, quem mortuum pluris ipſe faciam, quam Aprutii dominatum. *Pontan. & ex eod. Spiegel. in l. 1. Panor. de reb. geſt. Alphonſi. c. 47.*

*Antimachus*, quum conuocatis auditoribus recitaret ingens volumen, quod conſcripſerat, & ab omnibus eſſet deſtitutus, excepto Platone: Legam, inquit, nihilominus. Plato enim mihi inſtar eſt omnium. *Tullius lib. de claris oratorib. Eraſ. l. 2. c. 23.*

Legatio

# Legatio, Legatus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LEgatus vicarius eſt, eſt enim locum tenens, fiduciariam operã ſuperioris obtinens. *Budæus in l.poſt de orig.iur.*

Legatus eſt, qui refert mandata ſui principis, nunc Orator dicitur, qua voce ita vſus eſt, *Maro.in* 11.*lib.teſte Budæo.*

Legati munus eſt, omnia ad præſcriptum imperiumq; conſulis agere. *Alex.de Alex.*

Legatio, munus, officium, vel functio legati. Hebr. *Miſchlach,* à *Miſchlach,* à verbo *Schalach,* miſit. Græc, ϛέλλω, mitto, ἀποϛέλλω, inde ἀποϛόλος, legatus Legatio ſacra, 2.*Cor.*5.10 *Epheſ.*6.20.

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Legatus aut præco ſi quis apud aliquam ciuitatem mentiendo, aliqua ciuitatem falſam legationem obierit: aut dum mittitur, non eas legationes ob quas mittitur, denuntiat, aut ruiſus ab hoſtibus, aut etiam ab amicis legatus, aut præco rediens, non recte ab illis legationem renuntiaſſe compertus fuerit: contra hos actiones dabuntur, velut qui in Mercurii & Iouis legationibus & mandatis impie ſe geſſerint, & iudices æſtiment, quantum perſoluere & pati damnatum oporteat. *Plato de leg. dial.*12.

Legationem cum quis renuntiare velit, omnia dilucide narrare debet. & ſi quidem nobis ex ſententia minus res contigerit, id non negligentia noſtra, ſed alia cauſa accidiſſe exiſtiment auditores: ſi ex ſententia contigerit, non caſu aliquo, ſed noſtra diligentia & induſtria id factum exiſtiment, quæ eo facilius credant, quando geſtioni negotiorum non interfuerunt. *Ariſt. Rhet, ad Alex.c.*29.

Tales magnopere Principes ſummi quærere & ſeligere ad legationum munera obeunda debent, emunctæ videlicet naris, ac ſummi iudicii viros, rerum peritos, in obſeruandis rebus ſingulis diligentes: Hos eſſe principum oculos emiſſitios, aures ac manus longas, inquit, *Steph.Vinand.in Herc.Prod.*

Qui interimunt legatos ius, omnium hominum confundunt. *Herodian l.*7.

Legatos inter res maximi momenti Cyrus ponebat, nempe vt abſq; bello impetraretur id quod neceſſitas poſtularet. Quod ſi tales ii non eſſent, quales eſſe conueniret, quorum opera maxima plurimaq; negotia eſſent conficienda, male rebus ſuis proſpectum iri arbitrabatur. Sin illi tales eſſent, quales oporteret, præclare ſe-cum actum iri putabat. *Xenoph.de inſtit.Cyri,li.*8.

Legatorum nomen apud omnes nationes ſanctum inuiolatumque ſemper fuit. *Cæſar li.*3.*de bello Gall.*

Sacrum etiam inter exteras gentes legatorum ius. *Tacitus,hiſt.li.*3.

Magna quædam & inclita oratorum dignitas eſt, & apud omnes mortales alioquin honorabilis. Sed tandiu id in ſe muneris retinent, quoad ipſi ſuæ legationis officium ſeruent. Nam hominem occidere qui legatione fungatur, tunc quidem & iure pro humanis legibus licet, cum regem videbitur contumelia affeciſſe, vel ſi adulterium commiſerit. *Procop de bello Goth.l* 1.

Orator, qualiacunq; à principe ſe delegante acceperit, profert: quæ ſi minus probat vel recta videntur, non ipſe propterea iure eſt incuſandus, ſed qui miſerit forte culpandus. Oratoris quippe officium eſt, ſuum cum fide miniſterium exequi. *idem, eo.lib.*

Conſtat apud barbaros omnes id lege cautum eſſe. Oratores & legatos vt hi plurimum colant & venerentur. Mihi vero (*Totilæ dictum*) qui virtutis ſibi aliquid compararunt, honorem deferre ſimul & reuerentiam iampridem ſtudium fuit. Sed oratoribus delatos honores, ſiue illatam his ignominiam, non perſonarum manſuetudine, ſiue verborum tumiditate & elegantia diſcerni reor, ſed quum vera quædam fatentur, vel non ſatis admodum verbis vtuntur. Oratori itaq; illi honor deferri maxime ſolet, qui veritate mox patefacta ad ſuos dimittitur: ſed is ignominia præ cæteris affici, qui vbi commentitia quædam & ſubdola verba fecerit, ad ſuos mox recedat. *idem, de bello Goth.lib.*3.

Virum amicum & oratorem (*Pelagii legati dictum*) non ſolum eum affeciſſe contumelia duxerim, qui vel caput illi percuſſerit, vel aliquouis in hunc deſæuiat modo, ſed vel qui re infecta dimiſerit ad ſe delegatũ: non enim homines oratoris munere idcirco funguntur, vt honorẽ ab his conſequantur, qui ſuſcepturi ſe ſint: ſed quod vſui Reipublicæ in poſterum ſit peragendo, ad eos, qui ſe legauerũt, mox redeant. Fit igitur vt vel affectis iniuria longe magis conducat eorum aliquid effeciſſe, quorum ob cauſam venerint, quam principum verbis benignioribus auditis, nihil pro ſpe conſequutos ad ſuos redire. *idem, ibid.*

Eloquentes eſſe oportet eos, qui legati ad exteras nationes proficiſcuntur, vt linguis ab omni parte inſtructi, in quouis diſputationum genere palmam obtineant, *Niceph.Gregorias hiſtor.li.*6.

Principes prouidere debent, vt idoneis hominibus negotia ſua committant, illi præſertim qui viribus & cauſa ſunt inferiores. *Ph. Cominæus, li.*2.

Legati & oculi & aures regnorum ſunt. *Fr. Guicciardin. hiſtor. lib.*15.

Ius legatorum apud efferatiſſimas etiam gentes ſanctiſſimum. *P.Iouius, hiſt.li.*18.

Eſt quoddam genus hominum, qui ſibi perſuadent ipſi, explicare ſe poſſe negotia: quæ tamen cuiuſmodi ſint, magna ſæpe ex parte ignorant, eo quod ii à quibus emittuntur, non ſemper ſe patefaciunt illis totos. Et ſicut principes prouidere debent diligenter, quibus hominibus rerum tractationem committant: ita quoq; viciſſim illi qui mittuntur, debent explorare ſuas vita quoq; viciſſim illi qui mittuntur, debent explorare ſuas vires: neq; munus vllum cui ſe putent eſſe impares, ſubire. Nec enim paucos noui, magnos alioqui viros, qui ſimilium rerum tractationibus adhibitis, ſummã offenderunt difficultatem, *Ph.Cominæus, li.*2.

Sub legationum ſpecie multa ſæpe pernicioſa tractantur. Quanquam ſane fieri non poteſt quin & multos ſubinde mittant principes & viciſſim accipiant, ſed prudentia ſingulari & dexteritate quadam opus eſt in tractandis exterorum legatis. Et principio, meo quidem iudicio, amicorum legati, de quibus nullam habemus male ſuſpicandi cauſam, liberaliter ſunt & honeſte tractandi, facta ſubinde illis poteſtate conueniendi Principis, ad quem miſſi ſunt, modo ſit prudens & honeſta ſpecies. Nam alioqui præſtat, eum vel rarius conſpici, vel non diu inſiſtere colloquutioni. Ad quam quum deſcendit prouideri debet, vt ſit eleganter veſtitus, & de iis, quæ pronunciari & reſponderi oportet edoctus, & mox reuocentur à congreſſu. Nec enim diuturna eſt Principium beneuolentia.

Quum autem vel publici vel priuati veniunt ab aliquo Principe parum amico, tametſi periculum eſt in ea re non leue, excipiendi tamen ſunt non incommode, & deſtinandi aliquot idonei homines, à quibus tractentur. Hoc enim ad honeſtatem pertinet, ac ſimul eo confert, vt quid agant, & quibuſcum loquantur, & quos habeant ſibi familiares, cognoſcatur: nec id modo, verumetiam vt homines leues atq; ſeditioſi non habeant ad ipſos aditum. In omnibus enim Principuum familiis ſemper aliqui exiſtunt, qui mutationem aliquam & res nouas cupiunt. Et quoniam periculi plenum eſt habere domi ſuæ hoſtem: ſuaſerim, primo quoq; tempore eiuſmodi legatos dimitti: verum ita tamen, ne quam habeant occaſionem de inhoſpitalitate conquerendi.

Sed ne bello quidem exortæ ſunt intermittendæ pacis rationes, aut repudiandi legati: verum audiendi ſunt omnes, ac inuicem ad hoſtem mittendi, iiſq; mandandum, vt diligentiſſime obſeruent, quid quoq; tempore geratur, qui cum quibus colloquantur. Crebro enim mittendum eſt, etiam ſi hoſtis iubeat abſtineri deinceps, & commeatu prohibeat. Nec enim vllus, quantumuis prouidus & fidus explorator, facultatem habere poteſt, tam multa cognoſcendi quam eiuſmodi legati, qui quum ſint vnus & alter, aut etiam plures: fieri non poteſt, vt aliquid odorentur. Nam qui ſint prudentiores principes, id operam dant, vt etiam apud aduerſarios habeant quoſdam à ſe non alienos.

Verum ſi quis tam frequentes mittat internuncios, futurum eſt, dicat aliquis, vt hoſtis fiat inſolentior. Atqui in eo ſane nihil eſt mali, & interea de ipſius rationibus ac conſiliis cognoſcetur ſemper aliquid. Et licet eandem rationem hoſtis inſtituat, vt modo dixi, & ſuos inuicem mittat: non tamen idcirco deſiſtendum eſt, & vel ob hanc ſolam cauſam immorandum eſt legationibus, vt varia multaq; cognoſcantur.

Huc etiam accedit, quod non omnes æque ſunt ingenioſi, neq; parem ſemper habent rerum vſum: & quo quiſq, prudentior eſt in eiuſmodi tractationibus, eo maiori cum honore & fructu in iis verſatur. Quod vt clarius intelligi poſſit, exempli cauſa quiddam ſum dicturus. Pactio nulla facta fuit vnquam inter Gallos & Anglos, in qua non ingenii vi & acrimonia Galli præſtiterint: adeoq; prouerbio dicitur apud Anglos, Quoties cum Gallis prælio concertarint, victores plerunq; fuiſſe: quoties vero cum illis pacti ſunt, detrimẽtum ſemper aliquod accepiſſe. Et recte quidem ita iudicant. Habet enim Gallia præſtantiſſimos viros, ex iiſq; non paucos, quibus rectiſſime committi poſſit maximarum rerum gubernatio. *Ph.Cominæus li.*4.

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Agis Archidami f.* cum ad Philippum Regem legatus mitteretur, ſolus Regem ſine comitatu acceſſit. Verum cum Rex admiraretur, Veni, inquit, vnus ad vnum. Quo dicterio taxauit ſuperuacaneum legatorum aliorum ſumptum, quo æraria plerumq; exhauriuntur, cum Reipublicæ negotia per vnicum ſæpenumero expediri poſſunt. *Plut Lacon.in apoph.*

*Anonymus*, Lacedæmones vnum legatum ad Demetrium regem miſerant. Stomachante autem tyranno, ac vociferante. Vnumne Lacedæmonii legatum ad me? Satis, inquit, legatur, vnus ad vnum. *Plut.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Anonymus.* Lacones olim, cum ad Lygdamum tyrannum iſſent legati, atq; ille congreſſus ſæpius differret, dicens ſe molliter habere: Dic, inquiunt legati, per Deos non veniſſe nos cum illo colluctaturos, ſed collocuturos. *Plut.*

*Hyperides* Legatus ab Athenienſibus ad Rhodios fuit. Eo cum adeſſent ab Antipatro legati, qui Antipatrum vt benignum celebrarent, occurrens eis: Noui (inquit) benignum eſſe: verum nos ne benignum quidem quærimus dominum. *Plut.*

*Gobrias.* Darius rex ingreſſus in Scythiam, inopia laborabat. Scythæ autem legatos ad eum miſerunt cum muneribus: aue videlicet, mure, rana, & quinq; ſagittis. Darius pro mure terram, pro rana aquas, pro aue equos, pro ſagitta ſeipſos tradere interpretatus eſt. Gobrias autem hoc dicere dona coniectabat: ô Perſæ! niſi vt aues auoletis, aut vt mures ſubeatis terram, aut vt ranæ inſiliatis in paludes, non remeabitis, his ſagittis confecti. *Bruſon. li.3. ca.30.*

*Marcus Cato.* Quum tres eſſent deſignati, qui legati proficiſcerentur in Bythyniam: quorum vnus podagra teneretur, altera caput haberet vulneribus confoſſum, tertius væcordia laborare videretur: Cato ridens dixit, Pop. Rom. legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor. *Plut.*

*Megacles.* Meſſanæ, quæ in Siciliæ eſt, is ciuis fortiſſimus Agathocli tyranno eam inuadere conanti modis omnibus aduerſabatur. Ideo tyrannus Meſſanam oppugnare parauit, miſſoq; præcone, Megaclem à ciuibus expoſcebat. Megacles vltro ſe ad tradendum tyranno obtulit, ſi legatus mitteretur. Decernentibus hæ Meſſeniis, accedens ille ad Agathoclem; Ego vero, inquit, & legatus ciuitatis nomine venio & moriturus. Sed ante de legatione audias: Conſilio conuocato, addidit Megacles, Si ad excidendas Syracuſas expeditionem Meſſenii ſuſcepiſſent, vtrum pro Syracuſiis, an pro Meſſeniis omnia faceres? Subridens Agathocles relicto bello Megaclem incolumem domum remiſit amicitiamque iniit cum Meſſeniis. *Polynæus li.5.*

*Popillius* à Senatu literas Antiocho attulit, quæ eum iubebant exercitum ex AEgypto abducere, neq; regnum pupillorum Ptolomæi vita defuncti vſurpare Accedens, eminuſq; ab Antiocho comiter ſalutatus, non reddita ſalute epiſtolam tradidit, qua lecta cum deliberatione habita reſponſurum ſe rex diceret, bacillo Popillius orbem circa eum deſcripſit, inquiens. Hic ergo ſtans delibera & reſponde. Omnibus magnanimitate legati perculſis, cum Antiochus ſe ex Romanorum ſententia acturũ profiteretur, ita demum regem ſalutauit, amplexuſq; eſt Popillius. *Plut. in apoph.*

*Quæ ſane* corporibus eueniunt ægrotationes, medicorum induſtria & ope curantur: Animorum vero ferocitatem propulſant, eiiciunt legumlatorum ſententiæ. *De legibus ac earum laudibus, Orat.2. cont. Ariſtog.*

*Vide ſequentem Tit. Lex.*

# Legislator.

## ¶ LOCI BIBLICI.

Legislator vnus, *Iac.4.12.* Legiſlatio, *Rom.9.4.* Legiſperiti obiurgantur. *Luc.11.* Νομοθέτης.

## ¶ SENTENTIA PHILOSOPHICA.

Eſt ſapientis ſcriptoris legum videre quemadmodum ciuitas, hominumq; genus ac omnis reliqua ſocietas, bene beateq; poſſit viuere. *l.7. de Republ. c.2.*

Cum amicitia ſit concordiæ ſimilis, & hanc maxime ſequuntur legumlatores: & ſeditionem quæ ei inimica ſit omni ratione exterminant, *Ethic. l.8. c.1.*

Temere debet ſcriptor, legum, & ſcientiæ ciuilis haud ignarus, quæ popularem conſeruent, & quæ populi opus labefactent, quæque paucorum poteſtatem: quarum neutra nec ſtare nec permanere poteſt ſine locupletibus & multitudine, *l.5. de Repub. c.1.*

Legiſlatoris iudicium non de ſanguis, nec de præſentibus, ſed de vniuerſalibus, & de futuris eſt. Senator vero & iudex de præſentibus iam determinatiſq; iudicant. *l.1. Rhet. ad Theod c.1.*

Legum ſcriptor ne inter ciues ſeditio oriri queat, diligentia ſua prouidere debet. *l.2. de Repub. c.9.*

Ad legum lationem vtile maxime eſt, tum ex præteritis, quis Reipublicæ ſtatus conducat, perſpicere: tum aliorum quoq; ſcire conditionem, & quæ quibus conueniant, non ignorare, *li.1, Rhe. ad Theod. c.4.*

Nos viri ciuilis & ſcriptoris legum omnem curam & induſtriem in ciuitate conſtituenda poſitam videmus. *l.3. de Rep c.1.*

## ¶ SIMILITVDINES.

*Philonis Iudæi*: Quemadmodum moderatus non occidit beſtias niſi mordaces, ſi abſit morſus periculum: Sic nullus legislator pœnam decernit contra iuſtos quieſcentes, ſed quoties mouentur & exercent iniuſta opera. *li. de reſipiſcentia Noe f.182.*

*Demoſthenis*. Quemadmodum reliqui iuris ciuitatis æqua pars ineſt cuique: Sic quoq; legis æquam partem ſingulis tribuendam eſſe putauit, qui eam tulit: & propterea ſcripſit, non licere legem facere de viro: niſi eadem ad omnes Athenienſes pertineat. *In orat. cont. Ariſt,*

# Lex.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Lex, Græce νόμος, ου, ὁ, & νομικὸς, οῦ, ὁ, legalis dicitur. Eſt autem lex, ratio ſumma inſita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria. Eadem ratio cum eſt in mente hominis confirmata & confecta, eſt lex, *Et Cic. li.1. de leg.* Lex eſt non hominum ingeniis excogitata, nec ſcitum aliquod populorum, ſed æternum quiddam, quod vniuerſum mundum regeret imperandi prohibendiq; ſapientia. *ſecund, Cicer. li.2. de Leg.*

Lex eſt recti præceptio, prauiq; depulſio. *ſecund. Cic. l.2. de Natura deor.*

Lex, Hebr. *Dath*, i. laudatum, decretum, conſtitutio, edictum, à verbo *Doth*, & *Dathath*. Hinc τάττω ordino, προστάττω impero, ... Vocatur etiam lex *Torah*, i. ordo, diſpoſitio, inquiſitio, à verbo T... explorauit, ordinauit, inquiſiuit.

Lex eſt conſtitutio populi, in qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt. *Vt habetur diſt.1. Lex.*

Lex eſt regula & menſura actuum agendorum vel omittendorum. *Ex B. Thom. prima Secundæ q.90. art.1.*

Lex dicitur à ligando, quia obligat. Vel dicitur à legendo quia publice legatur ſecundum Iſidorum. *Ex Beat. Thom. ibid.* Ouid. Metamor. *Nec verba minantia fixo ære legebantur, vel ligabantur.*

Lex eſt dictamen rationis practicæ, *Secund. B. Thom. in prima Secunda, q.61. art.1.* A lex veniunt illex & exlex, qui ſine lege viuit, legislator & legifer: qui legem tulit.

Lex eſt commune præceptum, virorum prudentum conſultum, delictorum, quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur, coercitio, communis Reipubl. ſponſio. *Papin l.1. definitio.*

Νόμος ἐστὶν ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα ... ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει.

Lex eſt, cui omnes homines decet obedire, propter multa & varia, & maxime quod omnis, lex eſt inuentio quidem & donum Deorum, dogma autem hominum ſapientum: Coercitio autem voluntariorum, & inuoluntariorum peccatorum, ciuitatis compoſitio communis, ſecundum quam omnes decet viuere, qui in ciuitate ſunt. *Demoſth. in Ariſtog. orat. priore.*

Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ... δὲ αὐτὸν προστάτην εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα. καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον.

Lex eſt omnium diuinarum & humanarum rerum regina. Oportet autem eam etiam præſtare & bonos & malos, & principem & ducem eſſe: & ſecundum hoc regula eſt iuſtorum & iniuſtorum, & eorum, quæ natura ciuilia ſunt, præceptrix quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum. *Chryſippus de legibus.*

Lex eſt regula, per quam omnia totius mundi negotia & animalia politica reguntur.

Lex eſt princeps, cui obedire debemus: eſt dux, quem ſequi congruit: eſt regula quam faciendis quibuſcunque applicare decet. *Ariſtot.3. Politicorum.* Lex non eſt tantum donum Dei, ſed ipſe Deus, qui donum dedit, quia qui paret legi, Deo paret & obtemperat.

Lex eſt communis ciuitatis conſenſus, qui ſcriptis præcipit, quomodo vnumquodque agendum ſit. *Ariſtot. de conſtitutionibus.*

Lex eſt ratio menſque ſapientis ad iubendum & ad deterrendum idonea.

Lex orta eſt cum mente diuina: Quamobrem vera atque princeps, apta ad iubendum, & ad vetandum, ratio recta ſummi Iouis,

Lex eſt iuſtorum & iniuſtorum diſtinctio, ad illam antiquiſſimam & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt, & tuentur bonos.

Lex eſt naturæ vis, mens ratioque prudentis, iuris atque iniuriæ regula.

¶ Loci

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Biblici Loci.

Lex primo pro vniuerſali doctrina, *Iac.*1.25. *Secundo*, in genere, doctrina quæ aliquid aut præſcribit, aut interdicit, *Rom.*3.20.27 ratione Euangelium vocatur, lex fidei, ibidem: hoc eſt, doctrina quæ ſalutem proponit ſub conditione, Si credideris, quam & illam conditionem gratis dat dominus, vt implere poſſimus. *Tertio*, pro Pædochicas pro ceremoniis legalibus, 1. *Corint.*9.20. *Quarto* pro ſecunda Legis Tabula, *Rom.*13.8. *Quinto*, pro præceptis ſecundæ Tabulæ, *Gal.*5.14. *Sexto*, pro toto veteri teſtamento, *Ioan.*10.34. & *Pſal.*1.2. & 19.8. *Rom.*3.19. *Galat.*4.21. pro doctrinæ ſacræ libris, *Corinth.*14.21. *Septimo* pro quinque libris Moyſis, *Galat.*3.21. *Octauo* pro Moyſis & reliquorum Prophetarum ſcriptis, *Rom.*3.21. in poſteriore verſus parte. *Nono*, pro ordinatione Aaronica, *Heb.*7.

Lex liber Domini, *Iſa.*34.16. litera. 2. *Cor.*3.7. miniſterium mortis, Pædagogus noſter ad Chriſtum, *Gal.*3.24. *Virtus* peccati, *Cor.*15.56. Quomodo per Chriſtum abrogata, *Matth.*5. *Eph.*2.5, *Coll.*2.14. *Rom.*6.14. Lex quibus bona, 1. *Tim.* 18. quorſum data. *Rom.*3.10 & 5.20. & 7.7. *Gal.*3.19. 1. *Tim.*1.9. quomodo iram efficit. *Rom.*4.15. per quos data, *Ioan.*1.17. *Act.*7.38.53. *Galat.*2.19. ex Sione egreſſa, *Mich.*4.2.

Lex quibus facilis & leuis, *Rom.*7.21. 1. *Ioan.*5.3. Iugiter meditanda, *Pſal.*1.2. pura, *Pſal.*12.7 & 19.8.9. & 119.72.127. Regia, *Iac.*2.8. Spiritualis, *Rom.*7.14. Lex libertatis, *Iac.*1.20. & 2.12. Lex operum, *Rom.*3.27. Lex ſpiritus, *Rom.*8.2. Lex peccati & mortis, *ibid.*

Lex Chriſti, pro præcepto charitatis, *Io.*13.35.33.34. & 15.12. *Gal.*6. mutua charitas vocatur Chriſti Lex, quæ etiam noua dicitur, conſiſtit in charitate, *Matt.*5.44. & 7.12. & 22.26. *Ioan.*13.34. *Rom.* *Gal.*5.14. & 6.2. 1. *Timoth.* 1.5. Lex Dei, lex veritatis, *Neh.* 9.13. animo oblectamentum, *Pſal.* 1.2. Lex fidei, *Rom.*3.27. Lex hominum polluti, 23.10. Lex iuſtitiæ, *Rom.*9.13.

Lex Dei animas conuertit, & corda exhilarat, *Pſal.*19.8.9.38 & 15 *Galat.*2.16 & 3.10. Lex omnibus legenda *Deute.*31.12. Lex legi- & 31.9.11. *Ioſ.*8.31.12. *Regu.*23.1. *Nehem.*8.8. & 9.33. *Eſdr.*9.39.2. *Macc.*8.19.23. in ſacerdotum ore verſetur oportet. *Deut.*33.9.10. *Malach.*2.7. Lex & Prophetæ ad Ioannem vſque durant, *Matth.*11. *Luc.*16.16.

Legis finis Chriſtus, *Rom.*10.4. à quibus, & quomodo, & quatenus impleatur, *Deut.*5.29. *Luc.*18.21. *Act.*15.10. *Rom.*8.2. Legis infirmitas, *Rom.*8.3. *Hebr.*7.19. & 10.1. Legis iuſtitia, *Rom.*10.5. Legis natura, officium & operatio *Rom.*3.29. & 4.15. & 5.20. & 7.1.7. *Galat.* 1. *Tim.*1.8. *Hebr.* 7.18.27. Lex quales ſeruos requirat. *Pſal.*112.1. quid obſeruantibus eam conferat, *Leuit.* 18.5 *Ezech.*20.10. *Rom.*

Legis partes, *Rom.*9.4. *Heb.*9.4. Legis ſumma, *Matth.*7.11. & 22. Legis tranſgreſſores male dicti, *Deut.*17.6. *Gal.*1.10.

Legis ceremoniæ abrogatæ per Chriſtum, *Matth.*11.11. *Marc.*15. *Act.*13.38. & 13.11. *Roman.*6.14. & 8.4. & 7.3. *Galat.*3.13. & 4.15. *Ephe.*2.15. *Col.*2.14. 1. *Pet.*1. *v.*11.18. Legis in vno capite tranſgreſſor factus omnium reus, *Iacob.*2.10. Legis tabulæ dantur, *Exo.*31.18. *Deut.*5.22. franguntur, *Exod.*32.19. *Deut.*9.17. dantur aliætabulæ, *Exod.*34.27. *Deut.*10.1. Legis ſumma, *Matt.*7.c.2. & 12.40. *Luc.*10.27 Legis & Euangelii diſcrimen, 2. *Cor.*3. *v.*7.8. Legis & fidei repugnantia qualis, *Gal.*1.12.

Legum iniquarum conditores reprehenduntur, *Eſ.*10. *v.*1.

¶ Sententiæ Biblicæ.

*Legis naturæ illuſtratio.*

Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt, faciunt, eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam defendentium, in die qua iudicabit Dominus occulta hominum ſecundum Euangelium meum per Ieſum Chriſtum. *Rom.*2.

*Legis ordinatio.*

Erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monumentum ante oculos tuos, & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te Dominus de AEgypto. *Exod.*33.

Per legem cognitio peccati. *Rom.*3.

Sed peccatum non cognoui, niſi per legem: Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret: Non concupiſces 7.

Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. *ibid.*

Quid igitur lex? Propter tranſgreſſionem poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat, ordinata per Angelos in manu Mediatoris. *Gal*3.

Prius autem quam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem, quæ reuelanda erat. Itaq; lex pædagogus noſter fuit ad Chriſtum, vt ex fide iuſtificemur. *ibid.*

*Operatio.*

Dulcis & rectus Dominus: propter legem dabit delinquentibus in via. *Pſ.*24.

Lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini, fidele, ſapientiam præſtans paruulis. 18.

Qui cuſtodit legem beatus eſt, *Prou.*29.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. *Rom.*

Occaſione autem accepta peccatum, per mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam 6.

Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt. *ibid.*

Bona eſt lex, ſi quis ea legitime vtatur. 1. *Tim.*1.

Quicunq; totam legem ſeruauerit: offendat autem in vno, factus eſt omnium reus. *Iac.*1.

Qui enim dixit, Non mœchaberis: dixit &, non occides: quod ſi non mœchaberis: occides autem, factus es tranſgreſſor legis. *Ibidem.*

*Operatio.*

Quicunq; enim ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim: Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea, Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptum eſt: Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu, vt pollicitationem ſpiritus accipiamus per fidem. *Gal.*5.

Nunc ergo quid tentatis, Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neq; nos, neq; patres noſtri, portare potuimus? *Actor.*5.

*Conſummatio per Chriſtum.*

Nolite putare, quoniam veni ſoluere legem, aut Prophetas: Non veni ſoluere, ſed adimplere. *Matth.*5.

Omnes enim Prophetæ & lex vſq; ad Ioannem prophetarunt. *Matth.*11.

Lex & Prophetæ vſq; ad Ioannem. *Luc.*16.

Lex per Moſen data eſt: gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. *Ioan.*1.

Peccatum enim vobis non dominabitur: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia, *Rom.*6.

An ignoratis fratres (ſcientibus enim legem loquor) quia lex in homine dominabitur, quanto tempore viuit. Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, vt fructificetis Deo. 7.

Finis enim legis Chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti. 10.

Ego enim per legem legi mortuus ſum, vt Deo viuam, Chriſto confixus ſum cruci. *Gal.*2.

At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, datum ſub lege, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus 4.

Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege 3.

Tranſlato enim ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat. *Hebr.*7.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: Nihil enim perfectum adduxit lex. *Ibidem.*

Vmbram enim habes lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos eiſdem ipſis hoſtiis, quas offerunt indeſinenter, nunquam poteſt accedentes perfectos facere 10.

*Legis Euangelicæ fructificatio.*

Ecce dies venient, dicit Dominus & feriam domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouum, non ſecundum pactum, quod pepigi cum patribus veſtris, ſed nouum erit pactum, quod feriam cum domo Iſrael. Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam illam, & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum. Omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſq; ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum & peccati eorum non memorabor amplius. *Iere.*21.

¶ Patrum Sententiae.

Quicunq; dat præcepta hominibus, ad vitam moreſq; fingit: aliorum ſiquidem bona ſunt quæ præcepit: at ipſi eodem modo viuendum eſt, quo docet eſſe viuendum: ſi aliter ille vixerit, præceptis ſuis fidem detrahat, leuioremq; doctrinam ſuam faciat, ſi re ipſa reſoluat, quod verbis nitatur aſtringere. Cum igitur quis non faciat, quæ præcepit, quæ inſolentia eſt, vt homini libero imponere velit leges, quibus ipſe non pareat? Homines enim malunt exempla, quam verba: Quia loqui facile eſt, præſtare difficile. *Lactant.*4. *li. Inſtitut. diuinarum.*

Suſcipienda lex Dei eſt, quæ nos ad hoc iter, ſummumque bonum dirigat, illa ſcilicet ex ſancta, illa cœleſtis, quam M. Tullius in libro de Republ. 3. pene diuina voce depinxit in hæc verba: Eſt quidem vera lex recta ratio, naturæ congruens, diffuſa in omnes, conſtans, ſempiterna, quæ vocet ad officium iubendo, vetando à fraude deterreat: quæ tamen neque probos fruſtra iubet, aut vetat, nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec prorogari fas eſt, neque derogari aliquid licet, nec tota abrogari poteſt, nec vero aut per Senatum, aut per

Populum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Populi ſolui hac lege poſſumus: nec eſt quærendus explanator, aut interpres alius; nec erit alia lex Romæ, alia Athenis, alia nunc alia poſthac, ſed & omnes gentes, & omni tempore vna lex, & ſempiterna, & immutabilis continebit, vnuſq; erit communis quaſi magiſter, & imperator omnium Deus, ille legis huius inuentor, diſceptator, lator, cui qui non parebit, ipſe ſe fugiet, ac naturam hominis aſpernetur: hoc ipſo luet maximas pœnas, etiamſi cætera ſupplicia, quæ putantur, aufugerit. *idem, li, 6.*

Omnium legum eſt inanis cenſura, niſi diuinæ legis imaginem gerat. *Aug. li. 9. de Ciuit, Dei.*

Non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas regis & cognitoris ius: vngulæ carnificis, arma militis: diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris. Habent omnia iſta modos ſuas cauſas, rationes, vtilitates, hæc cum timentur, & mali coercentur, & boni quiete inter malos viuunt. *idem, ad Macedonium, & hab. 25. quæſtio. 5. can. Non fruſtra.*

In iſtis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent cum eas inſtituunt: tamen, cum fuerint inſtitutæ & firmatæ, non licebit iudici de his iudicare, ſed ſecundum ipſas Leges inſtituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt: ita moribus vtentium ipſæ leges cōfirmantur. *idem de ver. religion. & hab. diſt. 14. ca. In iſtis.*

Quod Imperatorum lex minando imperat, hoc fidei lex credendo imperat.

Lex Dei charitas eſt, lex data eſt, vt gratia quæreretur. Gratia data eſt, vt lex impleretur. *idem in li. de ſpiritu & litera.*

Coronam minime carpendam, id eſt, leges vrbium conſeruandas. *Hier. li. 3. contra Ruffinum.*

Imperiali conſtitutum eſt ſanctione aperte, vt ea quæ contra leges fiunt, non ſolum inutilia, ſed etiam pro infectis habenda ſint. *Greg. in Regiſtro & hab. 21, q. Imperiali.*

Factæ ſunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis reformidato ſupplicio refrenetur audacia & nocendi facultas.

Erit autem lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem patriæ, loco, temporique conueniens, neceſſaria & vtilis. manifeſta quoq;, ne aliquid per obſcuritatem incautum captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. Ideo in ipſa conſtitutione iſta conſideranda ſunt, quia cum leges inſtitutæ fuerint. non erit liberū iudicare de ipſis, ſed oportebit iudicare ſecundum ipſas. *Iſid, l. 1, Etymol.*

Priuilegia ſunt leges priuatorum, quaſi priuatæ leges. Nam priuilegium dictum eſt, eo quod priuatos feratur. *idem, li. 5. Etymol. & hab. diſt. priuilegia.*

Omnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat præmium: aut vetat, vt ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur. Eius enim præmio aut pœna vita moderatur humana. *ibid.*

Omnes leges aut diuinæ ſunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus conſtant. Ideoq; hæ diſcrepant: quoniam aliæ gentibus aliis placent, Fas, lex diuina eſt: Ius, lex humana, Tranſire per agrum alienum, fas eſt; ius non eſt. *idem li. 5. Etymol. & hab. diſt. 1. in pr. dec.*

Moyſes gentis Hebrææ primus omnium diuinas leges ſacris literis explicauit Phoronæus ex Græcis primus leges iudiciaque conſtituit. Mercurius Triſmegiſtus primus leges AEgyptiis tradidit. Solon equidem primus leges Athenienſibus edidit. Lycurgus Lacedemoniis iura ex Apollinis authoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo ſucceſſiuit in regno, primus Romanis leges edidit. Deinde cum populus ſeditioſus magiſtratus ferre non poſſet, Decemuiros legibus ſcribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in Latinum ſermonem tranſlatas, duodecim tabulis expoſuerunt. *ibid. & hab. diſt. 7. c. Moyſes.*

Fuerunt autem hi, Appius Claudius, Titus Genutius, Publius Feſtius, Lucius Veturius, Caius Iulius, Aulus Manlius, Publius Sulpitius, Publius Curiatius, Titius Romulius, Spurius Poſthumius. *ibid can. fuerunt.*

Ius generale nomen eſt: Lex autem iuris eſt ſpecies. Ius autem eſt dictum, quia iuſtum eſt. Omne autem ius legibus & moribus conſtat. *Iſidor. li. Etymol, & hab, diſt. 1. c. Ius.*

Octo genera pœnarum in legibus contineri Tullius ſcripſit, id eſt, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, ſeruitutem, & mortem. *idem li. 2. Etymol.*

## ¶ SENTENTIAE POETARVM.

Legis perfectio charitas eſt.

Anthol. ſacr. Iac. Bill.

*Verus amor Chriſti vera eſt cuſtodia legis,*
*Et mandata Dei complet amans homines.*
*Quorum ignoſcentes culpis, ſua crimina ſoluunt,*
*Quodque aliis tribuunt, hoc ſibi proſpiciunt.*
*Det peccatori veniam peccator, & aqua*
*Conciliet Dominum conditione ſibi:*
*Cuius iudicium de noſtro examine pendet,*
*Quod ſerimus, metimus: quod damus, accipimus.*

Lex quaſi dux eſt ad gratiam.

*Non ſeruit iuſſis legis prudentia carnis,*
*Peccati ſtimulos nec ſuperare poteſt.*
*Sed quia mens anceps patitur mala corporis agri,*
*Quærere diuinum cogimur auxilium.*
*Lex igitur facit, vt poſcatur gratia Chriſti,*
*Ardua qua legis iuſſa queant fieri.*
*Nec tam non valeat carnales vincere ſenſus,*
*Quos iuſtæ legis conditor ipſe iuuat.*

Legis violentia.

*Iudex peccati lex eſt plectenda vetando,*
*Quæ niſi cor mundet, Spiritus interimit.*
*Nullus enim eſt inſons ſola formidine pœnæ,*
*Qui ſanctum & iuſtum non amat imperium.*
*Hunc tamen affectum non lex, ſed gratia confert:*
*Quodque iubet legis litera, velle facit.*

Plaut. Epid.

*PE. Quem hominum inuenimus ad eam rem vtilem. AP.*
*Hic erit optimus.*
*Hic poterit cauere recte, iura qui & leges tenet.*

Pitt. per Auion.

*Pareto legi, quiſquis legem ſanxeris.*

Petronius.

*Quid faciant leges, vbi ſola pecunia regnat?*
*Aut vbi paupertas vincere nulla poteſt?*

Plaut. Trin.

*Mores leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam.*

Ibid.

*En miſeræ etiam ad parietem ſunt fixæ clauis ferreis,*
*Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.*

Lucan. 3.

*Pereunt diſcrimine nullo*
*Amiſſæ leges: ſed pars viliſſima rerum*
*Certamen mouiſtis opes.*

Ex Græcis Comicis.

Ισχυρὸν ὁ νόμος ἐστὶν ἢν ἄρχοντ' ἔχῃ.
*Res valida lex eſt, quum magiſtratus habet.*
Νόμοις ἕπεσθαι τοῖσιν ἐγχωρίοις καλόν.
*Quo degis in loco, illius morem cole.*
Ῥήτωρ πονηρὸς τοῖς νόμοις λυμαίνεται.
*Orator improbus lues eſt legibus.*
Βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.
*Contra vi agentes nulla lex quicquam poteſt.*

Euripides.

*Gubernari oportet malos à bonis, & parere ſe melioribus.*

Idem in Dictyæ.

*O ſenex! ne cum regibus contenderis:*
*Venerandos enim eſſe principes antiqua lex eſt.*

Idem in Erichthea.

*Et improbos in ciuitate nunquam promoueris,*
*Mali enim vel pecuniis ditati,*
*Vel aliquo Reipublicæ magiſtratu aucti,*
*Exultant, repente fortunatis ipſorum domibus factis.*

Idem in Supplicib.

*Nihil eſt ciuitate præſtantius quam leges*
*Recte poſitæ. Nam & inferioris domo ſortis,*
*Et qui ditior eſt, æquale ius experiuntur.*
*Vincit autem minor maiorem, ſi iuſtam cauſam habeat.*

Menander in Adelphis.

*Non omnino concedendum eſt malis,*
*Sed reſiſtendum: ſin minus, ſurſum atq; deorſum,*
*Vita noſtra inopinate tota peruertetur.*

Idem in Androgyno.

Τὸ γὰρ σύνηθες οὐδαμοῦ παρόπτεον.
*Nuſquam negligenda eſt conſuetudo.*

Idem.

*Leges perquam egregia res ſunt: ſed is, qui legibus vtitur*
*Nimium exacte, ſycophanta eſſe videtur.*

Horat. lib. 3. Od. 24.

*Quid triſtes querimoniæ,*
*Si non ſupplicio culpa reciditur.*
*Quid leges ſine moribus*
*Vanæ proficiunt? ſi neq; feruidis*
*Pars incluſa caloribus*
*Mundi, nec Boreæ finitimum latus,*
*Durataq; atq; ſolo niues,*
*Mercatorem abigunt? horrida callidi*
*Vincunt æquora nautæ.*

Terent, in Phorm.

*Mihi non videtur, quod ſit factum legibus,*
*Reſcindi poſſe, & turpe inceptum eſt.*

Ouid. 2. Faſt.

*Inde datæ leges, ne fortior omnia poſſet,*

Cæpta quo

*Captaque ſunt pura tradita ſacra coli.*
*Exuitur feritas, armiſque potentius æquum eſt.*
*Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Legum alia propria eſt, alia communis. Propriam dicimus, qua ciues ſcripta vtuntur: communem vero, qua nonnulla, etiamſi ſcripta non ſunt, apud omnes tamen valere videntur. *libr. 1. Rhet. ad Theod. c. 10.*

Quæ à diſciplina legum ferendarum conſtituta ſunt, ea legitima habentur, quorum quicque in iuſtis eſſe dicimus. Leges autem iubent omnia, in quo vel communem vtilitatem exquirunt, vel optimorum vel principum: idq; vel actionibus virtutum, vel alia ratione. *li. 5. Ethic. c. 1.*

Quia ea committit, quæ leges prohibent, & de quibus ſupplicia ſunt, is ea multo magis committet, de quibus nullum ſupplicium eſt. *lib. 1. Rhet. ad Theod. c. 14.*

Maxime conuenit, vt quæ recte poſitæ ſunt leges, cuncta ipſæ explicent, quæ explicari queant, & quam minima iudicibus relinquant. Primum, quia vnum aut paucos prudentes, qui leges ferre aut iudicare poſſint, facilius eſt inuenire quam multos. Deinde, quoniam longi temporis conſideratione leges feruntur: iudicia breuiſsime conficiuntur. *lib. 1, Rhet. ad Theod. c. 1,*

Salus ciuitatis in legibus eſt. *li. 1, Rhet. c. 4.*

Qui leges de excellentia tollunt, Reſpublicas tollunt. *li. 5. de Republ. c. 9.*

In hoc omnis vis æqui & boni poſita eſt, vt correctionem quandam legi adhibeat, quia ab ea abeſt aliquid propter generalem ſine exceptione comprehenſionem. Cur enim lege non caueantur omnia causa eſt, quod de quibuſdam omnino lex fieri nõ poteſt. Quocirca decreto opus eſt. Incertæ enim rei ac infinitæ incerta ſemper & infinita quærenda regula eſt. *l. 5. Ethic. c. 10.*

Politus & liberalis homo ita animo affectus erit, vt ſibi lex eſſe velit. *li. 4. Ethic. c. 8.*

Hoc ipſum violare leges ac iniquum eſſe iniuſtitiam omnem complectitur: fuſumq; eſt per omnem iniuſtitiam. Quoniam autem omnis eſt, qui contra leges facit, iniuſtus: & omnis iuſtus, qui paret legibus: perſpicuum eſt, ea omnia, quæ legitima ſunt, in iuſtis eſſe quodammodo numeranda. *l. 5. Ethic.*

Legem dico, alteram propriam eſſe, alteram communem. Et propriam quidem, quæ ſingulis inter ſe ipſis determinata eſt. Et hanc aliam ſcriptam, aliam non. Communem vero, quæ ſecundum naturam eſt. *l. 1. Rhet. ad Theod c. 13.*

Lex vt ita dixerim, oratio quædam eſt, quæ communi ciuitatis conſenſu definita iubet, quo pacto vnumquodque agendum ſit. *in Rhet. ad Alex. c. 1.*

Si res, de quibus lex lata eſt, non ſimiliter ſe habeant, lex autem ita, tunc vero idipſum ſignificandum eſt, oſtendendumq; ſibi ipſi eam repugnare. Sin vero lex ſcripta rebus conueniat, tunc optima ſententia dicendum non eſſe legem poſitam, vt præter leges iudices ſed ne ignorando quid leges volunt, peiores. Et quod nemo eligit quod ſimpliciter bonum eſt: ſed omnes quod ſibi. Et quod non differat vel nullas leges eſſe vel non vti. Et quod etiam in morbis non conferat aduerſus medicum cauillari: quamuis non tantum medici error officiat: quantum ſi obedire principibus aſſueſcimus. Et quod probatæ leges id maxime vetant, ne quis ſe legibus prudentiorem velit oſtendere. *l. 1. Rhet. ad Theod l c. 15.*

Et lex deſcriptio eſt, & præclara legum deſcriptio ordoq; ſit neceſſe eſt. Numerus autem immenſus, nec deſcriptione vlla, nec ordine contineri poteſt. Diuinæ enim hoc poteſtatis ac naturæ eſt, quæ hanc etiam vniuerſitatem continet. *li 7. de Republ. c. 4.*

Nihil intereſt vtrum vir bonus ſceleſtum ſpoliauerit, an bonum improbus: nec vtrum bonus, anne malus adulteratus ſit: ſed lex damni ſolum ſpectat diſſimilitudinem, vtiturque pro paribus, ſi alter violauit, alter violatus eſt. Et ſi hic damnum dedit, ille accepit. Ideoque, iniuriam hanc, quoniam iniqua eſt, ad æquitatem iudex & parilitatem conatur traducere. *Ethicorum libr. 5. capit. 4.*

Ex quaque virtute vitam degere præſcribit lex, & ex vitiis vetat. *li. 3. Ethi. c, 2.*

Eæ leges colendæ ſunt, quib. magiſtratus parui quidem, ac multi ex ſortitione, id quod ſeditione vacat, maxime autem ex totius multitudinis ſuffragiis in popularibus principatibus deſignentur, Ita enim & ipſe populus, quoniam in ipſo ſit: eos donare hominibus quos voluerit, haud quaquam accipientibus inuidebit: & clariores magis magiſque probitati ſtudebunt, vtpote qui intelligant viſui ſibi futurum apud ciues ſe probari. *ibid.*

Lex quidem & forti ſuum officium præſcribit, vt non deſerere ordinem, nec fugere, nec arma abiicere: & temperato non adulterari, neq; vi conſtuprare: & clementi, non verberare, neque conuitiari: itemque in cæteris virtutibus & vitiis, illa iubet, hæc vetat. Ac ſalutaris quidem habenda eſt ea, quæ recte lata eſt: quæ inconſulte & inconſiderate, pernicioſa. *libro 5. Ethicor. capitul. 1.*

Opus eſt in conditis legibus ſeueritate neceſſe, qua neq; ægrum ad egeſtatem redigere: neq; morientium ſubſtantias publicare fas ſit: ſic & magnos iis cruciatus inſcribere, qui hæc obſeruare neglexerint. Decet autem iis aliquem honeſtum ſepulturæ locum ante vrbem publice dari, qui pro patria bellando periiſſent, & eorum filios ad pubertatem vſq; publicis alimentis enutriri. Huiuſcemodi igitur leges in populari principatu ferendæ ſunt. *Ariſt. in Rhet. ad Alexandrum cap. 3.*

Cum lex nullam vim ad parendum niſi conſuetudine capta habeat, quæ niſi diuturnitate temporis non capitur: profecto facilis legum quæ extent, in alias nouas commutatio, naturæ legis infirmatio eſt. *li. 2. de Repub, c. 6.*

Leges ſalutares valere oportet, eiuſq; qui præſit, ſiue vnus ſit, ſiue plures, ſummam in iis rebus eſſe poteſtatem: de quibus leges, quoniam non facile eſt de omnibus omnino, & totum explicare, cauere nullo modo poſſunt. *lib. 3. de Repub. ca. 7.*

Neceſſe eſt qualis Reſpublica ſit, tales eſſe leges, aut pernicioſas. aut ſalutares: iuſtas, aut iniquas. Attamen hoc quidem perſpicuum eſt, leges pro ratione Reipublicæ eſſe ſcribendas. Quod eſt, illud perſpicuum eſt, eas quæ ad rectam formam Reipublicæ accommodatæ erunt, ſalutares & bonas: quæ ad Reipublicæ mutationem, pernicioſas & malas neceſſario futuras. *ibidem.*

Pater ad ferendas quidem leges peregrinationes quibus multarum gentium leges cognoſcere poteris, eſſe perutiles: ad publica vero conſilia, diligenter perſcriptam rerum geſtarum hiſtoriam. *lib. 1. Rhet. ad Theodect. c. 4.*

Communis lex nunquam immutatur, cum ſecundum naturam ſit: ius vero ſcriptum ſæpius. *libro primo Rhetoric. ad Theod capit. 15.*

Vt paucis dixerim, debent in popularibus principatibus leges cohibere plebem, ne locupletiorum bonis inhient inuidienturq;, in paucorum vero principatibus auertere illos, qui Rempublicam gerunt: & ab imbecillorum contumeliis & a calumniis inſimulationibuſq; in ciues. *li. Rhet. ad Alexand. ca. 5.*

Is orator qui quicquam lege ſuadere voluerit, hanc oſtendat oportet æqualem eſſe ciuibus, & reliquis legibus conſentaneam, ciuitatiq; conducibilem ad quietem & concordiam maxime, vel ad ciuium probitatem, aut ad publica tributa, aut ad ipſius Reipublicæ gloriam, aut ad vrbis potentiam, aut ad aliud eiuſmodi vſui aliquid cedere. Aduerſarius vero primum conſiderabit; an minus lex illa communis ſit vtilis omnibus, deinde an reliquis legibus non conſentiat, ſed aduerſetur potius quodãmodo: præterea an ad horum quæ ante dicta ſunt conductura ſit nihil, ſed contra nocitura potius. *ibidem.*

Et iuſta habenda ſunt, quæ in omni virtute lege ſunt conſtituta, vt non iubet lex mortem ſibi quenquam conſciſcere. At quæ non iubet, ea profecto vetat. Præterea vt quiſque contra leges nocet cuipiam, non laceſſitus, ita ſponte inferre iniuriam dicitur, *Ethic. li. 5. c. 11.*

Vniuerſa hominum vita, Athenienſes, ſiue magnam vrbem incolant, ſiue paruam, Natura & legibus gubernatur, horum porro natura quidem incerta & verſatilis eſt, & ſua cuiuſq; hominis, leges autem communes & ordinatæ ſunt, idemq; præſcribunt omnibus: Itaq; ſi natura praua eſt, ſæpe mala capit conſilia, atq; inde tales in delicta ruere facile inuenire licet; leges vero iuſtum, honeſtum & vtile imperant, & idipſum quæritant: quod cum fuerit inuentum, commune iſtud fit edictum, ac proponitur omnibus par & æquale, idque Lex eſt, cui parere decet, cum propter multa, tum maxime, quia omnis Lex inuentum ſane & donum eſt deorum, Decretum vero hominum prudentum: recta porro vel ſpontaneorum, vel culpa admiſſorum delictorum correctio, ciuitatis præterea communis conuentio, iuxta quam omnes viuere oportet, qui in ciuitate ſunt. *Demoſt ex orat. 1. contra Ariſtogit.*

Legibus & earum obſeruantia exornantur omnia. *Ex ora. 1. contra Ariſtogit.*

Nihil omnino neque pulchrum, neque decorum reperiri poteſt, quod non cum lege aliqua communicet. *Ex oratione 2. contra Ariſtogit.*

Si leges abrogantur, & cuiuis licentia faciendi quicquid voluerit data ſit, non ſolum Reipubl. peſſum ibit. ſed nec quicquam intererit inter noſtram & fratrum vitam. *Ex oratio. ſecunda, contra Ariſtogit.*

Par & æquum legibus acceptum ferre debetis, & quæ bona ſunt omnia, legum benignitate habetis. *Ex oratione contra Midiam.*

Legum vis & authoritas quæ eſt? vtrum ſi quis veſtrum iniuriis affectus exclamauerit, vt ipſæ accurrant, & præſentia ſua opem ferant? minime gentium, literæ enim depictæ ſunt, neq; iſtud præſtare poſſunt, quænam igitur earum vis eſt? ſi vos eas confirmetis, & ſemper ratas firmaſq; exhibeatis earum opem imploranti. *Ex orat. contr. Midiam.*

Omnia

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Omnia quæ præclara ſunt, quæq; anguſta, & per quæ ciuitas decoratur ac conſeruatur, liberorum erga parentes obſeruantia, iuuenum erga natu maiores reuerentia & moderatio, legum additamento, & ope turpitudinem, immodeſtiam, audaciam, impudentiā fugiant. *Ex orat. cont. Ariſtog.*

Enitendum eſt profecto, vt omnes leges quam rectiſſime ſe habeant: in primis autem hæ, per quas paruam aut magnam licet eſſe ciuitatem: hæ vero ſunt, quæ boni aliquid facientibus, præmia decernunt, quæque contra facientibus ſupplicia conſtituunt. *Ex orat. ad Lept.*

Duas ob cauſas omnes feruntur leges, tum vt nemini quicquam iniuſti liceat agere: tum vt iis, qui iſthæc tranſgreſſi ſunt ſupplico affectis, cæteri meliores efficiantur. *Ex oratio. 2. contra Ariſtogit.*

Cum leges feruntur, videndum eſt quales & quænam ſint: vbi vero latæ ſunt, eas conſeruare, iiſque vti decet: nam & iuramenti ſanctitas & alioqui iuſtitia flagitat. *Ex oratione contra Midiam.*

Decet vos qui iudiciis exercendis ſemper præfecti eſtis, leges cōſeruare, & eas validas & fortes reddere: harum enim beneficio probi improbis meliores euadunt, *Ex orat. 1. cont. Ariſtog.*

Illi Locrenſes ſic putant oportere veteribus latis vti legibus, & inſtituta moreſq; patrios tueri, nec ad cuiuſq; voluntatem & iniuriarum impunitatem leges ferendas eſſe: vt ſi quis velit legem ferre, in laqueum collum inſerens legem ferat: ac ſi honeſta & vtilis videatur eſſe lex, viuit qui eam tulit & abit: ſin minus, conſtricto laqueo perit *Ex orat. cont. Limoc.*

Solon exiſtimabat argentum, quidem numiſma eſſe priuatarum commutationum cauſa inter priuatos repertum: leges autem putauit ciuitatis numiſma eſſe. itaq; iudices ... multo magis, ſi quis iſtud, quod ciuitatis ſit numiſma, ... inpat & adulterium inducat, odiſſe & punire, quam ſi quis illud quod priuatum ſit. *Ex orat. contra Timoc.*

Sic porro exactiſſime cognoſcetis, quanta proficiſcitur vtilitas ex bonarum receptarumque legum obſeruatione, quantumque damnum eſt ex earum contemptu, ſi legum commoda ſeorſum & quæ ex earum violatione eueniant damna, ob oculos poſita perſpiciatis. *Ex orat. contra Ariſtog.*

Nullus eſt vſus ciuitatis quæ neruos ac vires aduerſus ſceleratos & iniurios non habet, neq; Reſpub. in quo venia & amicorum preces plus valent quam leges *Ex orat. de falſa legat.*

Illud eſt Democratiæ ſummum præſidium, hoſtes vel conſulendo, vel pugnando ſuperare, legibus autem ſiue volentes, ſiue repugnantes minores ſe gerere. *Ex orat. 2. cont. Ariſtog.*

Neminem quæſo cenſeatis tantæ apud vos authoritatis eſſe, vt qui leges tranſgreſſus fuerit, inultus maneat. *Olynth. 3.*

Oportet legum violationes omnibus communes exiſtimare, in quocunq; tandem deprehendantur, neq; vllum tantum beneficiū in rempublicam neq; homo quiſquam, neq; dolus aliquis, aut aliud quicquam excogitari debet, cuius gratia qui leges violauerit, non luat pœnas. *cont. Midiam.*

Lex eſt oratio ſumma, inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetq; contraria. *Cic de Leg.*

Lex nihil eſt aliud, niſi recta, & à numine Deorum ratio, imperans honeſta, prohibenſq; contraria. *Philip. 1.*

Legibus propoſita ſunt ſupplicia vitiis, præmia virtutibus. *2. de Orat.*

Vitiorum emendatricem, legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum: ab ea enim viuendi doctrina ducitur. *1. de Leg.*

Docemur autoritate, nutuq; legum, domitas habere libidines coercere omnes cupiditates, noſtra tueri: ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere. *1. de Orat.*

Leges ſunt inuentæ, quæ cum omnibus vna, atq; eadem voce loquerentur. *1. Offic.*

A maioribus noſtris nulla alia de cauſa leges ſunt inuentæ, niſi vt ſuos ciues incolumes conſeruarent. *in Vatin.*

Ad ſalutem ciuium, ciuitatumque incolumitatem, vitamque hominum & quietam & beatam, conditæ ſunt leges. *1. de Legibus.*

Ea virtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt, vt in legibus ſcribendis, nihil ſibi niſi ſalutem, atq; vtilitatem Reipublicæ proponerent. Neq; enim ipſi quod obeſſet, ſcribere volebant: & ſi ſcripſiſſent, cum eſſet intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. *1. de inuent.*

Nil eſt tam aptum ad ius conditionemq; naturæ, quam lex, ſine qua nec domus vlla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. *3. de Leg.*

Fundamentum libertatis, fons æquitatis, mens & animus & cōſilium, ſententia ciuitatis, poſita in legibus. *Pro Cluen.*

Maior hæreditas venit vnicuiq; noſtrum à iure, & legibus quam ab iis, à quibus illa bona relicta ſunt. Nam vt perueniat ad nos fundus, teſtamento alicuius fieri poteſt: vt retineamus quod noſtrum factum eſt, ſine iure ciuili non poteſt. *Pro cæcin.*

L[illegible]n eſt vera, aut legitima, quæ inauſpicata, improſpera, impiaq; vel præcipit, vel quod paulo minus eſt fert. Eſt autem lex ... dari ſententia, Deorum atq; hominum regina: item legis ... iuſtitia. Lex, principis opus: principis Dei vniuerſa exornans ... rans imago, vbicunq; ergo principum inſtitutiones, aut ciuitatum ... veræ non ſunt, id eſt, ad optimum ratione certa non diriguntur, leges haud quaquam videri nuncupatione, ſacroue dignas titulo. ... nimo, decreta, dici verius, Edictaue, ac inſtituta. Lex enim vera, ... na eſt, lex æterna, item & mutationis prorſus neſcia, imo eadem ... biq; ſi modo vera. nam quæ ingeniorum afflatu ſubinde locis temporibuſq; interpolata diſtinguitur, & Protei modo formam ... riat, neutiquam lex dicenda eſt.

Plutarchus inquit, in ciuitatibus aliæ ad honeſtatem pertinent, quædam & ad neceſſitatem: honeſtorum vero omnium illud maximum eſt εὐνομία, id eſt, legum bonitas: neceſſariorum autem εὐπορία, id eſt, rerum affluentia.

Qui Locris leges conſtituit *Zaleucus*, cum ſanxiſſet ne quis ... mis obſeptus ſenatum ingrederetur; poſteaquam vigente bello, ... matus ſenatum adiit, ſucclamauit quidam, Legem ſoluit Zaleucus, at is conuerſus, non ſoluturum quidem, ſed corroboraturum ... nunciauit: moxque cum gladio ipſum ſe tradens, vitam ... quæ tranſgredienti ſanciebatur pœna. *Cæl. li. 8. c. 19.*

Qui meliores, apud eos fieri homines exiſtimarent, apud quos leges eſſent repoſitæ, plurimum falli iudicabant: nihil enim ... bere, quo minus omnes ſint Græci æquales, quod facile ſit ... aliis literas accipere legem continentes. Sed ex huiuſmodi nulla ... acceſſio virtuti. verum è quotidianis exercitiis: pleroſque enim ... moribus æquales reddi, quibus pro ſe quiſq; inſtituti fuerint. ... tas enim exquiſitas leges, argumentum eſſe male adminiſtratæ ciuitatis. Quod qui oppilationes peccatis faciunt, multas fieri ... cogant. Operæ pretium autem eſt, eos qui bene Reipublicæ ... ſtudent, non implere porticus literis, ſed animo iuſtitiam ... re: non enim decretis, ſed moribus commodum gubernari ... tis. Male educatos quidem exquiſite ſcriptas etiam violare leges ... ſuros. Liberaliter vero inſtitutos, honeſtos permaniſuros ... *Areopag.*

Neq; enim maiorum leges contemnendæ, quarum latores ... adeo ſancti ac pii inter mortales habiti, vt commercium cum ... immortalibus habuiſſe crediti ſint, eorumque nonnulli Deorum nomen, ac cultum viuendo quoq; ſibi comparauerint. Nam apud AEgyptios Minos ſuarum legum Mercurium authorem ... nos apud Cretenſes Iouem, Lycurgus apud Lacedæmonios Apollinem, Zamolxis apud Getas Veſtam, Moyſes apud Iudæos Deum. Darius Xerxis pater ſextus apud AEgyptios legumlator, Deus appellatus eſt. Numa Pompilius Romanorum Rex ſecundus, ... AEgeria, vel, vt alii volunt, ab vna ex Muſis leges accepiſſe ... Quod ſi tantum & legibus, & legumlatoribus à veteribus ... butum eſt, nonne & nos maiorum noſtrorum veſtigia ſequentes eas & obſeruare & venerari debemus, illiſq; ſemper parere? ... mortalium emolumentum conditæ ac perlatę ſunt, nullaq; eſt ... quæ Plutarcho affirmante, ad humanę vitæ non ſpectet vtilitatem. Ait enim: Νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων, οὐ δύναται δὲ ... ταν βίον οὐ βούλωνται πάσχειν, ἐν τοῖς γὰρ πειθομένοις ... ἰδίαν ἀρετήν. id eſt: Volunt quidem leges vitæ prodeſſe hominum, non poſſunt autem, cum ipſæ pati concupiſcunt: in iis enim, ... libenter parent, ſuam indicant virtutem. *Steph. niger in expoſit. ... Pyth.*

Leges, inquit, vt faciamus quod oportet, non efficiunt. ... aliud ſunt, quam minis mixta præcepta? Primum omnium ... ille non perſuadent, quia minantur, at hoc non cogunt, ſed ... Deinde leges à ſcelere deterrent, præcepta in officium adhortantur: his adiice, quod leges quoq; proficiunt ad bonos mores, ... ſi non tantum imperant, ſed docent, in hac re diſſentio à Poſidonio, pro eo, quod Platonis legibus adiecta principia ſunt. Legem ... nim breuem eſſe oportet, quo facilius ab imperitis teneatur, ... emiſſa diuinitus vxor ſit: iubeat, non diſputet. Nihil mihi videtur frigidius, nihil ineptius, quam lex cum prolegomeno, dic quid me velis feciſſe, non diſco, ſed pareo. Proficiunt itaq; malis moribus ... videbis, ciuitates vſas malis legibus. At non apud omnes proficiunt, ne philoſophia quidem nec ideo inutilis, & formandis animis ... cax eſt. *Senec. in epiſt. 95.*

Verum quidem eſt, antiquas leges retinendas eſſe immotas, ... videlicet eum certa pax eſt: ſed cum alii aſtute nobis inſidiantur, ... uis quoq; artibus opus eſt *Thucyd. l. 1.*

Perniciosiſſimum eſt, ſi decreta non ſunt ſtabilia, nec cogitant meliorem eſſe ſtatum eius ciuitatis, quæ quanquam deterioribus legibus, tamen conſtanter vtitur, quam quæ bonas leges habet, quibus tamen non conſtanter vtitur, eſtque vtilior inſcitia cum modeſtia, quam calliditas cum impunitate. Ac plærunque rudiores homines melius regunt ſuas reſpublicas quam aſtuti. *idem, li. 3.*

Qui eas habent leges, per quas in maximam, quandiu illas obſeruarunt, potentiam euaſere, temere quid contra leges committere non debet. *Xenoph. de reb. geſt. Græc. l. 1.*

Bonis legibus & honeſtorum ſtudiorum æmulatione, ... perans, iuſta & re bellica præſtans ciuitas redditur, *Dionyſ. Halic. li. 2.*

Legum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legum ſcripta tranſgredi , & vim iure potiorem facere, certe hoc non eſt amplius populare, ſed ſi veritatem audire vultis , tyrannicum.

Ex qua ciuitate iura & leges expelluntur in eam ſeditio bellum que ingredi ſolet. *idem, lib. 7.*

Cum à Platone Cyrenæi petiiſſent, vt leges ipſis ferret, populum que componeret forma Reipublicæ moderata, difficile eſſe reſpondit, Cyrenenſibus rebus tam ſecundis vtentibus leges ſtatuere, nihil enim difficilius regi poſſe quam hominem proſpera vtentem fortuna: nihilq; viciſſim facilius admittere diſciplinam, quam eum qui rebus aduerſis eſſet fractus, *Plut. in Lucullo.*

Quid attinebit vniuerſas rogare leges, quas mox abrogare, in quos latæ ſunt, poſſint. *Liuius, Decad. 4. l. 4.*

Quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ vtilitatis cauſa in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam aut vſus coarguit, aut ſtatus aliquis reipublicæ inutilem fecit: ſic quas tempora aliqua deſiderarunt leges mortales (vt ita dicam) & temporibus ipſis mutabiles eſſe video, quæ in pace latæ ſunt, plerumq; bellum abrogat: quæ in bello, pax, vt in nauis adminiſtratione alia in ſecunda, alia in aduerſa tempeſtate vſui ſunt, *Liuius, Decad. 4. l. 4.*

Sicut morbos neceſſe eſt prius cognitos eſſe quam remedia eorum: ſic cupiditates prius natæ ſunt quam leges quæ iis modum facerent. Quod legem Liciniam excitauit de quingentis iugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi? quod legem Cinciam de donis & muneribus, niſi quia vectigalis iam & ſtipendiaria plebs eſſe Senatui cœperat? Itaq; minime mirum eſt nec Oppiam nec aliam vllam tam legem deſideratam eſſe, quæ modum ſumptibus mulierum faceret, cum aurum & purpuram data & oblata vltro non accipiebant. *idem. ibid.*

Vi ambitu pecunia, leges turpantur. *Tacit. Annal. lib. 1.*

Non poteſt princeps ſua ſcientia cuncta complecti, neq; expedit vt ambitione aliena trahatur. Ideo leges in facta conſtituuntur, quia futura in incerto ſunt. Satis onerum principibus, ſatis etiam potentiæ: minuuntur iura, quoties gliſcit poteſtas: nec vtendum eſt imperio, vbi legibus agi poſſit. *Tacit. Annal. lib. 3.*

Vetuſtiſſimi mortalium, nulla adhuc mala libidine, ſine probro, ſcelere, eoq; ſine pœna aut coercitionibus agebant: neque præmiis opus erat, cum honeſta ſuopte ingenio peterentur: & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At poſtquam exui æqualitas, & pro modeſtia ac pudore ambitio & vis incedebat, prouenere dominationes, multoſq; apud populos æternum manſere. Quidam ſtatim, aut poſtquam Regum pertæſum, leges maluerunt. Hæ primo rudibus hominum animis ſimplices erant. *Tacit. Annal. lib. 3.*

Chriſtianæ religionis leges hominem potius conſeruandum eſſe quam perdendum, nec totum mundum cum eius animo comparandum docent. *Nicetas Andronic. Comn. lib. 2.*

Sine legibus Reſpublica non eſt Reſpublica. *P. Oroſius, hiſtor. lib. 1. cap. 43.*

Arma cum legibus duo ſunt quæ ad reſpublicas gubernandas maxima putantur. *B. Facius, hiſt. lib. 10.*

Tancicanis, legislator Scytharum, homo vilis & faber ærarius, auctor illis fuit, vt delicias fugerent, obuiis contenti eſſent, alii alios vt ſe diligerent, priuata emolumenta ſpernerent, Reipublicæ conſulerent, nihil in vita feſtinanter agerent, omnibus cibis vterentur, plurimas vxores ducerent, nullos fundos poſſiderent, migrarent quo commoditas inuitaret, paucos quoslibet tollerent, ac veſtibus etiam integris aſſuerent: quod cum nulla neceſſitate coacti facerent, ſine verecundia facturos: cum eſſet opus, aliena occuparent: veritatem in verbis colerent, iuſtitiam in factis, quorum alterum ingenui animi, alterum eſſet rectæ voluntatis, vt nemo alterius oratione falleretur, nec in agendo circumueniretur vllis inſidiis. *G. Pachymer. hiſt. lib. 5.*

Quis primus inter mortales inuenerit , inſtitueritque leges, non eadem omnium eſt opinio. Hebræi hunc Moyſen fuiſſe volunt; Athenienſes Cecropa, Argiui Phoroneum, à cuius nomine forum non minus commode acceptum reor, quam ob eam rem nominatum, quod eo lites controuerſiæque ferantur. Cretenſes Minoa atque Rhadamantum : Lacedæmonii Lycurgum, Ægyptii Mercurium Nili filium , cui Vulcanus ſucceſſit in regnum : Perſæ vero Zoroaſtren : nam Latini, qui in legibus ferendis ſolertiores extiterunt, eo cæteris hominibus in hoc doctrinæ genere magnifice omnibus præſtiterunt. Quod autem ad Moyſen attinet, hunc alii legum latorem (vt Philo Iudæus eſt locupletiſſimus teſtis) alii ſacrarum legum interpretem prodiderunt , claruiſſeque eadem tempeſtate apud ſuos , qua Cecrops apud Athenienſes: Quos Cecropidas ab ipſius conditoris & legum latoris nomine, appellatos eſſe conſtat: & id quidem annis à mundi creatione tribus millibus ſexcentis quinquaginta. Et Phoroneus, ab Inacho natus , regnauit Argis ſecundus, annos circiter trecentos: Poſtea legibus Argiuos ac iudiciis muniiſſe: nam Rhadamantum , ac ipſius fratrem , qui Ganymedem rapuit, Europa & Ioue natos fuiſſe longe his tribus poſteriores conſtat : Lycurgum vero, quas leges Lacedæmoniis tradidit , à Cretenſibus accepiſſe, At Zoroaſtres rex Bactrianorum qui primus omnium magicam illuſionem reperit, quibus fuerit temporibus, ea ratione patet, quod aduerſus eum Ninus rex Aſſyriorum dimicauit; & ne ſim narrando prolixior , neminem inter legum latores inuenio, quem modo antiquitate Mercurio comparem : Hunc aliis omnibus legum latoribus quam longiſſime ſuperiorem reperio, iccirco Ioue Maiaque natum poetæ cecinere, quod & mentis acumine viguerit , & prudentiſſimus fuerit, Mercurium enim auditorem fuiſſe aiunt eloquentiæ. quæ ex intellectu gignitur, & prudentia, eundemque & palæſtræ, & lyræ, & præſtigiarum peritiam primum tradidiſſe. Sunt etiam qui hanc laudem legum ferendarum dent Æaco Achillis auo , cuius filium Peleum cum Argonautis aduerſus Colchos nauigantem oſtendit Orpheus. Quam plurimos præterea legimus , qui Cererem omnium primam extitiſſe arbitrentur ferendæ legis authorem , quod eo argumento refelli poteſt , quod Cererem fuiſſe conſtat annis ab initio mundi tribus millibus ſeptingentis octoginta. Sed qui omnem illam ſuperiorem antiquitatem legalis ſapientiæ gloria ſuperarit , Solona fuiſſe contendunt , qui antiquatis omnibus Draconis legibus , præter eas quas de cæde tuliſſet , ipſe leges Athenienſibus dedit, quas ob eam rationem axes nominauit: quoniam in ligneis axibus ſcriptæ eſſent. Et floruit quidem Solon inter ſeptem Græciæ ſapientes Olympiade quadrageſima ſeptima, vel, vt alii perhibent, quinquageſima ſexta, Piſiſtrato Athenis regnante. Huius autem vnius Philoſophi leges adeo apud omne pene in hominem genus illuſtres , atque præclaræ ſunt habitæ, vt ne Romanos quidem puduerit poſt exactos reges, eaſque leges omnes penitus ſublatas , quæ prius ab ipſo vſque Romulo latæ fuerant , Athenas mittere legatos decem, qui inclytas leges Solonis peterent ; quibus Romana Reſpublic. fundaretur, his in decem eburneas tabulas præſcriptis , in vrbemque allatis , & pro Roſtris ad apertiorem volentium perceptionem poſitis : Prætere ea duæ poſtea tabulæ Hermodoro Epheſio authore in annum proximum ex publica poteſtate adiectæ ſunt : quoniam ad tantæ ciuitatis imperium pluribus legibus eſſet opus, & ita leges 12. tabularum appellatæ Deinde ſecutum eſt ius ciuile, legis actiones, ius Ælianum, plebiſcita: quæ poſtea lege Hortenſia, pro legibus, habita, obſeruataq; ſunt. Poſt hæc ius id additum eſt neceſſario, quod Senatuſconſultum nominatur , deinceps adiecta opportune ſunt Edicta Prætorum, à quorum honore ius eſt appellatum Honorarium: Ad poſtremum autem, principe conſtituto acceptione, illud eſt ius introductum , quod ab vnius principis voluntate manans, Principale vocatum eſt. Quid enim ſigillatim memorem, aut de Publicis, aut de Priuatorum legibus, quæ Priuilegia dicuntur? Quid de conſularibus & Tribunitiis? quid de Satyra? quid de iure Militari? quid de iure Quiritium? quid de conſtitutionibus? quid de prudentium Reſponſis? Nulla eſt prorſus, neq; legis, neq; æquitatis, neq; iuris pars, quam Romani , aut legum latores aut Iureconſulti intactam, in diſcuſſamque reliquerint. Non enim in tot. Coruncanis , Brutis , Scæuolis , Paulis , Iauolenis , Pomponiis, Trebatiis, Tulliis, atque aliis prope infinitis, vnum aut Lycurgum, aut Salana inuenias. Quam enim gentem vnquam in vniuerſo terrarum orbe excelluiſſe meminerimus, quæ cum in omnis laude virtutis, tum maxime in ſplendore Iuſtitiæ cum Romanorum Imperio comparari queat? Hæ autem non natura, ſed diſciplina primum acquiritur & ea quidem diſciplina, quam nobis legum & iuris ciuilis ſcientia ſubminiſtrat. Hæc ſancita eſt iuſtitia, quam, ait Euripides, Heſpero atque Lucifero magis eſſe mirabilem. Hæc, inquam, vna virtus ita cunctis virtutibus antecellit, vt qui eam adeptus ſit, ſolus bonitatis cognomentum adeptus exiſtimetur. *Hi legum inuentores.*

Vt corpora noſtra ſine mente, ſic ciuitas ſine legibus, ſuis partibus, ac neruis ac ſanguine & membris vti non poteſt Leges Solonis & Lycurgi enumerat Laertius , in eorum vitis. Solon interrogatus qualiter ciuitas bene regi poſſet? reſpondit, ſi princeps & maiores ſecundum leges vixerint. *Valer. Maxim. libro tertio, capit. 9.*

Leges primum explicabimus , rem mehercule pro ipſius magnitudine atque excellentia vberiori dicendi fonte exhauriendam : neque me latet, plurimos in Triſmegiſtum atque in Phoroneum regem legem ciuilium inuentionem , initiaque referre: Sed tamen compertum eſt illarum originem diis potius immortalibus conſecratam , Cereremque primas leges dediſſe hominibus , eamque ob rem legiferam à poetis, ac doctiſſimis ac ſapientiſſimis viris appellatam. Digna ſane res. quæ diuinitati adſcriberetur: quippe quæ Dea fruges nobis, alimentaque dediſſet, leges quoque dare voluit, ſine quibus aut conſtare, aut ſaltem honeſte conſtare non poſſemus , vt vitam corpuſque non ſolum ſuſtentaremus cibo , ſed legum etiam defenſione tueremur. Athenienſibus autem Solon , qui & ipſe vnus ex ſeptem Sapientibus habebatur, nouas deinde leges inſtituit : primam, vt qui parentes ſuos non alerent, patrimoniumue diſſiparent, illi perpetuo obſcuri atque ignobiles haberentur. Alteram, qui otium ſectarentur, & inertiæ dediti eſſent, atque deſidiæ, eos iure ab omnibus tanquam nocentiſſimos accuſare poſſe. De præmiis eorum, qui in Olympia atque Iſtmia viciſſent, tertiam promulgauit: & qui in prælio mortui pro patria cecidiſſent eorum filios publice nu-

triendos, corudiendoſque præcepit: Item curatorem vna cum matre pupillorum nequaquam habitar- : cum præterea curatorem eſſe non poſſe, ad quem eſſet hæreditas pupillorum morte peruentura: Cæterum annularium eius annuli, quem vendidiſſet, ſigillum apud ſe non retinere. Quæ abs te aliquo in loco poſita non eſſent, ea inde tollere non auſis Poſtremo ſtatuit, ebrium & temulentum principem non pecuniis eſſe mulctandum, ſed duriſſima atque ignominioſiſſima morte puniendum. *Campanus in orat. ſtudii iuris.*

Lycurgus quoque ſuis Lacedæmoniis leges condidit, quarum prima populorum ad abſequium principum, atque optimatum: principes atque optimates ad iuſtitiam hortabatur: altera temperantiam omnibus in rebus ſuadebat, & parſimoniam auri atque argenti penitus ſubmouebat, vt nihil à quoquam emeretur, ſed inter ſeſe communicarent omnia: Quod etiam per belli Troiani tempra fieri ſolitum ſcribit Homerus: Item iuuenibus non amplius vna veſte, toto anni tempore permittendum: Pueros inopes atque egenos non in vrbe fouendos eſſe, ſed in agros ad vſum rei ruſticæ deducendos, vt ab ineunte ætate laboribus aſſuefacti, paratiores ad paupertatem atque inopiam tolerandam per reliquum tempus efficerentur. Virgines non dote maritandas, vt non ducerentur pecuniis, ſed virtutis gratia expeterentur. Poſtremo ſtatuit maximum quenque honorem, non diuitiis, aut potentiæ, ſed ſoli ætati eſſe tribuendum, atque alia multa, quæ nos prætereunda conſulta duximus.

Initium vero legum Romanum, atque originem vobis multo, quam mihi notiorem eſſe non ambigo; pulſis videlicet Tarquiniis ſuperiorum Regum leges abrogatas omneis, nouas deinde promulgatas, latam legem manumiſſionis, Vindicium Bruti ſeruum, quod coniurationem patefeciſſet, primum apud Romanos fuiſſe manumiſſum, & etiam ciuitate donatum, ab eoque prætoriam vindictam appellatam: miſſos deinde Appium Claudium, atque alios, ad leges ab Athenienſibus capiendas: quo in loco Accurſium veſtrum valde equidem demiror, obtimum virum illum quidem ſed in inquirendis rerum antiquarum hiſtoriis perparum, vt mihi videtur, exercitatum qui cum iuris Romani originem interpretatur, rem affert veritati, atque hiſtoriæ minime conſentaneam, ſtultum quendam (neſcio quid de noſtra religione blaterantem) dignos feciſſe Romanos legibus, quum plane conſtet multis ante Chriſtianam religionem ſeculis, Romanos leges ab Athenienſibus tranſtuliſſe, eas deinde duabus ſupra additis, leges duodecim tabularum appellatas, pro Roſtris ante oculos omnium in foro, atque in curia poſuere. Pontifices deinde maximos, legum & cuſtodes, & ſi opus eſſet, interpretes ſtatuerunt. Hinc ſcientia ciuilis, hinc iura Romana & ſanctiſſimæ leges emanarunt: hinc Scæuola, Manilius, Labeo: Papinianus, Pompeius Sextus, Lælius, atque alii ſapientiſſimi viri, iuris ac legum inſtituta condiderunt: Nam ius quidem Pontificum à Numa Pompilio Romanorum Rege ſanctiſſimo atque optimo viro, proceſſit: niſi altius repetentes, Lege rem illum in Hetruria extra catum, authorem Pontificii cenſeamus. Quod ad noſtrum attinet, nemo eſt veſtrum, qui eius originem ignoret, atque proceſſum: Sed ego ſatis demirari non poſſum, qui diuina humanaque confundentes, vt leges dicant in ſapientum inuentione nequaquam eſſe reponendas ſed ab imperatoribus & Pontificibus non ratione conſtitutas aliqua, ſed ſolo imperio, voluntateq; confictas, facile ad nutum regum ac Principum permutari poſſe. O capita ridicula, & ceruices illepidas! Nam, vt Pythagoram prætereamus, à quo Metapontini leges accepere, vt Eudoxum, Prothagoram. Ariſtotelemque prætereamus quorum primus Guindis dedit leges aliis Turiis condidit tertius ſuis. Stagiritibus promulgauit, vt denique exteros prætereamus, quis hoc præterire poſſit, magnos illos & diuinos homines quos, vehementer admirata Græcia, ſeptem ſapientes appellarunt, omnes, Ptutarcho teſte legum conditores fuiſſe? Qui obſecro leges condiderunt, nonne Philoſophi at quales Philoſophi? ii qui ſoli appellabantur ſapientes, qui Deorum immortalium oraculis ſapientiſſimi iudicabantur, atque optimi, qui per populos & ciuitates tanquam Dii alteri colebantur. Quis præterea leges ac iura permutauit? An ſi medicamentum veneno inficiatur, mutatam non peruerſam dicemus medicinam? enim vero peruerti poſſunt leges, permutari non poſſunt to æ ſunt in æquitate & moderatione, totæ in prudentia, totæ denique in Philoſophia, & in prudentiſſima ſapientia conſtitutæ, totæ ad genus humanum regendum, gubernandum, defendendum excogitatæ, totæ ad vitam bene beateque agendam inuentæ. Poſſunt Imperatores leges peruertere, ſed ſuum vna cum legibus Imperium peruertetur. quamobrem? Quia nullum imperium, nulla Reſpublica ſine legibus poteſt eſſe diuturna: Arma enim imperia parant, leges parta conſeruant: ſicut ſine armis regna acquiri non poſſunt, ita nequiuerunt eadem ſine legibus cuſtodiri. Quæ porro vita iucunda? quæ honeſtæ ac ſecuræ rationes ſine legibus? vtiliſſimum eſt ad merces tranſportandas nauigare maria: id leges præſtant, quæ piratas duriſſimis vndique ſuppliciis perſequuntur. Optimum eſt & neceſſarium, commeatus, profectiones, itineraque conficere. Id leges efficiunt, quæ latrones ... cent & graſſatores, & inſidiarum pericula longe lateque ... lunt. Iucundiſſimum eſt libere in ciuitate verſari, leges ... ſummam libertatem: neque enim ſublata libertate leges, ... rurſus ſublatis legibus poteſt eſſe libertas. Nullis vim, nullis iniuriam, nullis impetum fieri patiuntur: vnumquemque in ſuo gradu ſuaque dignitate tuentur. Sunt enim leges muri & fundamenta ciuitatum, in quibus bonos quam diutiſſime detinent, malos arcent, & iis appropinquare non ſinunt: in his ſalus bonorum in his conſilia ciuitatis in his pacis præſidia continentur. Nihil ... ni, tuti, honeſti eſſe poſſet, ſi iura contemnerentur & leges. Quod ſtamus ac incedimus, quod dormimus, quod denique ſecure ... tam agimus, id totum eſt curis ac legum defenſioni tribuendum. Quæ niſi flagrantiſſimas hominum libidines, atque auaritiam cohiberent, non mulieres pudicas, non agros, non domos, non vitam tutam haberemus: virgines è parentum amplexibus eriperentur, per vias, per vicos, per plateas homines percuterentur, expoliarentur, crudeliſſime interficerentur: furum, latronum, ſicariorum, patricidarum plena eſſent omnia: Bonis viris aut nullus eſſet locus in ciuitate, aut turpiſſimis ſemper afficerentur iniuriis. Leges ſunt, quæ nos à tantis periculis, tantaque atrocitate ignominiaque tuentur, & quæ in ſummo nos otio, atque in ſumma tranquillitate cuſtodiunt, fortunas vnicuique ſuas conſeruant, honorem conſeruant, dignitatem conſeruant, vitam, corpusque animamque conſeruant. Quid præterea cenſemus aliud eſſe Philoſophum, niſi virtutem, ac vitia diligenti ratione diſcernorit? Id præcipue legum eſt opus, quæ virtutem non quam ſolum, ſed exornant præmiis. Non ſolum caſtigant vitia, ſed ... ſcuntur ſuppliciis.

Legum aliæ ad bonorum hominum doctrinam ponuntur: vt per eas intelligant, quo pacto inter ſe amice verſentur: aliæ ad compeſcendam illorum pertinaciam, qui indomiti natura ſunt ſpretaq; omni diſciplina, nulla ratione mouentur, quum in omnem ruant improbitatem, *Plato in Dialog. 9. De legibus.*

Lege ſanciendum, vt pueri vſque ad 18. annum vini vſum prorſus ignorent, eoſque monendos eſſe, non oportere ignem igni in corpus atque animam ſuggerere, antequam viri effecti labores ſubire incipiant: deinde vino moderate vtantur, vſque ad annum trigeſimum, Ab ebrietate vero iuuenes omnino abſtinere debere. Sed cum ad quadrageſimum peruenerint, tunc in conuiuiis liberius diſcumbere, & Deos ac Dionyſium ad ... ſenum & ludos inuocare conceſſum, qui hominibus vinum quaſi remedium aduerſus ſenectutis duritiem eſt largitus, vt ... ſcere videamur, mœſtitiæ non obliuio capiat, ipſaque affectio animi, ſicuti ferrum in igne ex duritie in mollitiem deducta ... fiat. *Idem 2. de Legibus.*

Leges accedunt etiam iuſtitiæ, quas aliis alii populis dedere, Gymnoſophiſtæ Indis, Prophetæ ſeu ſacerdotes Ægyptiis, Chaldæi Babyloniis, Magi Perſis, Druidæ Gallis, Zaleucus Locrenſibus, Moyſes Hebræis. Solon Athenienſibus, Lycurgus Lacedæmoniis, Minos Cretenſibus, Philo Corinthus, Zamolxis Getis, Androdamus Rheginis, Mileſus Hippodamus, Charondas Thurus, Philolaus Thebanis, Phaleas Carthaginenſibus.

Apud Romanos vero primus. P. Papirius regias leges in vnum contulit. Deinde Appius Claudius Regianus decemuir, cuius maximum conſilium in XII. tabulis conſcribendis fuit. Poſt hunc eiuſdem familiæ Appius Claudius Cœcus qui R. literarum inuenit, actiones ſcripſit: & primum de vſurpationibus, qui liber non extat: poſt hos Sempronius Sophus, deinde Scipio Naſica, qui optimus à Senatu iudicatus, & cui publica domus in ſacra via data eſt quo facilius conſuli poſſet Demum Q. Fabius qui ad Carthaginenſes miſſus eſt legatus: quum eſſent duæ theſſeræ ... vna pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato, vtram vellet, referret Romam, vtramque ſuſtulit, & ait, Carthaginenſes petere debere, vtram mallent accipere poſt hoc fuit T. Coruncanus, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen nullum ſcriptum extat. Deinde Sextus Ælius, & frater eius P. Aelius, ambo conſules. Deinde M. Cato Portiæ familiæ princeps, cuius extant libri, Poſtea P. Mutius, & Lucius brutus prætorius, P. Manilius ius ciuile fundauerunt. Ex his Mutius conſularis fuit & decem libros reliquerunt. Ex his profecti ſunt P. Rutilius Rufus Coſſ. Romæ, & Aſiæ proconſul & P. Virginius, & Q. Tubero ille ſtoicus Panetii auditor ac conſul: & Sextus Pompeius, Pompeii Magni patronus. Eodem tempore Cœlius, qui plus eloquentiæ, quam ſcientiæ iuris operam dedit: & L. Craſſus Mutianus ... Mutii frater ... quem Cicero Iuriſconſultorum diſertiſſimum dicit: poſt hos, Q. Mutius, ... lius, P. Marius ius ciuile in 18. libros redegit. Mutii auditores ... re complures, ſed præcipuæ authoritatis Aquilius Gallus, L. Balbus, Sextus Papirius, deinde Seruius Sulpitius, qui in cauſis perorandis poſt Ciceronem primum obtinuit locum. Reprehenſus à Q. Mutio, quod ius non intelligeret, iuri operam dedit, ... quitque 180. libros de iure ciuili: a Seruii diſciplina manauerunt Alphenus Varus, C. Flauius, A. Offilius & Cæius, Aufidius Tucca, Aufidius Namuſa, Flauius Priſcus, C. Atteius, Labeo Antiſtius Pater, & P. Cæcilius Libri digeſti fuerunt ab Aufidio Namuſa

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ponſa: Ex iis Alphenus conſul fuit: & Offilius equeſtris ordinis, qui edictum prætoris diligenter primus compoſuit. Fuit eodem tempore Trebatius Cornelii Maximi auditor, Caſellius; Q. Mucius Voluſii auditor Quæſtorius, conſulatum enim tenuit offerente Auguſto. Ex iis Trebatius peritior, Caſellus eloquentior, Offilius vtroque doctior, deinde Ælius Tubero, qui poſtquam accuſauit Q. Ligarium, nec obtinuit apud Cæſarem, à cauſis agendis, ad ius ciuile tranſiit, poſt hunc Atteius Capito, qui conſul fuit, Offilii imitator, & annum ſic diuiſit, vt Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, & totidem in ſeceſſu in conſcribendis libris, ideo volumina ſexaginta reliquit. Labeo ingentis doctrinæ fiducia, vt qui operam Philoſophiæ dederat plurima innouare inſtituit. Maſurius Sabinus eques Romanus publice primus reſpondit. Hoc beneficium à Tiberio Cæſare dari cœpit; nam ante Auguſti tempora publice reſpondendi ius à principe non dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, reſponſa vtique ſignata dabant, ſed plerunque ipſis iudicibus ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant.

Primus Auguſtus vt maior iuris authoritas haberetur, conſtituit, vt ex authoritate Iuris reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Quapropter optimus princeps Hadrianus, quum ab eo viri prætorii peterent, vt ſibi reſpondere liceret: reſpondit eis hoc non peti, ſed præſtari ſolere, & ideo ſi quis ſui fiduciam haberet, ſe populo ad reſpondendum præpararet. Igitur Sabino conceſſum eſt à Tyberio, vt populo reſpondet, cui cum ampla facultates non eſſent, à ſuis auditoribus ſuſtentatus eſt. Sabino ſucceſſit Caſſius Longinus Tuberonis ex filio nepos, quæ nepos fuit Seruii Sulpitii; & conſul extitit cum Quartino ſub Tyberio, à quo propter authoritatem è ciuitate pulſus fuit, & ab Imperatore Veſpaſiano reuocatus, diem obiit. Neruæ ſucceſſit Proculus. Fuit & eodem tempore Nerua alius Longinus eques Romanus & prætorius, ſed Proculi authoritas maior extitit, nam qui ſucceſſerunt partim Proculiani, partim Caſſiani appellati ſunt, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caſſio Cœlius Sabinus ſucceſſit, qui plurimū ſub Veſpaſiano potuit: Proculo ſucceſſit Pegaſus, qui ſub Veſpaſiano præfectus vrbis fuit, Cœlio Sabino Priſcus Iauolenus: Pegaſo Celſus: Celſo pater, Celſus filius & Priſcus Neratius; ius vtique conſules fuerunt; Priſco Iauoleno Eburnus Valens, & Tuſianus, ac Saluius Iulianus. Poſt hos vero turba plurima: quorum princeps Papinianus Scæuolæ diſcipulus, Fiſci aduocatus ſub Seuero Imperatore: deinde Vlpianus, Paulus, Modeſtinus, Caius, aliique complures, qui ſub Alexandro fuere, quos & in Vlpiano referens commemorat Volateranus in commentariis. *Hæc nomina Nomothetar. diuerſor. popul. ex Pandectis de orig. Iuris.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Lycurgus*, cuidam percontanti, quam ob cauſam non vteretur legibus ſcriptis? Quoniam, inquit, eruditi qui ſunt, recteque educati, probant quid pro ratione temporis expediat Significans ſcriptarum non mutari cum pro varietate occaſionum vir probus & ſapiens ſæpenumero cogatur mutare conſilium. Ea res nominatim præſcribi non poteſt. Satis eſt ciues honeſte fuiſſe inſtitutos, hi ſua ſponte videbunt quid pro tempore facto ſit opus. *Plut. in Lacon.*

*Ariſtoteles* crebro taxabat Athenienſes, quod cum duas res, frumenta ac leges inueniſſent, frumentis vterentur, legibus nequaquam. Alludens ad Triptolemum Athenienſem, cuius miniſterio Ceres vſa eſt in ferendis legibus ac tritico. *Laert. l. 5.*

*Anacharſidis* illud tribuitur multo vulgatiſſimum, quod etiam & Soloni, leges arancarum telis eſſe ſimiles, in quibus infirmiora animalia hærerent, valentiora perrumperent. Ita leges humiles ac inopes conſtringunt, à potentibus impune violantur. *Val. lib. 7. c. 2. Laert. l. 1. c. 3.*

*Ageſilaus* quum è ſenioribus quidam, videns priſcas leges & inſtituta vetera aboleri & alia praua ſuccedere, atque ob id res Spartanorum inuerti, & conteri: id, inquam, cum apud Agidem iam ſenem deploraret, ioco reſpondit. Si fit, inquit, quod narras, recto ordine res procedunt. Siquidem ego puer à patre audidi quod iam tum illis temporibus res inuerterentur. Itaque ſi rurſus inuertuntur, redierunt in locum priſtinum Hoc quidem ille ludens, cæterum ſerio dicebat, ſe puerum hoc quoque accepiſſe à patre, nihil eſſe mirum ſi præſentibus ſuccedant deteriora: ſed mirandum, ſi ſuccedant meliora, aut ſimilia. Notauit peculiarem ſenibus querelam, de rebus in deterius prolapſis, ſimulque rerum humanarum hanc eſſe naturam vt vſque in peius degenerent.

*Heraclytus* dicebat, ciues non minus oportere pugnare pro legibus, quam pro mœnibus. Quod abſque legibus nullo pacto poſſit eſſe ciuitas incolumis, abſque mœnibus poſſit. *Laert. lib. 9. cap. 1.*

*Solon* percontatus, quo pacto ſalua poſſet eſſe reſpublica? reſpondit: ſi ciues quidem magiſtratui obediant, magiſtratus autem legibus. Senſit vir ſapientiſſimus, eam ciuitatem conſeruari nequaquam poſſe, vbi ex vtraque parte legum ſit neglectus. *Stobæus ſermo. 41. Antonius Meliſſa, part. 1. ſerm. 67. & Maxim. ſerm. 50.*

*Cleobulus*, bene compoſitam rempub. putabat, vbi magiſtratus magis infamiam quam leges metuunt. *Stob. ſerm. 41.*

*Bias*, Eam Rempub. ſaluam fore exiſtimabat, in qua leges perinde ac tyrannum omnes metuant. *idem.*

*Archytas Pythagoreus.* Leges regionum & locorum rationem habere debere dicebat. Quum nec omne ſolum ferat omnia, nec omnium hominum animi earundem virtutum capaces ſint. *Stob. ſerm. eodem.*

*Antiſthenes*, negabat ſapientem viuere iuxta leges, ſed iuxta normam virtutis. Sentiens, non ideo quid vitari à iuſto quod hoc agere legibus interdictum ſit; ſed quod ipſa hominis ratio hoc diſſuadeat, quæ docet hominem, hoc eſſe honeſtum, illud turpe. Nec leges omnia præſcribunt, at virtutis regula docet vbique, quid ſit honeſtum, quid turpe. *idem.*

*Plato*, dicebat neceſſe eſſe leges hominibus ponere, vt ſecundum eas viuant, alioquin nihil à feris differrent. Huiuſq; rei cauſam eſſe quod nullius hominis ingenium ita natura inſtitutum eſt, vt quæ ad publicum humanæ vitæ bonum conferunt, ſufficienter cognoſcat, & ſi cognouit, vt optimum id quod nouit ſemper agere poſſit ac velit. *Lib. 4. de legib.*

*Pittacus* Crœſo percontanti, Quod eſſet maximum imperium, inquit, ποικιλε ξύλε, id eſt, varii ligni, leges innuens. Nam olim in tabulis ligneis leges inſcribebantur. Porro vbi ſumma eſt legum authoritas, ibi eſt minimum tyrannidis. *Laert. lib. 1. cap. 5.*

*Demoſthenes.* Ciuitatis animam eſſe leges dicebat. Vt enim corpus anima carens cadit, ſic ciuitas nullis adminiſtrata legibus euertitur. *Max. ſerm. 68. & Stob.*

*Epicurus*, Leges ſapientum cauſa poſitas eſſe dicebat: non vt iniuriis abſtineant, ſed ne eis afficiantur. *Stob. ſerm. 41.*

*Plato* rogatus à Cyrenenſibus vt ipſis leges ſcriberet, ac reip. ſtatum componeret, recuſauit, dicens, Perdifficile eſſe condere leges tam felicibus: indicans, non facile obedire legibus eos, qui nimium ſe felices eſſe putarent. *Laert. l. 3.*

*Arceſilaus* dicere ſolitus eſt, quemadmodum vbi multi eſſent, medici, ibi multi ſunt morbi; ita vbi permultæ leges eſſent, ibi plurimum eſſe vitiorum. *Laert. l. 4. c. 6. Max. ſerm. 58.*

*Cleon*, Multo meliorem dicebat eſſe ſtatum ciuitatis, quæ licet deterioribus, firmis tamen legibus vtitur: quam illius, quæ bonis quidem: ſed irritis. *Thucyd. l. 3.*

*Lycurgus.* Inter leges quas Lycurgus Rhetor. tuliſſe fertur: hæc erat vna: Nequa mulier maritata proficiſceretur Eleuſinem. Id ſtatuit, veritus, ne à diuitibus dato pretio corrumperentur, addita eſt pœna, drachmarum ſex millia. Ei legi cum vxor Lycurgi non obtemperaſſet, ſycophantis qui deprehenderant ac detulerant, dedit talentum. Ea res quum illi poſtridie vitio daretur apud populum: Atqui ego, inquit, dare conſpectus ſum, non accipere. Quidam fernut leges ad quæſtum. Hanc notam à ſe depulit qui nec in vxoris gratiam voluit abrogare legem, ſed mulctam de ſuo dependit. *Eraſm. l. 8. apoph.*

*Acrotatus*, cum parentes eum rogarent, vt in re parum honeſta ipſis obtemperaret, reſpondit, Donec eſſem apud vos, nullam omnino tenebam iuſtitiæ & æquitatis ſcientiam: verum vbi me patriæ dediſtis, legibuſque ſubieciſtis, conabor his magis obtemperare, quam vobis. Quo dicto innuere voluit, quam plurimum quidem filios debere parentibus ſuis: verum ita tamen: ne leges ſaluberrime latas tranſgrediamur. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Damaratus*, cuidam percontanti, cur exularet Sparta, cum eſſet rex? Quoniam, inquit, leges ſunt in ea potentiores, ſignificans, regem apud Lacedæmonios eſſe principem ciuitatis, at non legum dominum, ſed his non minus obnoxium regem quam ciues, hoc ipſum laudabat in ſuæ gentis inſtitutis, per quod cogebatur exulare. Dedit interim inſigne moderationis ſpecimen, æquo animo ferens exilium, authoritate legum indictum, nec de patria male loquens, nec de legum iniquitate quærens. *idem.*

*Pauſanias Pliſtonactis F.* cuidam roganti. Quam ob rem apud Spartanos ne fas eſſet, vllam priſcarum nouare legum? Quoniam inquit, legibus conuenit authoritatis in homines, non hominibus in leges. *Plut. in Lacon.*

*Archidamus Zeuxidami F.* roganti, quinam eſſent Spartanæ ciuitatis præfecti? Leges, inquit ac legitimi magiſtratus. Grauiter cenſuit, in republ. bene inſtituta ſupremam authoritatem eſſe legibus deferendam, nec vlli magiſtratui fas eſſe quicquam contra leges publicas tentare. *Plut.*

*Ageſilaus* in pugna Leuctrica quum Lacedæmoniorum multi fugiſſent, iique legibus pœnas dare deberent: Ephori reputantes, ciuitatem viris deſertam, egere militibus, cupiebant eam ignominiam militibus remittere, ſimulque ſeruare leges. Deligunt igitur Ageſilaum nouarum legum conditorem. Is prodiens in ſuggeſtum. Ego, inquit, alias leges haudquaquam laturus ſum, neque enim his quas habetis, aut additurus ſum aliquid,

aut detracturus, neque quicquam omnium mutaturus. Sed mihi rectum videtur, vt leges quas habetis, à die craſtino robur habeant, & authoritatem. Eo commento viri ſolers ſimul & præſenti ciuitatis neceſſitati conſuluit, & periculoſum mutandarum legum exemplum excluſit à Republica, vno tantum die legibus abrogatis. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Idem*, quum haberet apud ſe Xenophontem illum ſapientem, cumque plurimi faceret, iuſſit vt filios ſuos arceſſeret Lacedæmonem, docendos artem omnium pulcherrimam, videlicet imperare, & parere imperio. Athenis florebat omnium liberalium diſciplinarum genus: ſed hanc cæteris omnibus præſtantiorem, exiſtimabat nuſquam melius diſci, quam apud Lacedæmonios vbi non verbis diſputabatur de bene adminiſtranda republic. ſed ciuium moribus honeſtiſſimæ rei exemplum exprimebatur. Simul indicans, eos non eſſe gerendo magiſtratui idoneos, qui legibus ac magiſtratui neſcirent obſequi. Proinde rogatus abs quopiam, quam ob rem Spartanorum reſpublica præ cæteris, ſecundis rebus floreret? Quoniam, inquit, plus cæteris in hoc ſe exercent, vt pariter & imperare & parere ſciant. Quæ duæ res à ciuibus excludunt ſeditiones, & tuentur concordiam. *idem.*

*Idem*, ſciſcitante quodam ab Ageſilao Lacedæmoniorum rege, quid Spartæ attuliſſent Lycurgi leges? Voluptatum, inquit, contemptum. Videlicet indicans, eam demum Rempublicam eſſe ſaluam, in qua leges ſub optimo principe omnes voluptates arcent. *Plut. in apoph. Lacon. Eraſ. l. apoph.*

*Idem*. Quum maximam Aſiæ partem armis ſibi ſubegiſſet, conſtituerat ad ipſum regem Perſarum proficiſci, vt eum compeſceret, qui ſic erat quietus à bello, vt interim Græcorum duces pecunia corrumperet. Cæterum reuocatus domum ab Ephoris, ob Spartam Græcorum obſidione cinctam (nam id rex Perſarum pecuniis miſſis effecerat) paruit, dicens: Bonum Imperatorem legum imperatis parere oportere, circaque cunctationem ſoluit ex Aſia, magno ſui deſiderio relicto Græcis Aſiaticis, offerrebatur rei bene gerendæ occaſio, inuitabat illum Græcorum affectus, vt inſtituta perageret: ſed rex à tyrannide alieniſſimus, legum authoritatem exiſtimabat omnibus anteponendam. *idem.*

*Cyrus* interrogatus quoſnam putaret eſſe iniuſtos? Lege, inquit, non vtentes. *Max. ſerm.* 58.

*Antiochus tertius* ſcripſerat ciuitatibus, vt ſi quid per literas iuberet fieri, quod aduerſaretur legibus, ne curarent, perinde quaſi ipſo neſcio ſcriptum eſſet. Interdum enim principes dum metuunt quoſdam offendere, ſcribunt quæ fieri nollent. Quicquid autem pugnat cum legibus, hoc velut inſciente principe ſcriptum eſſe putandum eſt: quippe legum defenſores, non oppugnatores eſſe debent principes. *Eraſ. lib. 5. apoph. ex Plut.*

*Auguſtus Cæſar* legem tulerat de adulteris, quomodo iudicandi eſſent de hoc crimine delati & quomodo puniendi conuicti. Paulo poſt iræ impatientia irruit in adoleſcentem delatum., quod cum Iulia Auguſti filia comercium habuiſſet, eumque manibus verberauit. At quum adoleſcens exclamaſſet, Legem tuliſti, ô Cæſar! adeo facti pœnituit Cæſarem, vt eo die recuſaret cœnam capere. Crimen per ſe graue erat, cum admiſſum in Cæſaris filiam. Quis princeps ibi dolori ſuo temperaret? Aut quis ibi legum iudicorumq; moras expectaret? At tantus princeps ſibi adeo diſplicuit, vt à ſeipſo pœnas ſumeret; quod legi, quam aliis prodiderat, non per omnia paruiſſet. *Plut. in apoph.*

*Epictetus*. Multa extant ab eo de legibus ſcite dicta. Inter hæc: legis ſcopus eſt bene mereri de vita hominum: non potes autem cuius beneficia eſſe cum ei beneficiorum accipere libuerit: ſolis enim obedientibus ſuam virtutem declarat. Ægri ſeruator eſt medicus: iniuriam paſſi, lex, Leges veriſſimæ ſunt, quæ iuſtiſſimæ: legi & principi & ſapientiori cedere decorum eſt. *Anton. in Max. ſerm. de lege.*

*Theophraſtus* dicebat bonos non multis egere legibus, non enim res ipſæ legum cauſa: ſed leges rerum cauſa, ponuntur. *eod. ſermon.*

*Alphonſus* improbe agere principes dicebat, qui aliis honeſtè decoreque viuendi legem præſcriberent, ipſi vero nihilo temporantiores ſeſe præberent. Innuit autem ſatis eſſe promulgare leges, etiam ſalubetrimas, niſi ſint qui promulgatas defendant, & vitæ etiam innocentia cæteris præcedant, *Panormit. lib. 5. de reb. geſt. Alphonſi.*

*Vitoldus Lituaniæ* dux (qui adeo differentem, moribus & habitu à ſuis popularibus ſeſe præbuit, vt illos tonderi edicto iuſſerit, ſibi tanquam maieſtatis inſigne barbam intonſam retinuerit, at quum id non ſuccederet, caput ipſe, genaſque raſis: capitalem pœnam in eos comminatus, qui ſuo exemplo barbam aut comam deponerent) dicere ſolebat, Plebem legi, legem autem principi ſubiectam eſſe oportere. Tyrannica ſane vox. Magiſtratus enim quum legum cuſtos ſit primum imperatis parere decet, vt ſubditi habeant exemplum, quod honeſte intueantur, & ad legum obſeruationem incitentur. *Æne. Syl. lib. 4. Commen. in res geſtas Alphonſi.*

*Ludouicus XII. Gall. Rex.* Subpræfectum Aurelianenſem, quo familiariter erat vſus, ſæpeq; in iuſtitiæ reum liberarat, ... in eo eſſent omnia ad perniciem profligata, damnari paſſus eſt, adiiciens. Contendi priuatus pro amico: Regnum autem adeptus, leges mihi tuendæ ſunt. *Annal. Franciæ.*

## ¶ Similitudines.

*Philonis Iudæi*. Quemadmodum medici quicquid ad ſanitatem ægrotantis conducit, etiamſi patienti ingratum videatur, ſolent magno apparant ſtudio: Sic in ciuitate leges & magiſtratus legitimi, ſenatores, iudiceſque prouidente, communi ſaluti & ſecuritati vtilia tantum conſtituunt, licet ingrata ſunt rudi populo, variis vitiis laboranti. *Lib. de Ioſepho.*

*Dionis*. Quemadmodum inter nauigantes qui faces turrium obſeruantii maxime ſalui euadunt, portuſque inueniunt: Ita qui ſecundum legem viuunt tutiſſimè per vitam tranſeant, commodamque ſedem nanciſcuntur. Conſiliario etenim iam quis homine uſus, pœnituit eum, at non lege. Tanto autem ciuitatibus eſt vtilior quam mœnia: quod abſque mœnibus multæ ciuitates perdurant, abſque lege autem nulla ciuitas poteſt habitari. Non ſolum autem conducit mortalibus verumetiam diis. Nam mundus ſemper eandem legem immotam cuſtodit: nihilque ſempiternorum ... tranſgreditur. Vnde puto & regina merito hominum atque deorum vocata eſt, violentiam diſſoluens, iniuriaſque deſtruens, dementiamq; ad modeſtiam reducens, & malitiam puniens, ... timq; & publice omnes indigentes commodo afficiens, ... quidem paſſis ſuccurrens: de aliqua autem re hæſitantibus, indicans quid oporteat fieri. *Orat. 74. de lege.*

*Quemadmodum*, neque homo ille eſt, qui ſit rationis expers: ſic neque ciuitas: Ita fuerit quæ legibus non gubernatur. Legibus autem gubernari non poteſt vnquam, quæ inſipiens & immoderata eſt. *Orat. 36. Boryſthenica.*

*Demoſthenis*. Vt corpus anima carens cadit: Sic ciuitas nullis adminiſtrata legibus euertitur. *Apud Max. ſerm.* 58.

*Stob*. Quemadmodum corpus hominis emoritur, anima ſi emittitur: Sic ciuitas extinctis legibus. Vnde Demoſthenes leges ciuitatis animam vocauit. *ſerm.* 41.

*Plut*. Regula primum recta ſit oportet, deinde quæ applicentur corrigat: ita princeps primum ipſe vitiis careat neceſſe eſt, deinde aliis leges præſcribat. *In Moral.*

*Ciceronis* Vt ex medicina nihil oportet putare proficiſci, niſi quod ad corporis vtilitatem ſpectat, quoniam eius cauſa eſt inſtituta: Sic à legibus nihil conuenit arbitrari, niſi quod reipublicæ conducat, proficiſci, quoniam eius cauſa ſunt comparatæ. *Lib. de Inuentione.*

*Vt corpora noſtra* ſine mente: Sic ciuitas ſine lege ſuis partibus, ut neruis, ac ſanguine & membris, vti non poteſt, *in oratione pro Cluentio.*

*Philippi Beroaldi*. Quemadmodum morbos ante extitiſſe dicunt quam remedia eorum atque medicamenta: Ita prius nequitia nata eſt, & ſcelus exortum, quam leges conditæ: quæ obuiam irent nequitiæ, ſcelerique flagitioſorum. Et quemadmodum medici plures ad innumerabiles prope corporum morbos excogitarunt: Ita leges innumeræ ad infinitas animorum improbitates amputandas, ſordeſq; emaculandas conditæ fuerunt. *In orat. hab. in enarratione Verrinarum.*

*Roterodami*. Vt efficaciſſima remedia nata ſunt ex morbis peſſimis: Ita bonæ leges ex malis prognatæ ſunt moribus. *Simil.*

*Vt in morbis non* ſunt tentanda remedia, ſi veteribus malo ſuccurri poſſit: Sic non ſunt condendæ nouæ leges, ſi veteres miniſtrent aliquid, quo malis republicæ medearis. *De inſtitution. Princ.*

*Leges inutiles* ſi ſine magno malo non queant abrogari, paulatim ſunt antiquandæ, aut cæteræ corrigendæ. Nam vt periculoſum eſt temere nouare leges, ad præſentem reipublicæ ſtatum accommodare: quædam ſalubriter inſtituta, ſalubrius abrogantur. *De inſtit. Princ.*

*Vt principes*, ſic lege nihil oportet eſſe communius aut æquius. Alioqui fit, vt quod egregie Græcus ille ſapiens dixit nihil aliud ſint leges quam caſſes aranearum, quos maiores aues facile perrumpunt, muſcis duntaxat irretitis. *De inſt. Princ.*

*Quemadmodum princeps*, ita & lex ſemper eſſe debet propensior ad ignoſcendum, quam ad puniendum: ſiue quod per ſe benignius, ſiue quod magis reſpondet ad mores Dei cuius ira lentiſſime ad vindictam procedit: ſiue quod non rectè elapſus, ad poenam repeti poteſt, is etiamſi non periit, quis tum alterius ... bit dolorem. *De inſtit. Princ.*

*Thrineri*: Malus eſt bubulcus qui plures boues recipit, quam relinquit. Ergo ſtatuta præſtat excindere, quæ paucos meliores, multos vero reddunt peiores. *in apoph.* 90.

*Auguſtini*. Lex ſemper bona eſt, ſiue obſit inanibus gratia, ſiue proſit plenis gratia; ſemper eſt bona, ſicut ſol ſemper eſt bonus, quia omnis creatura Dei bona eſt. Sicut dolentibus oculis ſaucitas ad videndum ſolem hoc eſt, gratia mentibus ad implendam legem, & ſicut oculi ſani non ſolis delectatione moriuntur, ſed ſaucii ictibus aſperis radiorum: quibus reuerberati in denſiores tenebras pelluntur

tis bellebantur: ſic anima quæ per charitatem ſpiritus ſalua facta eſt, non iuſtitiæ mortua dicitur, ſed illi reatui præuaricationi quam lex per literam cum gratia definit, faciebat. *Cont. Fauſtum libro.15.*

*Tertullians.* Sicut fructus ſeparatur à ſemine, cum ſit fructus ex ſemine: Sic & Euangelium ſeparatur à lege, dum prouehitur ex lege. Aliud ab illa, ſed non alienum: diuerſum ſed non contrarium. *Lib.4.cont. Marcionem.*

*Saluiani Epiſcopi.* Per hoc dum legem diuinam deſeris, ſalutem propriam relinquis. Non aliter ergo nos de Dominica lege queramur quam quæri de optimo medico impatiens ægrotus ſolet, qui cum ingraueſcere ſibi morbos fecerit vitio ſuo, imperitiam medentis accuſat. Quaſi vero curare vllam infirmitatem præcepta poſſint, ſi eis non obedierit infirmus: aut ſanare quempiam obſeruantia valeat, quam medicus ei imperat, ſi eam ſibi ægrotus ipſe non præſtat. Quid iuuat ſtomachum abſtinentia ſi ſtatim dulcia ſubſequantur? Quid conferunt phrenitico ſilentia, quem ſtatim ſuus clamor occidit: aut quid prodeſſe poterit antidotum, cui perfunditur venenum? Et nobis itaque lex eſt antidotum, & vitioſitas venenum. Sanare nos non poteſt legis antidotum, quos occidunt venena vitiorum. *De vero iudicio & prouidentia Dei, l.5.fol.27.*

*Tertuers.* Non decet nouum pannum inſuere veteri: Neque idoneum eſt nouam legem confundere cum ceremoniis antiquis. *In apoph.102.*

*Vt lex præuaricantibus* intentat pœnam: Ita Euangelium credenti promittit gratiam. *In apoph.120.*

*D. Hieronymi.* Quomodo medicina non eſt cauſa mortis ſi oſtendat venena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem, & vel ſe interficiant, vel inſidientur inimicis: Sic lex data eſt, vt peccatorum venena monſtret & hominem male libertate ſua abutentem, qui prius ferebatur improuidus, & per præcipitia labebatur, freno legis retineat. & compoſitis docet incedere greſſibus; ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in vetuſtate literæ: id eſt, viuamus ſub præcepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. *Quæſtione octaua ad Algaſiam.*

*Quemadmodum* ſi lucerna quæ noctu præluxit iam orto die vetet nos obtineri ſolem, non ſolum non præſtaret officium, verum etiam læderet: Itidem & lex, ſi obſtaret ad meliora pergentibus. *In c.3. ad Galatas.*

*Quemadmodum* freno legitime vtitur non is equus, qui laſciuit, neque qui mordet, ſed qui pulcre agitur: Ita & is lege vtitur legitime non qui literæ neceſſitate, ſobrie ac iuſte viuere cogitur, ſed qui nouit quod ipſa non indiget, non metu legis recte factis inſiſtit, ſed virtutis tantum gratia: hic ſecure ac legitime vtitur lege. *Hom. 2. ad Timoth.*

*Quemadmodum* literarum apices pueris proponuntur, porro qui eas docet, non ex ipſis excellet, verum aliunde peritiæ gloriam promeretur, atque ex ea eruditione præſtantius vtitur literis: Ita & qui legem tranſcendit, nihil opus habet doceri lege, ſed ipſam non metu, exequitur, ſed ex virtutis deſiderio hic nimium implet. Huic ad quid lex? Quemadmodum & medicus confecto vulneribus, non ſano, neque bona valetudine prædito. Nihil inſtructione opus eſt ei, qui pædagogo non indiget. *Hom. 2. ad Timoth.*

*Medici febre* laborantes eo incendio liberant, non vt ſanitate abutantur in malum atque perniciem ſuam nam præſtaret morbo conſeneſcere, quam ea ratione ſanum fieri, vt inlectum deterius decidat: ſed vt diſcentes infirmitatis incommoda & mala non iam in eadem incidant, vt ſanitatem charius amplexi omnia gerant, quæ ad eam conferre poſſint: Ita & Deus nos eripit de lege, non vt peccemus, quia non ſumus ſub lege, ſed ne in eandem ignominiam recidamus, *Hom.3.ad Philom.*

*Quemadmodum* natura mel dulcedinem habet eandemque iucundiſſimam, ægrotis tamen amarum quid atque illotum eſt, non propria illorum, ſed ægritudinis natura: Sic & lex tametſi videatur onerosa, non ſua natura, ſed noſtra fit pigritia. *De pœnitent. ſerm.8.*

*Sicut in cithara* non vnius tantum fidis melodiam excitaſſe ſatis eſt, ſed omnes pari quodam numero percurrendæ: Sic in virtute animi, non vna tantum lex nobis ad ſalutem ſufficit, ſed omnes æque diligenter obſeruandæ ſunt. *Hom.36. de virtutibus & patria.*

*Quemadmodum* & medicus febricitanti cuiquam, & gelidam potionem intempeſtiue operanti, quo minus explere ſitibundam illam permiſerit auiditatem, eo magis augebit, non imminuet ſitim; & medici officium ſit potum eiuſmodi interdicere, ægrotantes ſine potione manere: ſic & lex ipſa homines inſtruebat, vt hos à concupiſcendo abigeret, voluntas tamen peccati oblectatione detenta, prauam hanc propagauit cupiditatem, neque vnum aliquod huiuſce concupiſcentiæ genus ſed multiplex & varium pro ſeminauit, malum enixe operata. Si quidem cum quis aliquid exequi quod ferat animus, prohibetur illico inſanit, & furit maxime & peccatum tum magis patebit, cum lex præteritur, nam ſine lege delictum emoritur, id eſt, nuſquam eſſe exiſtimatur. Lege autem extante, id decentia ſuggerente, viuit peccatum, id eſt, extat & delictum eſſe conuincitur: vnde ſcienter delinquunt, qui legem tranſgrediuntur. *In cap.7.ad Rom.*

*Gregorii Nazianzeni.* Sicut ex legibus noſtris hæc vna admodum laudanda, & optime per ſpiritum lata: quæ poſſibilitatem honeſtati admiſcuit, & ita ſtatuit, vt quemadmodum ſerui obtemperant dominis, & vxores viris, & Eccleſia Domino, & diſcipuli paſtoribus & magiſtris: Ita etiam homines cuncti poteſtatibus ſubditi ſint ſublimioribus non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam, ac ideo & tributum ſoluant, & legem nequaquam ob malefactorum prohibitionem odio habeant, nec gladium expectent, ſed timore qurgati à poteſtate laudentur; atqui amuſſis hæc eſt vnica, recto enim parcit: ſuperfluum vero abſcindit. Vnus eſt ſol, attamen ſanos illuminat oculos, quam debiles magis obſcuret. Vis vt aliquid etiam de noſtris decere audeam. Vnus eſt Chriſtus; ſed vt ruinam poſitus eſt, & in reſurrectionem: in ruinam infidelibus, in reſurrectionem credentibus. Et his quidem petra eſt offenſionis, & lapis ſcandali, qui non cognouerunt nec intellexerunt, ſed in tenebris ambulant, vel idola colunt, aut vſque ad literam vident, & ſuper hanc nec illuminari volunt, nec poſſunt. Aliis autem lapis angularis & petra laudabilis, qui colligantur ſermone, & in ipſo ambulant: aut ſi vis, margarita illa quam bonus ille mercator, omnibus quæ habebat diuenditis emit. Nobis autem fratres tale quid accidit, quum vitam noſtram emendare nolumus, ſed contra poteſtatem indignamur, quale & iis qui agonotheten incuſant tanquam malum, quum ipſi in certaminibus ſint ignaui: aut medicum tanquam imperitum & temerarium inciſionibus & aduſtionibus, quum ipſimet male ſint affecti, & auſterioribus indigeant remediis. *In oration. ad ſubditos timore perculſos.*

*Origenes.* In vulneribus corporum poſteaquam curata fuerint, remanet nudum ipſius vulneris ſignum, quod cicatrix appellatur. Vix enim eſt qui ita curetur, vt nullum ſuſcepti vulneris reſidere videatur indicium. Tranſi nunc ab iſta legis vmbra ad veritatem eius, & intuere quomodo anima quæ peccati vulnus acceperit, etiamſi curetur, tamen habet peccati cicatricem in loco vulneris reſidentem. Quæ cicatrix non ſolum à Deo videatur, ſed ab eis qui acceperunt ab eo gratiam, qua præuidere poſſit animæ languores, & diſcernere quæ ſit anima ita curata, vt omni generi veſtigium illati vulneris abiecerit, & quæ curata ſit quidem, ſed ferat adhuc veteris morbi in ipſo veſtigio cicatricis indicia. *Hom.8.in Leuitic.*

### ¶ Hieroglyphica.

*Coronam* dicimus *legum* indicium eſſe propterea quod certis eſt vinculis complicata, quibus vita noſtra veluti religata coercetur. *Pier.Val.lib.41.pag.400.F.*

*Iugum* etiam pro *legum* hieroglyphico recte ponetur: ſiquidem appellatione *iugi* legum onus fuerit etiam à Dauide nuncupatum, omnino vero leges pro ſubiugatione & imperio viciſſim à Marone dictum. *Legesq; viris & mœnia ponet. Idem l.48.p.475.A.*

*Vulgus* autem non inepte per *Aranearum telas ac retia*, apto admodum hieroglyphico *Legum notat inæqualitatem*, propterea quod veluti muſcæ & volatilia alia minuta, ſi in eas inciderint, capiuntur & pereant: fortiora vero animalia perrupto texto facile quoque libuerit elabuntur: ita leges imbecillem ac tenuem plebeculam cohibent atque caſtigant, potentioribus vero nihil aduerſantur, qui eas ex arbitrio tollunt, ſcindunt, abrogant, & refugiunt. *Ibidem lib.26.p.251.B.*

*Vide iuſtitia.*

---

# Liberalitas.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LIBERTAS, Græce ἐλευθεριότης, ητος ἡ ἐλευθέριος, ου, ὁ, liberalis dicitur Hebr. *Nedhabah*, munificentia, liberalitas propriè ſumitur, pro eo quod pii ſponte Deo dicant, conſecrant, & tribuunt: vel quod confertur in ſacrificium, & in pium vſum, nulla legis obligatione neque voto aliquo. *Eſdr.*8.29. *Pſalm.*54 *& penult. Pſalm.*110.3.& 119.107. *Nadhib.* liberalis, munificus. & *Nedhebim*, liberales, benefici munifici, cognominantur Magiſtratus, & Principes, diuites, *Exod.*35.5.22. *Pſalm.*113.*v.penult. Prouerb.*19.6. *Pſalm.* 47.*&.vlt. Eſai.*32.8. a verbo *Nadhab*. Munificum & ſpontaneum fecit promptum & vltraneum reddidit, liberè inſumpſit, ſumptus liberales fecit. Hinc per metatheſim liberatum, δαπανάω, exqendo liberaliter, εὐδάπανος, liberalis. *In 4.coniug.* Hebr. *Hidnadeb*, fecit ſe munificum, fecit ſe offerre liberaliter, ſponte dedit, Gall. *Il ſe monſtra liberal.* Eſt autem liberalitas virtus pecuniis benefactiua, cuius contrarium eſt illiberalitas, *ſecund. Ariſt. lib.1.Rhet.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Liberalitas eſt virtus beneficiorum erogatrix, quam pro affectu benignitatem, pro affectu beneficentiam dicimus.

Liberalitas eſt mediocritas circa pecunias dandas, nam liberalis dabit propter honeſtatem, & recte quibus oportet, & quando oportet. *ex Ariſt.lib.4.Ethic.*

Liberalitas eſt virtus bene diſpenſandi diuitias in vſus bonos ſibi ſuiſq; & aliis. *Ex B.Thom.ſecund.Secundæ.q.*117.*art.*1.

Liberalitas quæ ſunt comitas, humanitas & clementia. *ſecund. Val.Max.lib.*5.

Liberalitas dicitur à liber, vnde liberaliter, large, magnifice.

Et liberales diſciplinæ, libero homine dignæ.

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Diuitiæ addunt amicos plurimos. *Prou.*19.

Hilarem enim datorem diligit. DEVS. 2.*Cor.*6.

Neſciat ſiniſtra quid faciat dextra tua. *Matth.*6.

Beatius eſt dare, quam accipere. *Act.*20.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Liberalitas eſt motus quidam animi, faciens & approbans liberas largitiones ſine ſpe retributionis. *Auguſt.de diffin.*

Dandum eſt, quod nec tibi nec alteri noceat: & quum negaueris quod petit, iudicanda eſt iuſtitia, vt non eum inanem dimittas, & aliquando melius aliquid dabis, etiam quum iniuſte petentem correxeris. *De ſerm dom.in monte.*

Modus liberalitatis tenendus eſt, vt quod benefacis, quotidie facere poſſis. *Ambr.*

Vberior eſt numus ex patuo, quam theſaurus ex maximo quia non tantum quod detur, ſed quantum deſiderat perpenditur. Nemo plus tribuit, quam qui ſibi nil requirit. *Amb.l.*1.*de viduis.*

Non ſolum quæritur quantum, ſed de quanto & quo animo detur. *in epiſt.ad Cor.*

Dominus non vult ſimul effundi opes ſed diſpenſari, niſi forte vt Eliſæus boues ſuos occidit, & pauperes pauit de eo, quod habuit, vt nulla cura teneretur domeſtica. *lib.*1.*de offic.*

Non illa perfecta eſt liberalitas, ſi iactantiæ cauſa magis quam miſericordiæ largiaris: affectus tuus nomen imponit operi tuo. *ibidem.*

Non probatur liberalitas; vel largitas, ſi quod alter largitur, alteri quis extorqueat: ſi iniuſte quærat, & iniuſte diſpenſandum putat. *ibid.*

Perfecta eſt liberalitas, vbi ſilentio quis regit opus ſuum: & neceſſitatibus ſingulorum occulte ſubuenit, quem laudat os pauperis, & non labia ſua. Denique perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur: vt principium operis circa domeſticos fidei. *ibid.*

Et alia probanda liberalitas. vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi agere cognoſcas. Melius enim eſt, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab aliis ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitati, non tamen vt illi, ditiores fieri, velint, quod tu poſſis conferre in opibus.

Eſt duplex liberalitas: vna quæ ſubſidio rei adiuuat, id eſt, vſu pecuniæ: altera quæ operum collatione impenditur, qua multo frequenter ſplendidior eſt, multoq; præclarior. *ibid.*

Quicquid ex affectu pio ac ſyncero promittitur, hoc eſt decorum non ſuperfluas ædificationes aggredi, non prætermittere neceſſarias. *ibid.*

Conſidera Chriſti ſubſtantiam, ne imprudenter effundas, id eſt, ne immoderato iudicio rem pauperum tribuas non pauperibus ne ſecundum dictum prudentiſſimi viri liberalitate liberalitas pereat. *Hier.ad Paulin.*

Liberalitas non cumulatione patrimonii, ſed largitatis definitur affectu. *Hier.lib.de viduis.*

In ipſa autem liberalitate modus adhibendus eſt rerum & perſonarum: rerum, vt non omnia vni, ſed ſingulis quædam præſtentur, vt pluribus prodeſſe poſſimus iuxta illud Prophetæ, Diſperſit, dedit pauperibus Perſonarum, vt primum iuſtis, deinde peccatoribus, quibus tamen prohibemur dare, non quia homines, ſed quia peccatores. *Greg.in epiſt.*

Quibuſdam inopiam ferre non valentibus, tolerabilius eſt minus tribuere, quam poſt largitatem ſuam ex inopiæ anguſtia murmurare. *Lib.*19.*Mor.*

Nunquam eſt vacua manus à munere, ſi arca cordis repleta eſt bona voluntate. *ibid.*

Nulli paruus eſt ſenſus, cui magnus eſt animus, nec de rei familiaris menſura pendet modus pietatis. Maiora quidem ſunt impendia diuitum, & minora mediocrium: ſed nec diſcrepat fructus operum, vbi non deeſt affectus operantium. *Leo Papa in appa. Dom.*

Si non eſt omnium æqualis facultas debet eſſe par pietas quoniam fidelium largitas, non de muneris penſatur pondere, ſed de beneuolentiæ quantitate. *ibid.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Horat.2.Carm.2.

*Viuet extento Proculeius æuo,*
*Notus in fratres animi paterni.*
*Illum aget penna metuente ſolui*
*Fama ſuperſtes.*

Idem 4. Carm.7.

*Cuncta manus auidas fugient heredis, amico*
*Quæ dederis animo.*

Martial. 5.

*Extra fortunam eſt quidquid donatur amicis,*
*Quas dederis ſolas ſemper habebis opes.*

Idem.

*Qui donas, facis ipſe Bleſianum,*
*Hoc longum tibi vita dum manebit,*
*Hoc & poſt cineres erit tributum.*

Virg.11.Æn.

*Ante oculos, interque manus ſunt omnia veſtras,*

Ouid.3.Faſt.

*Quid moror, & variis onero tua pectora cauſis?*
*Eminet ante oculos quod petis ecce tuos.*

Claud.Paneg.Probi.

*Hic non diuitias nigrantibus abdidit antris.*
*Nec tenebris damnauit opes, ſed largior imbre*
*Sueuerat innumeras hominum ditare cateruas*
*Quippe velut denſo currentia munera nimbo.*
*Cernere ſemper erat populis vndare Penates,*
*Aſsiduos intrare inopes, remeare beatos.*
*Præceps illa manus fluuios ſuperabat Iberos,*
*Aurea dona vomens.*

Idem 1. Eutropo.

*Nil negat, & ſeſe vel non poſcentibus offert.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Liberalitate nihil eſt naturæ hominis accommodatius: ſed habet multas cautiones. Videndum eſt enim primum, ne obſit benignitas & iis ipſis, quibus videbitur benigne fieri, & cæteris. Nam qui aliis nocent, vt in alios liberales ſint, non benefici, neque liberales, ſed pernitioſi iudicandi ſunt. Deinde, ne maior ſit benignitas, quam facultas: nam qui benigniores eſſe volunt, quam res patitur, primo in eo peccant, quod iniurioſi ſunt in proximos. Videre etiam liceat pleroſque non tam natura liberales, quam quadam gloria inductos, vt benefici videantur facere multa, quæ videntur magis proficiſci ab oſtentatione, quam à voluntate. Tum illud ... num conſiderandum eſt, vt pro dignitate cuiuſq; tribuatur, in ... mores erunt ſpectandi eius, in quem beneficium confertur. *de Offic.*

Danda eſt opera, vt iis beneficiis quam plurimos afficiamus quorum liberis poſteriſque prodatur memoria. 2.*Offic.*

Liberalitate qui vtuntur, beneuolentiam ſibi conciliant (quod aptiſſimum eſt ad quiete viuendum) charitatem. 1.*de Fin.*

Beneficium & gratia, vincula ſunt corcordiæ. 2.*de Finib.*

Ea liberalitas eſt probanda, quæ ſine periculo exiſtimationis ... 4.*in Verr.*

Non ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit, nec ita reſeranda, vt pateat omnibus. Sequuntur enim largitionem rapinæ. Cum enim dando egere cœperint homines alienis bonis manum afferre coguntur; nec tanta ſtudia aſſequuntur eorum quibus dederunt, quanta odia eorum quibus ademerunt. 2. *Offic.*

Cui res erepta eſt, eſt inimicus: cui data eſt etiam diſſimulat ſe accipere voluiſſe. 2.*Offic.*

Bene præcepit Ennius, vt quicquid ſine detrimento poſſit commodari, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia. Non prohibere aquam profluentem, Pati ab igne capere ignem: Si quis velit conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt iis vtilia, qui accipiunt, dant non moleſta. Cuius verſus non pudebit ſubſcribere.

*Homo qui erranti comiter monſtrat viam,*
*Quaſi lumen de ſuo lumine accendat facit.*
*Vt nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.*

1.*Officiorum.*

Sunt multi ſplendoris & gloriæ cupidi, qui eripiunt ab aliis, quod aliis largitantur, iique arbitrantur ſe beneficos in ſuos amicos viſum iri, ſi locupleterent eos quacunque ratione. Id autem tantum abeſt ab officio, vt nihil magis officio poſſit eſſe contrarium. 1. *Offic.*

Propenſior liberalitas eſſe debet in calamitoſos, niſi forte erunt digni calamitate. Benefacta enim, vt ait Ennius, mala locata, malefacta ſunt. 2.*Offic.*

Melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto. 2.*Offic.*

Liberalis eſt qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimit, aut æs alienum ſuſcipit amicorum cauſa, aut in filiarum collatione adiuuat: aut opitulatur vel in re quærenda, vel augenda. 2.*Offic.*

Tunc ſolum pretioſa eſt pecunia, quando vſu largendi deſinit poſſideri. *Boet.de conſolat.*

Moleſtias

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Moleſtius fert liberalis, ſi quid cum oportet non erogauerit, quam ſi erogauerit quod non oportet. *Ariſt. in ethic.*

Liberale eſt ſerere beneficium, vt metere poſſis fructum. *Cic. ad ... in exilium.*

Liberalitate qui vtuntur, beneuolentiam ſibi conciliant: & quod aptiſſimum eſt ad quiete viuendum, charitatem. *Idem 2. de Fin.*

Quemadmodum ſæua & acerbiſſima crudelitas eſt, quæ trahit pœnam: & miſericordiæ genus eſt cito occidere, ita maior eſt munerus gratia, quæ minus diu pependit. Sicut in telis eadem ferri vis eſt, & in infinitum inter eſt, vtrum excuſſo lacerto torqueantur, an remiſſa manu effluant: ita illud, quod datur ſcilicet intereſt quomodo detur, an tarde, an cito. *Seneca lib. de benef.*

Omnis benignitas properat: & proprium eſt libenter facientis, citò facere: ſi de die in diem trahens profuit, non ex animo fecit. Itaq; duas res maximas perdidit, & tempus, & argumentum amicæ voluntatis. *ibid.*

Nonnunquam magis non obligat, qui dedit parua magnifice quam qui regum opes æquauit animo: qui exiguum tribuit, ſed dedit libenter: qui paupertatis ſuæ oblitus eſt, dum in eam reſpicit qui occaſionem, qua prodeſſet, quæſiuit. *ibid.*

Multo grauius venit, quod facili, quam quod ex plena manu veniens datur, exiguum eſt, quod in me contulit, ſed amplius non potuit. Ad hoc quod dedit, magnum eſt: ſed dubitauit, ſed diſtulit: ſed quum daret, gemuit: ſed ſuperbe dedit: ſed quum contulit, ambitioſe dedit, non mihi. *ibid.*

Non refert, quid ſit, quod datur, niſi à volente volenti. A quibus ergo accipiemus, vt breuiter tibi reſpondeam, ab his quibus dediſſe vellemus. *ibid.*

Vnum bene poſitum beneficium, multorum amiſſorum ſolatur damna. Beneficium eſt beneuola actio, tribuens gaudium cuique tribuendo, & etiam id, quod facit, prona & ſponte ſua parata. *ibid.*

Caue ne beneficium maius ſit facultate tua: ineſt enim tali liberalitati cupiditas rapiendi, vt ad largiendum ſuppetant copiæ. Sequuntur enim talem largitionem rapinæ: quum eo enim dando egere cœperint, alienis bonis manus inferre coguntur: & maiora odia eorum aſſequuntur, quibus ademerunt, quam fauores eorum, quibus dederunt. *ibid.*

Officium liberalitatis eſt omni petenti dare, deos imitari. Si deos imitaris, da etiam ingratis. Nam & ſceleratis ſol oritur, & piratis maria patent, dii rerum omnium optimi authore, ignorantibus beneficia dare incipiunt, ingratis perſeuerant: non ceſſant dii beneficia congerere, vnam ſortiti intentionem ſcil prodeſſe: imitemur illos, demus etiamſi multa in irritum data ſunt. Ingratus eſt, non fecit mihi iniuriam, ſed ſibi: nam gratum beneficium ſemper delectat, ingratum ſemel. *ibid.*

Duo ſunt genera largorum: quorum alteri diſpenſatores; alteri liberales, diſpenſatores, qui epulis & muneribus hiſtrionum & leonum pecunias profundunt, quorum memoriam & breuem, aut nullam ſunt relicturi: liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt: aut amicos in filiarum collocatione iuuant: vel in alia re quærenda vel agenda. *ibid.*

Refert, cuius animi ſit, qui præſtat, non cuius ſtatus, non eſt, glorioſum, quod ab inuito & tergiuerſante fit: nihil facit virtus, quod non velle eſt. *Epiſt.* 38.

Multi ſunt, qui non donant, ſed proiiciunt. Non voco liberalem pecuniæ ſuæ iratum. *ibid.*

Ab Antigono Cynicus petit talentum. Reſpondit, plus eſſe quam Cynicum deceret petere, repulſus petit denarium. Reſpondit, minus eſſe, quam quod regem deceret dare. Turpiſſima huiuſmodi cauillatio eſt. Inuenit enim, quomodo neutrum daret. In talento Cynicum, in denario Regem reſpexit, cum poſſet & denarium Cynico dare & talentum tanquam Rex. *Libro de beneficiis.*

Melius Alexander, cum daret ciuitatem cuidam dicenti, non cōuenire ciuitatem humili fortunæ ſuæ, reſpondit: Non quæro, quid oporteat te accipere, ſed quid deceat me dare. *ibid.*

Sicut non eſt liberalis, qui ſibi donat, nec clemens, qui ſibi ignoſcit, nec miſericors, qui malis ſuis tangitur, ſed qui aliis: ita etiam nemo ſibi ipſi beneficium dat, ſed naturæ ſuæ paret, quæ mouet ad refutanda nociua & appetenda proficua. *Libro 3. de beneficiis.*

Bis eſt gratum, ſi quod opus eſt vltro offeras Benignus etiam cauſam dandi cogitat: cui ſemper dederis, vbi negas, rapere imperas. *in prouerb.*

Duplex fit bonitas, quum accedit celeritas: minus decipitur, cui negatur celerius. Ages ſic alienum negotium, vt tuum non obliuiſcaris, amico ita prodeſto, vt tibi non noceas. *Ibidem.*

Liberalitatis duo ſunt maxime probabiles fontes: verum iudicium & honeſta beneuolentia. Nam quum ab his oritur, tunc demum eius ratio conſtat; dono autem ipſi gratiam magnitudo quidem ſua, ſed efficaciorem aliquando oportunitas conciliat. *Valerius Maximus libro quarto, capit. 8. titul. de Liberalitate.*

Liberalitati, quas aptiores comites, quam humanitatem & clementiam dederim? quoniam idem genus laudis expetunt; quarum prima inopia, proxima occupatione, tertia ancipiti fortuna præſtatur: cumque neſcias, quam maxime probes, eius tamen commentatio præcurrere videtur, cui nomen ex ipſo numine quæſitum eſt. *Idem libro quinto, capite primo, tit. de Humanitate & Clementia.*

Simplicitas ac liberalitas, ni adſit modus, in exitium vertuntur. *Tacit. hiſt. li.* 3.

Princeps non poteſt magna cuiuis largire, qui ſe à vi atque rapinis abſtineat. Qui autem recte ac procuiuſq; dignitate diſpenſat, non modo nihil cuiquam iniuſte accipit, ſed & cæteros frugi eſſe doceat, & parcere parco. *Herod. in Pertinace.*

Potiſſima dos in principe, liberalitas & clementia. *Pomp. Latus in Diocletiano.*

Liberalis dabit honeſti gratia, & recte: nam, quibus oportet, quod oportet, & quando, & alia cuncta obſeruabit, quæ dandi actum rectum ſequuntur, & liber, vel ſine moleſtia.

Liberalis vnde oportet, commoda capiet, puta ex propriis rebus, quas poſſidet, non quia honeſtum ſit, ſed quia neceſſarium, vt habeat quod donet. Nec ſua negliget, volens per illa quibuſdam opem ferre.

Eſt eius, qui liberalis ſit, vehementer excedere, ita vt ſibi ipſi pauciora reliquantur. Nam ad ſe quidem ipſum non reſpicere, liberalis eſt.

Iuxta facultates liberalitas dicitur. Non enim in multitudiue eorum, quæ dantur, ſed in dantis habitu liberalitas conſiſtit: nec enim quicquam prohibet liberalem eſſe qui pauciora dat, ſi modo tenuiores ei ſunt facultates.

Magis liberales eſſe videntur, qui non comparauerunt ſibi facultates, ſed ab aliis, vt ex hæreditate acceperunt, nam indigentiam nūquam experti ſunt.

Non facile eſt, vt liberalis quiſquam ditetur, quum neque cupiat, neque conſeruet, ſed contra eroget. Nec magni per ſeipſas faciant pecunias, ſed vt aliis dare poſſint. Itaque fortuna accuſatur, quod qui maxima digni ſunt, pecunias minime habent. Enim vero id non abſque ratione contigit, fieri enim non poteſt, vt diuitias habeatis, qui non adhibet diligentiam, vt habeat.

Moleſtius feret liberalis, ſi quid, cum oportet, non erogauerit, quam ſi erogauerit, quod non oportet, *Ariſt. l. 4. Ethi. c.* 1.

## ¶ Apophthegmata.

*Bion* ſemper dicebat eſſet optabilius ſuam meſſem alteri largiri, quam alienam decerpere, Senſit felicius eſſe dare, quam accipere. *Laer. li. 4. c. 7.*

*Diogenes*, cum à Platone petiiſſet paululum vini, ſimulq; caricas, Plato miſit lagenam plenam viuo. Cui Cynicus hunc in modū gratias egit: Cum interrogaris: Quot ſint duo & duo & duo? reſpondes, viginti. Ita non ſecundum ea, quæ rogaris, das, nec ad ea, quæ interrogaris reſpondes. *Laer. l. 6. c. 2.*

*Ariſtoteles*, cuidam increpanti, quod homini malo dediſſet eleemoſynam; Non mores, inquit, ſed hominem commiſeratus ſum etiam improbis in neceſſitate ſuccurrit vir bonus. Debetur enim hoc officium, ſi non meritis illius, qui iuuatur, certe naturæ. Et bonus fieri poteſt, qui malus eſt. *Laertius, libro quinto. cap.* 1.

*Demoſthenes*, interrogatus, quid Deo ſimile haberent homines? reſpondit, Benigne facere, *Max. ſerm.* 8.

*Xenophon*, dicere ſolebat, multo præclarius ac laudabilius eſſe beneficiorum, quam trophæorum multitudinem poſt ſe relinquere. *Stob. ſerm,* 46.

*Arceſilaus*, quum Apellem Chium ægrum inuiſens, etiam egere ſenſiſſet, poſtridie reuiſit illum, decem drachmas ſecum adferens, & proxime aſſidens. Hic nihil eſt, inquit, præter Empedoclis elementa. Deinde ſub ceruicali clam de poſuit drachmas, ab ancilla paulo poſt repertas. Tunc æger, hic eſt, inquit, Arceſilai ludus. *Eraſ. l. 6. apoph. Plut.*

*Ageſilaus* ſibi multo iucundius eſſe dicebat, ſi milites ſuos ditaret, quam ſi diteſceret ipſe. *Plut. in Lacon. apoph.*

*Anaxilaus* interrogatus olim, quid in tyrannide omnium eſſet feliciſſimum? reſpondit; In conferendis beneficiis nunquam vinci. *Stob. ſerm.* 46.

*Timandridas*, quum peregrinationem ſuſcepiſſet, familiæ procurationem filio delegauit. Deinde reuerſus poſtquam rem multis partibus auctiorem reperiſſet, quam antea fuiſſet, multos dixit ab illo Deos & familiares atque hoſpites iniuriis affectos. Etenim quæ in facultatibus ſupererant, ea in illos à liberis ciuibus erogari. Verum dum, inquit, in viuis agis, pauper atque egenus videris. At quum erit vita defunctus, opes & diuitiæ rei familiaris depræhenſæ, turpitudinem tuam aperient. *Ælian. l. 14. de var. hiſtor,*

*Cyrus* cum quidam ad eum miſiſſet ornamenta multa, ea diſtribuit amicis. Quodam verò quærente, cur ſibi nihil reliquiſſet? Quia, inquit, corpus meum his omnibus ornari non poteſt: amicos autem his ipſis ornatos intuens, maximum mihi ipſi ornamentum aptum eſſe putabo. *Maxim. ſerm. 6.*

*Artaxerxes Longimanus* dicere ſolebat: Regalius eſſe, addere, quam adimere: Sentiens, principe dignius eſſe, honores & opes eorum, quibus imperant, augere potius, quam imminuere. *Plut. in reg. apoph.*

*Dionyſius ſenior*, quum ad filium ingreſſus conſpexiſſet vaſculorum aureorum & argenteorum magnam vim, exclamans: Non eſt, inquit, in te regius animus, qui his poculis, quæ à me tam multa accepiſti, neminem tibi amicum feceris. Sentiens, abſq; ciuium beneuolentia regnum nec parari, nec teneri. Beneuolentiam vero maxime conciliat liberalitas. At iuuenis, rerum imperitus putabat eſſe felius, habere argentum & aurum, quam amicos. *Plut. in apoph.*

*Dionyſius iunior*, quum ſæpe pecuniam Platoni daret, atq; is nũquam acciperet: Ariſtippus, qui aderat: Tuto, inquit, liberalis & munificus eſt Dionyſius. *Bruſ. li. 21.*

*Artaxerxes.* Cum Satibarzanes Artaxerxis, cubiculis, quiddam minus iuſtum ab eo peteret, ſentiretque rex illum hoc facere ſolicitatum, triginta Daricorum millib. quæſtori ærarii ſui mandauit, vt Daricorum triginta millia ad ſe deferret, eaq; dedit Satibarzani, dicens, accipe ô Satibarzanes: nam hæc tibi cum dedero, non ero pauperior. *Plut. in apoph.*

*Alexander*, quum 200. æris alieni talenta ſibi conflaſſet, non ante nauem conſcendit, quam rebus amicorum penſatis, huic quidem agrum, illi villam, alteri domorum prouentum, alteri portoria elargitus eſt. Abſumptis igitur ac diſtributis fere regiis opibus omnib. rogatus à Parmenione, quid regi ſupereſſet? reſpondit Alexander: Supereſt mihi ſpes acquirendi maiora. *Plut.*

*Idem* interrogatus à quodam, vltimam ſuos theſauros haberet? amicos oſtendens ait: In ſcriniis. Summa enim liberalitate ſuos amicos ſemper ornauit. *Max. ſerm. 6.*

*Alexander* Anaxarcho philoſopho iuſſerat quæſtorem dare, quantumcunque ille poſtularet: cumque queſtor audita poſtulatione turbatus. Alexandro indicaſſet Philoſophum petere centum talenta: Recte, inquit, facit, ſciens ſe amicum habere, qui tantum dare & poſſit & velit. Hic dubites, vtrum potius admirari oporteat, regiamne liberalitatem in donando: an philoſophi improbitatem in poſtulando: niſi malumus hanc vocare, fiduciam. *Plutarch. in apoph.*

*Idem*, Quum cuidam orbem donaret, dicente eo, cui donabatur: Non conuenire fortunæ ſuæ: Non quæro, inquit rex, quid te accipere decet, ſed quid me dare. *Senec.*

*Idem*, Perillus, vnus ex amicis Alexandri, filiabus ſuis ab Alexandro dotem petiit, iuſſit rex illum capere talenta quinquaginta, cumque reſpondiſſet, Decem ſatis eſſe: Tibi quidem, inquit, ſatis eſt tantum accipere, mihi vero non ſatis eſt tantum dare. Præclare dictum, niſi virturis indolem ambitio vitiaſſet. *Plut. in apophthegm. Senec.*

*Idem*, Xenocrati philoſopho quinquaginta talenta dono miſit, ea quum ille recuſaſſet accipere, dicens, ſibi non eſſe opus: interrogauit, anne amicum quidem vllum haberet cui eſſet opus. Nam mihi, inquit, vix Darii opes in amicos ſuffecerunt. Hic vtrius animũ magis admirari conueniat nondum ſtatuit: regiſne tam ad liberalitatem propenſum, an philoſophi, qui tantum munus à tanto rege vltro delatum remiſit. *Plut. in apoph.*

*Antigonus* Ariſtodemo, qui vnus ex amicorum numero fuit, è coquo, vt putabatur, prognatus, ſuadenti, vt impẽdiis ac largitionib. aliquid detraheret: Verba tua, inquit Ariſtodemus, olent. Subindicans, coquorum eſſe parſimoniam, non regum, proinde illum tali conſilio non meminiſſe, cuius eſſet amicus. ſed quo eſſet patre natus. *Plut. in apoph.*

*Lucullus*, cum ob nimiam liberalitatem reprehenderetur ab amico, reſpondiſſe fertur. Bene meritis ſemper parem remetiendam eſſe gratiam. *Plut.*

*M. Antonius* filium habebat ex Fuluia, is puer Philotæ dederat ingentem vaſorum vim: quæ cum ille recuſaret accipere, metuens, ne pater tantam filii liberalitatem non probaret. Quid times, inquit puer accipere? An neſcis eum qui dat filium eſſe Antonii? *Plut. in Antonio.*

*T. Veſpaſianus* interrogatus, cur tam multa polliceretur amicis? reſpondit, non oportere quenquam à Cæſare triſtem diſcedere. *Sueton.*

*Alex. Seuerus* ei, qui nihil petebat: Quid eſt, ait, quod nihil petis? an me tibi vis fieri debitorem? Pete, ne priuatus de me queraris. Voluit autem indicare Imperator prudentiſſimus, ſubditorum eſſe, vt ita gerant ſe erga ſuperiores, vt petentes aliquid digni ſint, qui ex principis liberalitate ampliſſime accipiant munera. *Lamprid.*

*Conſtantinus Chlorus* vtilitati ac commodis prouincialium & priuatorium ſtuduit. Ac ſicut quondam Cyrus dixit, ſe theſauro s ſibi parare, dum amicos diuites redderet. Ita Conſtantinus in ore ſæpe habuiſſe fertur: Melius eſſe opes publicas à priuatis haberi, quã intra vnum ærarium poſſideri. *Eutrop.*

*Alphonſus*; Ei quum quondam deferrentur aureorum dena millia, dixiſſetq; qui forte aderat, ea duntaxat ſumma ſe diuitem & beatum fore: Accipe rex, inquit, quantacunq; ea eſt, & beatus ... *Panorm. l. 4. de reb. geſtis Alphonſi.*

*Idem*, cum audiſſet Veſpaſianum Cæſarem, cum diem ſe perdidiſſe ſolitum dicere, in qua nihil quicquam alicui donaſſet, ... gratias dicitur Deo Opt. Max. quod eo modo nec diem ipſe perdidiſſet. *Panor. l. 2. de reb. geſtis. Alphonſi.*

*Sigiſmund. Imp.* promiſſa veterano militi exigenti, cum diceret: At immoderata fuit tua petitio: reſpondit miles: Poteras negare cum peterem, non autem ſine turpitudine, quod promiſſum eſt, reſcindere non poteris. Tum Sigiſmundus: Si ex duobus alterum ... ferre oportet, leuius rerum, inquit, quam famæ iacturam ... Fuit enim in Sigiſmundo tanta liberalitas ac munificentia, quanta in nullo antea principum. *Æn. Sylu. li. 3. comment. de rebus geſtis Alphonſi.*

¶ SIMILITVDINES.

*Iuſti Epiſcopi*, Quemadmodum fruges non tam ingenio ... quam cœli beneficio melioreq; temperie lætius exuberant: Ita ... meliores artes, eximiaq; ingenia benignitate, humanitateq; principum virorum euocantur, & excitantur. *In Cantic. Cantic.*

*Eraſ. Roterodami*, Vt vaſa paria, quorum alterum plenum ſit, alterum inane, pulſata concentum faciunt διὰ πασῶν. Ita bene conuenit inter diuitem benignum, & pauperem indignum. *in ſimilib.*

*Thriueri*: Nihil ſceleſtius eo, qui pro beneficiis omittit gratiam. Ac rurſum liberalis eſt, qui expectat viciſſitudinem. Ergo ſola liberalitas eſt, quæ nullam expectat officiorum compenſationem, ſed duntaxat virtutis dignitatem. *in apoph. 65.*

*Fructus*, qui pendent in extremis atq; adeo altiſſimis ramis, non ſunt vſui hominibus, duntaxat obtinentur coruis, & quæ volitando fidunt animantibus: Ita principum beneficiis raro ditantur boni, magna ex parte ſoli temerarii adulatores ac improbi. *in apoph. 118.*

*Quo quis* ſæpius docet, eo euadit doctior: Et quo quis plus liberaliter dat, eo fit ditior, *in apoph. 102.*

¶ ADAGIA.

Plena manu.

*Plena manu, pro eo, quod eſt, ampliter, copioſe, prolixe, minimeque maligne.*

Quod recte datum eſt.

*Plato in Philebo oſtendit prouerbium à pueris vſurpatum, Non oportere repoſci, quod ſemel datum:* ἡμεῖς δὲ δὴ λέγομεν καθάπερ οἱ παῖδες, ὅτι τῶν ὀρθῶς δοθέντων ἀφαίρεσις οὐκ ἔστι.

Pleno modio.

*Ante dictum eſt nobis plena manu fieri, quod largiter minimeque maligne dicitur, M. Tullius ad Attic. lib. 5. epiſt. 1. Simillima ſpecie dixit, pleno modio, Etiam ſacra litera.*

Pingui menſura. πίονι μέτρῳ.

*Id eſt: pingui menſura dixit Theocr. in Thalyſ. pro eo quod eſt affatim & largiter.*

Μάλα γὰρ σφὶν πίονι μέτρῳ
Ἁ δαίμων εὔκριθον ἀνὰ πλήρωσεν ἀλωάν.
*Illis fortunante Deo bona copia frugum,*
*Arearum campos menſura impleuit opima.*

Bis dat qui cito dat.

*Senecæ: Bis dat qui cito dat. Item lib. de benefic. 2. Ingratum eſt beneficium, quod diu inter manus dantis hæſit. Monet haud cunctanter opitulandum amicis, quum opus eſt, nec expectatis precibus deferendum officium.*

Ambabus manibus haurire. ἀντλεῖν ἀμφοτέραις.

*De iis dici conſueuit, qui ſummo conatu quippiam agunt. Huic confine eſt.*

Οἶδ᾽ ἐπὶ δεξιὰ οἶδ᾽ ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν.
*Noui equidem clypeum dextra læuaq; mouere.*

*Inuenitur & illud: Ambabus manibus largiens. Id eſt, affatim & prodige, aut etiam perbenigne.*

Ipſo horreo.

*Quo prolixe & affatim datur, ipſo horreo dari dicitur, quemadmodum, ipſo caniſtro, propterea quod ex horreo plenius depromitur, quam è chœnice.*

Promus magis quam condus.

*Auſonius torquet in quendam profuſorem, qui parta proſequi noſſet: quærere aut quæſita ſeruare non noſſet.* Er ſolte ehe ein Dorff verzehren/dann ein Hauß gewinnen.

Latus in paludibus. Λαγὼς ἐν ἕλεσι.

*Suidas ſcribit, dictitatum de iis, qui faciles ſunt ad dandum.*

Bona Porſenæ.

*Bona Porſenæ dicebantur, quæ velut ab hoſtibus erepta parum ſe neunt.* Meyneſtu daß es raub Gut ſey?

De alieno liberalis.

*De alieno facile largimur, de noſtris non item. Homer.*

Ἐπεὶ οὔ τις ἐπίχυσις, οὐδ᾽ ἐλεητύς,
Ἀλλοτρίων χαρίσασθαι.
*Nam res largiri alienas,*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*Haud res vlla vetat, neq; enim piget,*
Communis Mercurius. κοινὸς ὁ Ἑρμῆς *Lucianus.*
*Quidam hunc natam parœmiam arbitrantur, quod Mercurius, furtorum autor ac repertor, primus oſtendit, quæ furto parta ſunt ea in medium communiter oportere deponere. Alii malunt huc referre, quod Mercurius ſit orationis author, per quem inter homines omne cõmercii genus conſtat, vnde & medius inter ſuperos, atq; inferos a poetis fingitur.*

¶ Exempla Biblica.

Liberalitatis *exempla*: Rex Sodomorum, *Gen.* 14. *v.* 21. Rebecca, 24. *v.* 18. Iacob 33. *v.* 10. Moyſes, *Exod.* 2. *v.* 17. Iſraelitæ, 36. *v.* 5. Dauid, 1. *Sam.* 30. *v.* 26. 2. *Sam.* 9. *v.* 7. Sobi & Naas, 17. *v.* 28. Berzellai, 19. *v.* 32. Regina Saba, 1. *Reg.* 10. *v.* 10. quidam princeps ex Tribu Ephraim, 2. *Par.* 28. *v.* 15. Cyrus, 1. *Eſdr.* 1. *v.* 7. & *v.* 3. 4. 5. Principes Patrum, 2. *v.* 68. Artaxerxes, 7. *v.* 11. 12. Nehemias, & diuites Iudæi, *Nehem.* 2. *v.* 8. & 5. *v.* Aſſuerus, *Eſter.* 2. *v.* 18 & 6. *v.* 10. & 7. *v.* 2. Tobias ſenior, *Tob.* 1. Raguel. 10. *v.* 20. Tobias ſenior & iunior. 12. *v.* 2. Filii Iob. *Iob.* 1. Iob, 29. *v.* 15. 16. & 31. *v.* 17. 18. Magiſter militiæ Regis Babylonis, *Ier.* 40. *v.* 4. 5. Magi, *Matth.* 2. *v.* 11. Matthæus 9. *v.* 10. *Luc.* 5. *v.* 29. Dominus ſerui, *Matt.* 18. *v.* 27. Chriſtus, 19. *v.* 28. 29. & 24. *v.* 15. *Ioan.* 2. *v.* 11. Pater prodigi, *Luc.* 15. *v.* 22. Zachæus, 19 *v.* 8. Vidua paupercula, 21. *v.* 34. Barnabas. *Act.* 4. *v.* 36. 37. Antiochena Eccleſia, 11. *v.* 19. Lydia, 16. *v.* 15. Barbari, 28. *v.* 2. Publius, *verſ.* 7. Paulus, 2. *Cor.* 12. *v.* 15. *Philem. v.* 19.

¶ Exempla Profana.

*Leo X. Papa* nulla in re ardentius & effuſius, quam ad liberalitatis gloriam anhelauit, eos principe loco indignos exiſtimans, qui non quaſi benefica manu fortunæ muneribus vterentur. *Iouius in Leone X lib.* 4.

*Cyrus* Perſarum regno potitus, nullum in ſuos liberalitatis genus prætermiſit: non pecuniam, ſed amicos, quib. ipſe plurimum contuliſſet diuitiarum ſuos eſſe theſauros ducens. *Pontanus de Principe ex Xenophontis Pædia.*

*Alexandrum* Macedonem ingentis ſpiritus terrarum principem liberalia, quib. cum natura dotatum cœlo quodammodo inſeruerat magna ſua gloria ſolitum prædicare legimus, a nemine ſe vnquam benignitate fuiſſe ſuperatum. *Cœlius l.* 7. *c.* 78.

*Ptolemæus Philadelphus* rex Ægyptiorum maxima cum voluptate amicos ſuos locupletes effecit. Dicebat enim melius eſt ditare quam diteſcere. *AElian.*

*Cleomenes & Ptolemæus* reges AEgyptiorum adeo benefici erga cunctos extiterunt, vt inde beneficiorum cognomina deportarint, Euergetæ dicti. *Alex. ab Alex. li.* 1. *c.* 11.

*C. Iulius Cæſar* omnib. Rempubl. tractantib. opulentiam propinat Gallicam affatim hauriendam. Pompeius cum mitteret repetitum milites, quos ei ad bellum Gallicum commodauerat, eos donatos millenis nummis remiſit. *Plut. in Cæſare.*

*Aug. Cæſar* liberalitatem omnibus ordinib. per occaſiones frequenter exhibuit. *Suet.*

*Alexander Seuerus* nullum diem prætermiſit, quo non pium aliquid, liberale, humanumq; fecerit, publici tamen ærarii ratione habita: vt quamuis imperaret, ſciret tamen moderatum ſe prudentemq; Reipublicæ diſpenſatorem eſſe debere. *Lampridius.*

*Conſtantinus Magnus Imp.* ſi quos priuatus dilexit, opibus honeſtauit, non dignitate prætoria, aut conſulari, vt principes priores fecerant. *Cuſpin.*

# Liberatio.

¶ LOCI BIBLICI.

Liberationem, ſeu libertatem per Chriſtum. Græcis ἀπολύτρωσιν, duplicem conſtituit Paulus. *Epheſ.* 1. *cap.* Vnam qua redimimur perſoluto pretio, Chriſti videlicet ſanguine, vt à ſeruitute peccati & mortis manumittamur. *v.* 7. *Vt fuſius explicatur Rom.* 7. *cap.*

Alteram, qua in iuſtam libertatem prorſus vindicemur, *Eph.* 1. 14. Nos enim quamuis liberos retinet tamen aliquatenus per vim peccatum in aliqua ſeruitutis ſpecie, vt quod volumus non faciamus. *Gal.* 5. 17. & mors etiam nexos in vinculis tenet, in diem illum iudicio extremo deſtinatum: quo nos Chriſtus, vt à ſe redemptos liberali cauſa manu aſſeret.

Non pugnant igitur inter ſe duæ iſtæ liberationes, ſed illa quidẽ peracta eſt: hanc vero, quæ illius eſt complementum, ſperamus, vt *Luc.* 21. *v.* 28. *Rom.* 8. 23. *Epheſ.* 30. cuius eſt arrhabo ſpiritus Sanctus, ex quo nos manumiſſos eſſe dicemus per fidem, vt nos tandem iuſtam libertatem ex malæ fidei poſſeſſoris poteſtate aſſerendos eſſe non dubitemus. Illam igitur docendi cauſa ἀπολύτρωσιν ἐλευθερώσεως vocare licebit, cuius paſſim meminit Apoſtolus, vt *Rom.* 6. *v.* 22 & *v.* 1. Hæc vero dicitur ἀπολύτρωσις τῆς περιποιήσεως, id eſt, ad verbum, Liberatio vindicationis, ſiue aſſertionis.

¶ Exempla Biblica.

Liberationis miraculoſæ *exempla*: In Noe cum ſuis, *Geneſ.* 7. *v.* 7. Loth cum filiab. 19. *v.* 29. Ioſepho, 41. *v.* 9. 10. & *c. Actor.* 7. *v.* 6. 7. Iſraelitis, *Exod.* 14. *v.* 27. 28. & 17. *v.* 7. 8. 9. *Iud.* 2. *v.* 16. & 3. *v.* 9. & 6. *v.* 34 & *c.* 10. *v.* 1. 3. & 11. *v.* 23. 1. *Eſdr.* 8. *v.* 31. *Eſth.* 10. *v.* 9. Gedeone & populo Dei, *Iudic.* 17. *v.* 7. Dauide, 1. *Sam.* 17. *v.* 37. 2. *Sam.* 22. *v.* 1. 2. *Pſal.* 18. *v.* 3. & 57. *v.* 4. & 91. *v.* 3. & 116. *v.* 5. 6. In Samaria & Iſraelitis, 2. *Reg.* 7. *v.* 12. Ezechia & populo Iudaico, 19. *v.* 35. Eſdra & Iſraelitis 1. *Eſdr.* 8. *v.* 31. & 9. *v.* 31. Tobia, *Tob.* 11. *v.* 13. 14. 15. 16. Sidrach, Miſach, Abdenagone, *Daniel.* 3. *v.* 23. 24. Daniele, 6. *v.* 20. 21. & 14. *v.* 39. 1. *Macch.* 2. *v.* 60. Suſanna 13. *v.* 42. 43. Populo Dei, 2. *Macch.* 2. *v.* 17. 18. Petro, *Act.* 12. *v.* 6. 7. Paulo & cum nauigantibus, ac naufragium facientib. *Act.* 27. *v.* 22. 23.

# Liberi.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Liberi, orum, plur. numero tantum dicuntur, filii vel filiæ: τὰ τέκνα, παῖδες υἱοί. Hebr. *Banim.* & *Banoth.* filii & filiæ. *Ben* filius *Bath*, filia a verbo *Banah*, ædificauit, exſtruxit laborauit in ædificiis exſtruendis, inſtaurauit ædificium. Metaphorica locutio, quæ ad familiarum ædificationem & Eccleſiæ, politiarumq; in mũdo conſeruationem ſapienter accommodata, doctrinas perutiles continet.

Non eſt ſine liberis, cui vel vnus filius, vnaue filia, eſt. *Cuius in L. non eſt. ff. de verb. ſignif.*

Nepotes & pronepotes cæteriq; ex his deſcendentes, liberorum appellatione continentur: vt tradunt Iuris Antiſtites.

¶ Biblici Loci.

Liberi recte & ex Dei verbo inſtituendi, *Exod.* 12. 24. & 13. 14. *Dan.* 4. 9. & 6. 7. & 11. 19. Liberi caſtigandi, *Prouer.* 22. 15. & 13. 23. 13. 14. *Ephe.* 6. *v.* 4. humaniter fouendi, *ibid.* Idolis non ſacrificandi, *Leuit.* 20. *Deut* 15. *v.* 18. in vtero ſanctificari, 1. *Cor.* 7. 14. Liberi non ex æquo à parentibus dilecti, *exempla*: Eſau & Iacob, *Gen.* 15. 28. Ioſeph & alii fratres. 37. 3.

Liberorum in parentes amoris *exempla*: Eliſæus, 1. *Reg.* 19. 20. Diſcipulus quidam, *Matt.* 8. 22. Liberorum erga parentes officium. *Primum* debent amorem, *exempla*: Ioſeph. *Gen.* 46. 29. Eliſæus 1. *Reg.* 19. *v.* 20. *Secundo* honorem *Exempla*: Sem & Iaphet, *Ge.* 9. 23. Ioſeph 46. 29. & 48. 12. Salomo, 1. *Reg.* 2. 19 Paulus & Hebræi. *Hebr.* 1. 2. 9. *Tertio*, obedientiam *Exempla*: Iſaac: *Gen*, 22. 6. & *c.* Iacob, 28. *v.* 12. Ioſeph, 37. *v.* 13. 14. Filia Iephthe, *Iud.* 11. *v.* 36. Samuel, 1. *Sam.* 24. & 2. 26. Salomon, 1. *Reg.* 2. *v.* 20. Tobias iunior. *Tob.* 5. 1. Rechabitæ, *Ier.* 35. *v.* 18. 19. Suſanna. *Dan.* 13. *v.* 2. 3. 63. Chriſtus, *Luc.* 2. *v.* 51. Idem præcipit & Paulus fieri. *Eph.* 6. 1. *Coloſſ.* 3. 20. *Quarto* nutritionem. *Exemplum*, Ioſeph, *Gen.* 45. *v.* 9. 10. 11.

Liberorum contumaciæ & inobedientiæ erga parentes *exempla*: Cham, *Gen.* 9. 22. Eſau, 26. *v.* 34. 35. & 28. *v.* 8. 9. Simeon & Leui, 34. 30. Heli filii Ophni & Phinees, 1. *Sam.* 2. *v.* 22. 23. 24. Filii Samuelis, 8. *v.* 3. Abſalom, 2. *Sam.* 16. *v.* 1. 2. 3. 4. Filius prodigus, *Luc.* 15. *v.* 11. 12.

Liberorum procreatio donum Dei eſt, *Gen.* 1. 28. & 4. *v.* 1. 25. & 16. *v.* 2. & 20. *v.* 17. 18. & 25. 21. & 29. *v.* 30. 31. & 30. 12. & 48. 9. *Ruth.* 4. 13. 1. *Sam.* 1. *v.* 19. 27. & 2. 21. *Pſ.* 113. 8. & 127. 4. *Eſa.* 66. 9.

¶ Poeticae Sententiae.

Iuuen. Sat. 14.

*Nil dictu fœdum, viſuq; hæc limina tangat,*
*Intra quæ puer eſt. procul hinc procul ite puellæ*
*Lenonum & cantus pernoctantis paraſiti.*
*Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid*
*Turpe paras, nec tu pueri contempſeris annos:*
*Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.*

Orpheus.

*Iuppiter inſpicit illos, qui celunt iura parentum.*
*Et qui negligunt præ animi impudentia.*
*Ac illis quidem benignus & mitis bona largitur:*
*His vero infenſus indignatur per furias.*
*Sunt enim vehementes in terra parentum furiæ.*

Plaut. in Trin. Act. 3.

*Quo illic homo ſe penetrauit ex ædibus?* LYS. *Pater adſum,*
*Impera quoduis, neq; tibi ero in mora, neq; latebroſe me abs tuo*
*Conſpectu occultabo.* PH. *Feceris par tuis cæteris factis, patrem*
*Tuum ſi percoles per pietatem, nolo ego cum improbis te viris*
*Gnate mi, neq; in via, neq; in foro vllum ſermonem exequi.*
*Noui ego hoc ſeculum moribus quibus ſit: malus bonum malum*
*Eſſe vult, vt ſit ſui ſimilis: turbant, miſcent mores mali.*
*Hæc dies noctesque tibi canto, vt caueas: quod manu non queunt*
*Tangere, tantum fas habent, quo manus abſtineant.*
*Cætera rape trahe, fuge, late. Lachrymas hæc mihi, cum video*
*Eliciunt, quia ego ad hoc genus hominum duraui, quin prius*
*Me ad plures penetraui, nam ii mores maiorum laudant,*
*Eoſdem latitant: hiſce ego te artibus gratiam facio ne colas,*

Neu

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Noui imbuas ingenium: meo modo, & morib. viuito antiquis.*
*Quæ ego tibi præcipio, hæc facito: nihil ego iſtos moror fatuos*
*Mores & turbidos quib. boni dedecorant ſe: hæc tibi ſi mea*
*Imperia capeſſes, multa bona in pectore conſident.*

Euripides.

*Quisquis in vita ſua parentes colit,*
*Hic & viuus & defunctus diis charus eſt.*

Idem in Herc.

*Nihil eſt tam honorificum liberis,*
*Quam bono & honeſto genitore eſſe natos,*
*Et debitum honorem parentibus offerre.*
*Nihil eſt genetrici ſua prole ſuauius.*
*Amate matrem, ô liberi: non enim eſt amor*
*Vllus huiuſmodi. & qui ſuauius ametur.*

Pythagoras.

*Parentes honora, & qui genere tibi proximi ſunt.*

Agathon.

*Quam iucunda res eſt, parenti obedire liberos,*

Timocles.

*Quicunq; patrem timet ac reueretur,*
*Hic in bonum ciuem euadet procul dubio,*
*Et hoſtibus incommodare poterit.*

Terent. in Adelph.

*Hoc patrium eſt potius, conſuefacere filium*
*Sua ſponte recte facere quam alieno metu.*
*Hoc pater ac dominus intereſt: hoc qui nequit,*
*Fateatur ſe neſcire imperare liberis.*

Ibidem.

*Vt quiſque vult filium ſuum eſſe, ita eſt.*

Horat. 1 Serm. 4.

*Inſeuit pater optimus hoc me*
*Vt fugerem exemplis vitiorum quæq; notando,*
*Cum me hortaretur parce, frugaliter atq;*
*Viuerem, uti contentus eo quod mi ipſe paraſſet:*
*Nonne vides Albi vt male viuat filius? utq;*
*Barus inops? magnum documentum ne patriam rem*
*Perdere quis velit a turpi meretricis amore*
*Cum deterreret, Sectani diſsimilis ſis.*
*Ne ſequerer mœchas conciſſa cum Venere uti*
*Poſſem: deprenſi bella eſt forma Treboni,*
*Aiebat ſæpiens vitatu, quidq; petitu*
*Sit melius, cauſas reddet tibi: mi ſatis eſt ſi*
*Traditum ab antiquis morem ſeruare, tuamq;*
*Dum cuſtodis eges vitam famamque tueri*
*Incolumem poſsim: ſimulac durauerit ætas*
*Membra animumque tuum nobis ſine cortice. Sic me*
*Formabat puerum dictis, & ſiue iubebat*
*Vt facerem quid habes authorem quo facies hoc:*
*Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat,*
*Siue vetabat, an hoc honeſtum & inutile factu*
*Necne ſit addubites, flagret rumore malo cum*
*Hic atque ille? auidos vicinum funus vt ægros*
*Exanimat mortiſque metu ſibi parcere cogit:*
*Sic teneros animos aliena opprobria ſæpe*
*Abſterrent vitiis.*

Ex Græcis Comicis,

Φιλίας μέγιστος δεσμὸς αἱ τέκνων γοναί.
*Sunt vinculum amoris liberi firmiſsimum.*
Μακάριος, ὅστις εὐτύχησεν εἰς τέκνα.
*Felix, boni cui contigerunt liberi.*
Μακάριον ἐστὶ υἱὸν εὔτακτον τρέφειν.
*Moratus eſt cui filius, felix pater.*

## ❡ Sententiae Philoſophorum, Et Hiſtoricorum.

Liberos poſtquam ſecundum leges generauerint, ſi quis cum aliena muliere in talibus conſuetudinem habuerit, aut mulier cum viro, ſi adhuc liberos procreant, eadem mulcta ipſis irrogator, vt de his, qui adhuc generant, dictum eſt. *Plat. de leg dial.* 6.

Liberorum educatio doctrinæ potius cuidam & admonitioni potius ſimilis eſt, quam legibus. *Idem de leg. dial* 7.

Liberis inquilinorum, ſi opifices ſunt, & quindecim annos nati, cohabitionis tempus initium ſumat poſt quintum & decimum annum, & poſtea maneat per 20. annos, ſi cui hoc ita placuerit: ſi vero manere voluerit, maneat, poſtquam eodem modo, vt de inquilinis diximus, reipublicæ perſuaſerit: qui diſcedit, abeat, deletis præſcriptionibus, quæ ab ipſo prius fuerunt apud magiſtratum præſcriptæ. *Plat. de leg. dial.* 8.

Liberis nihil eſt charius humano generi. *Liu. Dec.* 1. *lib.* 1.

Futura Soboles adfert obliuionem amiſſorum & Reip. hæc duo commoda accedunt in liberorum propagatione, quod numerus ciuium augetur, & quod tutiora conſilia dantur Nam qui non habent liberos periculorum ſocios, non perinde iuſta conſilia dant patriæ. *Thucyd. li.* 2.

Pater non ignorabit ita liberos eſſe procreandos, vt meminerit his à rerum natura, & accipiendi ſpiritus, & reddendi eodem momento temporis legem dici atque vt mori neminem ſolere qui non vixerit, ita nec viuere quidem aliquem poſſe, qui non ſit mori[...]. *Valer. Max. lib.* 5. *c.* 10.

Liberorum gratia quis omnia fortaſſe audebit. *Procop.* [...] *Peoſ. li.* 1.

Fruſtra de prole cura eſt, niſi rebus præſentibus conſ[...] *Diacon. hiſt. li.* 1.

Liberi bonum quoddam ex honeſtate ſimul, atque iu[...] permiſtum eſſe videntur. *Leo Heb, de Am dial.* 1.

Liberos prudentiſſimos cur ſtulti plerique procreant, [...] multi valde prudentes ſtolidiſſimos? quia homines ſtul[...] concumbunt, totos libidini ſe dedunt, itaque animo pen[...] poris concreationem demerſo, aſtrictoq; rei tantum Vener[...] men vires optimas, tum rationales, tum naturales adeptum [...] it, & proinde prudentiorem creat hominem. At homines [...] tes, & docti ſemper aliquid vel honeſti, vel vtilis animo co[...] tur, nec in ipſo quidem venereo coitu omnino à rerum [...] ſtunt, & ſic animo remiſſiori profluens ſemen, expers longe [...] tatis illius animalis incumbit: & hinc deduci ratio poteſt [...] mines ſtulti & indocti filios robuſtos maxime procreant, [...] & docti imbecilles. *Alex. Aphrod. probl.* 1. *num.* 28.

Liberi ciuitatis Romanæ iure in patrum arbitrio det[...] vſque dum tertia emancipatione ſoluerentur. *Boet. in To[...] lib.*

Liberi non iure ſuſcepti, & impari matrimonio, in pat[...] erant poteſtate, ſed potius matres ſequebantur, *Idem ibid.*

Liberi cum parentibus, puberes facti ad bellum prof[...] bent, vt videant, quæ viros perfectos tractare oportebit, [...] ſtrent, quæ ad bellum ſpectant, & curent patres & matres. *Pl[...] repub. dial.* 5.

Liberi belli ſpectatores eſſe debent, & patres ipſis præſtare [...] ſecuritatem, & cum partes ſint expeditionum militarium [...] noſcant, quæ periculoſæ ſunt, & quæ ſecus exiſtunt, ad ha[...] cent, & illas vitabunt. *Idem ibid.*

Liberi puberes ducendi ſunt ad bellum, nam patres dil[...] ipſos inſtituent, quam cuſtodes, & experientia, & inſpectio[...] rum, quæ conu[...]unt: præterea animal omne inſigniter pug[...] præſentibus his, quæ peperit. *Plat. de repub. dial.* 5.

Liberi, ſi præter opinionem in bello aliquid accidat, [...] debent, vt quo, ſi opus fuerit, volantes aufugiant, nam a[...] adhuc pueri in equos transferendi ſunt, & vbi equitare d[...] ad ſpectaculum ducendi ſunt, non illis animo concitatis, [...] pugnam inſtructis, ſed quam velociſſimis, & habenis ma[...] rentibus: ſic & optime ſpectabunt, & ſecuriſſime, ſi aliquid [...] ſeruabuntur cum ſenioribus ducibus. *Idem ibid.*

Liberis tempore bellorum præficient principes non vil[...] ſed eos, qui experientia, & ætate præſtantes ſunt & duces, & [...] rum ductores. *ibid.*

## ❡ Emblema.

Emblema Andr. Alciat. cxc. III.

*Ante diem vernam boreali cana palumbes*
*Frigore nidificat, præcoqua & oua fouet:*
*Mollius & pulli vt iaceant, ſibi vellicat alas,*
*Queis nuda hyberno deficit ipſa gelu*
*Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? mortem*
*Cum volucris propria prolis amore ſubit?*

---

# Libertas.

## ❡ Definitio et Etymolog.

Libertas, Græce ἐλευθερία, ας, ἡ, & ἐλεύθερος. ὁ, liber dic[...] Heb. *Chophesch*, à verbo *Chippeſch*, libertate donauit, ma[...] miſit: & in 2. coniugat. paſſiua *Chuppaſch*, libertate donatus [...] *Leuit.* 19. 20. Eſt autem libertas naturalis facultas eius, quod cu[...] facere libet, niſi quod vi aut iure facere prohibetur, *vt habetur* [...] *ſtitut. de iure perſonarum, princ.* cuius oppoſitum eſt ſeruitus, [...] nitque à liber.

Libertus pariter inde deriuatur, & is eſt, qui cum eſſet ſer[...] factus eſt liber. Inde etiam fit libertinus, quod eſt adiectiuum [...] minis, & eſt relatiuum ingenui, ſicut libertus relatiuum pa[...] ni.

Libertini ſunt, qui iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt, ſicut ingen[...] qui libera matre nati, nec poſtea ſerui facti ſunt. Inde libertinita[...] ingenuitas dicuntur.

## ❡ Loci Biblici.

Libertas vera per Chriſtum, *Ioan.* 8. 32. 36. *Gal.* 4. 31. & 5. 13. *Rom.* [...] 18. & 8. 2. 21. 1. *Petr.* 1. 18. & 2. 16. 2. *Petr.* 2. 19. ex cognitione verita[...] tis, 8. 32. & conſcientia bona, 1. *Timoth.* 3. 13. per fidem, *Galat.* [...] Libertas Chriſtianæ charitati ſubiecta eſt, 1. *Corinth.* 8. 19. [...] ædificationis & charitatis terminos conſiſtere debet, *Roman.* 14. [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

1.Corinth.6.12. in rebus mediis ad infirmorum fratrum con-
[...]m attemperanda eſt.1.*Corinth*.11.29. Libertas ſpiritualis,7.
[...]ſeruitute carnali non pugnat, *Eph*,6.5.1.*Pet*.2.16. Libertate
[...]ſtiana non abutendum,*Rom*.14.15.16.1.*Cor*.6.12. & 10.23.& 8.9.
[...]1.*Pet*.2.16. abuſus eius coercetur,1.*Cor*.8. quomodo ea vſus
[...]9.15.18.22.nempe vt non offenderet quenquam, *ibi*. & 2.
[...] Libertas praua & improbanda *Iob*.11.12.*Ierem*.34 15. *Oſe*.7.
[...]Pet.2.Libertas lex quæ dicitur, *Iac*.1.25.
[...]berum eſſe iuſtitiæ,eſt non ſubeſſe imperio iuſtitiæ.*Rom*. 6.20.
[...]ullam vllum ius in quempiam habere.
[...] Libertas pro liberatione à lege ceremoniali. 1.*Cor*.9.1.& pro pri-
[...] gratia ad viuificationem,2.*Cor*.3.17.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Libertas praua reprobatur*.

Vir vanus in ſuperbiam erigitur, & tanquam pullum onagri ſe liberum natum putat. *Iob* 12.

Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem, vnuſquiſque [...] ſuo, & vnuſquiſque amico ſuo. Et ecce prædico vobis libertatem, ait Dominus ad gladium, ad peſtem, ad famem, *Iere*. 34.

Reuerſi ſunt, vt eſſent, abſq; iugo: & dabo vos in commotionem [...] regnis terræ. *Oſe*.7.

Siquidem vbi vehementer faſtuoſa vanitatis verba ſoluerint, in-[...] homines per concupiſcentias carnis voluptatibus, eos, qui fe-[...]fugerant, eos, qui in errore conuerſantur, dum illis libertatem [...]ittentur, quum ipſi ſerui corruptionis.2.*Petr*.2.

*Libertas Euangelica per Chriſtum datur*.

Si ergo vos Filius liberauerit, vere liberi eritis. *Ioan* 8.

Lex enim Spiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis. *Rom*.8.

Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas,2.*Cor*.3.

Itaque fratres non ſumus ancillæ filii, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus vos liberauit. *Galat*.4.

*Ad Deum ordinatur*.

Liberati autem à peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. *Rom*.6.

Cum enim ſerui eſſetis peccati, liberi fuiſtis iuſtitiæ. Quem ergo fructum habebatis in his, de quibus nunc erubeſcitis? Nam finis illorum mors. Nunc vero liberati à peccato, ſerui au-[...] facti Deo, habetis fructum veſtrum in ſanctificationem, finem vero vitam æternam.

Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus, libertus eſt Domini.1. *Cor*.7.

Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres tantum in libertatem [...]ccaſionem detis carnis, ſed per charitatem Spiritus ſeruitute in-[...]uicem. *Gal*.5.

Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti.1.*Cor*.7.

Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſe-[...]rit in ea: non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis, beatus in facto ſuo erit. *Iac*.1.

Sic loquimini, & ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari.*Iac*.2.

Benefaciendo obturetis os hominibus ſtultis & ignorantib. tanquam liberi, & non veluti velamen habentes malitiæ libertatem, ſed tanquam ſerui Dei.1.*Pet*.2.

*Libertas humana commendatur*.

Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere.1.*Cor*.7.

Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. *ibid*.

## ¶ Sententiæ Patrum.

Si voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare Paulus non eſt permiſſus vti peſſima voluntate, qua perſequebatur Eccleſiam, ſed proſtratus eſt, vt cœcaretur: cœcatus eſt, vt mutaretur: mutatus eſt, vt mitteretur: miſſus eſt, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati, quare monetur pater in ſcripturis ſanctis filium durum non ſolum verbis corripere, ſed etiam latera eius tundere, vt ad bonam diſciplinam coactus ac domitus dirigatur? vnde idem Salomon dicit: Tu percutis eum virga, animam autem eius liberas à morte. *Auguſt. Donato* Presbytero *& habetur* 23 *q* 4. *Diſplicet*. §. *Si voluntas*.

Quem delectat vera libertas, ab amore rerum mutabilium liber eſſe appetat. Et quem regnare delectat, vni omnium regnatori Deo ſubiectus ſit, plus eum diligendo, quam ſemetipſum *Aug lib. de vera religione*.

Prima libertas voluntatis erat, poſſe peccare, nouiſſima erit multo magis, non poſſe peccare. Prima immortalitas erat, poſſe non mori, nouiſſima erit multo magis, non poſſe mori. Prima erat perſeuerantiæ poteſtas, bonum poſſe non deſerere: nouiſſima erit perſeuerantiæ felicitas, bonum non poſſe deſerere. *Idem Aug. correctione & gratia*.

Manebat autem, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcuſſa libertas. Nemo ſciebat à conſorte naturæ ſuæ obſequia ſeruitutis exigere: non eſſet hodie ſeruus, ſi ebrietas non fuiſſet, *Ambroſ. in ſer. Domini de ieiunio, qui incipit, Diuiſum ad patrem & habetur diſt*.35.*c. Sexto die* §. *Manebat*.

Ille in quauis conditione ſeruitii liber eſt, qui amore non capitur, auaritiæ vinculis non tenetur, metu criminis non obligatus, qui ſecurus expectat præſentia, quem non terrent futura. *Ambroſ de Ioſeph*.

Cum Redemptor noſter totius conditor creaturæ ad hoc propitiatus, humanam voluit carnem aſſumere, vt diuinitatis ſuæ gratia dirupto (quo tenebamur captiui) vinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati: ſalubriter agitur, ſi homines, quos ab initio natura liberos protulit, & ius gentium ſubſtituit iugo ſeruitutis, in ea natura, qua qui nati fuerant manumittentis beneficio libertati reddantur. *Gregorius Montano & Thoma. & habetur* 12.*q*.2.*Cum Redempter*.

Cum nobis triplex propoſita ſit libertas: à peccato, à miſeria, à neceſſitate: hanc vltimo loco poſitam contulit nobis In conditione natura: in prima reſtauramur à gratia media reſeruatur nobis in patria iudicatur prima libertas naturæ, ſecunda gratiæ, tertia gloriæ: prima habet multum honoris, ſecunda plurimum virtutis, nouiſſima cumulum iucunditatis. *Bernardus de libero arbitrio*.

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Menander.

Ἐλευθέρου γὰρ ἀνδρὸς τ' ἀληθῆ λέγειν.
*Liberi enim viri vera dicere*.
Ἐλεύθερον φύλασσε τὸν τ' αὐτοῦ τρόπον.
*Liberum ſerua tui ipſius morem*.
Σ' αὐτὸν φύλαττε τοῖς τρόποις ἐλεύθερον.
*Teipſum ſerua moribus liberum*.

Lucan.lib.4.Pſal.

*Sed regna timentur*
*Ob ferrum, & ſaeuis libertas vritur armis,*
*Ignoratque datos ne quiſquam ſeruiat enſes.*

Horat.Serm.lib.2.ſatyr.2.

*Quiſquam igitur liber? Sapiens ſibique imperioſus,*
*Quem neque pauperies, nec mors vincula terrent:*
*Reſponſare cupidinibus, contemnere honores*
*Fortis & in ſeipſo totus teres atque rotundus,*
*Externi nequid valeat per leue morari,*
*In quem manca ruit ſemper fortuna.*

Idem epiſt.lib.1.epiſt.1.

*Ad ſummam, ſapiens vno minor eſt Ioue, diues,*
*Liber honoratus pulcher, rex denique regum,*
*Præcipue ſanus, niſi cum pituita moleſta eſt.*

Claud.lib.3.

*Fallitur egregio quiſquis ſub principe credit*
*Seruitium, nunquam libertas gratior extat,*
*Quam ſub rege pio.*

Stat.5,Sil.2,

*Quem non corrumpti pubes effrena, nouæque*
*Libertas properata togæ: ceu neſcia falcis*
*Sylua comas tollit fructumque expirat in vmbras.*

Plaut.Capt.

*Omnes profecto liberi libentius*
*Sumus quam ſeruimus.*

Plaut.Capt.

*Liber captiuus aut fere ſimilis eſt.*
*Semel fugiendi ſi data eſt occaſio*
*Satis eſt: nunquam poſt illum poſſis prendere.*

Anthol.Sacr.Iac.Bill,

*Libertas nulla eſt melior maiorue poteſtas,*
*Quam ſeruire Deo, cui bene ſeruit amor.*
*Abſque iugo poſita eſt ditionis amica voluntas,*
*Quæ viget affectu, non gemit imperio.*

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

De libertate Dial.xiv.*Franc.Petrarch*.

Gavd.

In libertate natus ſum R. Non qui naſcitur liber, ſed qui moritur, liber eſt. Multum fortunæ licet in naſcentem, in extinctum nihil. Expugnat vrbes munitiſſimas; Armatos fundit exercitus: Potentiſſima regna ſubuertit: Inexpugnabilis arx ſepulchrum, Illic regnum vermib. non fortunæ. Itaq; limen illud ingreſſi ſoli mortalium, vitæ huius ab inſultibus tuti ſunt. Tu te liberum iactas, & ignoras, non dico ad ſepulchrum, ſed an liber hodie in cubiculum ſis iturus Libertas veſtra tenuiſſimo nitens filo, ſicut quib. fiditis omnia, tremula ſemper & caduca eſt. G. Liberum R. Idcirco e (vt reo) liberum dicis, quia dominum nullum habes ſed Annæum audi Senecam. Bona, inquit, ætas eſt, forſitan habebis. Neſcis, qua ætate Hecuba ſeruire cœpit, qua Crœſus, qua Darii mater, qua Diogenes. His ille te admonet exemplis. Multa ſunt alia, vel tacita Senecæ, vel ignota. Nunquid non Attilium Regulum meminiſti, indignum prorſus hoc ludibrio, paſſum tamen? Nunquid tibi recentior annis Valentinianus excidit? Quorum ille modo dux, hic autem princeps populi Romani, moxque ille Carthaginenſium, hic Perſarum ſeruus, ille truci ſupplicio peremptus, hic longa, &

miſera

miſera contabuit ſeruitute. Quid Macedoniæ Numidiæque reges? Hinc Perſen, hinc Siphacem, memorem atque Iugurtham regni omnes à culmine Romana lapſos in vincula. Mitto veteres regum caſus. Ætas tua quoſdam è regia truſit in carcerem, eundumque vna hora, & primum regem, & vltimum ſeruum vidit. Siquidem eo quiſque miſerior ſeruus eſt, quo felicior liber fuit. Noli igitur libertate tumeſcere, quoniam non ex liberis modo, ſed ex regibus tam ſubito ſerui fiunt. Nec miraberis, cum ſecundum Platonis ſententiam, non minus ex ſeruis etiam reges fiant. Mutantur aſſidue res humanæ, Nihil ſub cœlo ſtabile. Quis in tanta vertigine firmum aliquid ac manſurum ſperet? Neque vero te liberum hinc duxeris, quod eſſe dominum tibi non vides, quod parentib. ortus ingenuis, nec in acie captus, nec venundatus ſis. Sunt vobis inuiſibiles animorum domini, & in ipſa hominum origine latens peſtis eſt. Naſcendi genus obnoxium peccato, qua nulla grauior ſeruitus fingi poteſt. Sunt occulti hoſtes, & bella clandeſtina: ſunt quæ miſeras animas nundinentur, quas heu! vili pretio venditis voluptates fœditiſſimæ dominarum, quæ vos inenodabili victos tenent. Ite nunc, & libertate gloriamini. Sed vos cœci, nihil niſi corporeum videtis. Vnde eum, qui vni mortali ſubeſt domino ſeruum dicitis. Illum vero, qui mille in mortalibus tyrannis opprimitur liberum iudicatis: eleganter vt reliqua. Profecto autem liberum non facit fortuna, ſed virtus. G. Liber ſum. R. Plane. Si prudens es, ſi iuſtus, ſi fortis, ſi modeſtus, ſi innocens, ſi pius. Horum ſi quid abfuerit, pro ea te parte ſeruum ſcito. G. In libera patria natus ſum. R. Vrbes quoque tu liberas tua ætate, perexiguo flexu rerum poſt paululum ſeruas noſti. Quod ſi vel notiora, vel clariora ſunt vetera, Lacedæmon & Athenæ liberrimæ vrbes ciuile primum, mox externum paſſæ ſunt iugum Hieroſolyma ſancta vrbs, & libertatis æternæ mater temporaliter & Romanis ſeruiuit, & Aſſyriis, nunc ſeruit AEgyptiis. Roma ipſa non ſolum libera, ſed domina gentium, ſuorum primum ciuium, poſt etiam viliſſimorum hominum ſerua fuit, vt nemo vnquam libertati, nemo vel imperio ſuo fidat.

Quid eſt libertas? poteſtas viuendi vt velis. Quis igitur viuit, vt vult, qui recta ſequitur? Soli hoc contingit ſapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens nihil coactus. Quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes deniq; improbos, eſſe ſeruos? An ille mihi liber eſt, cui mulier imperat, cui leges imponit, præſcribit, iubet, vetat quod videtur? qui nihil imperanti negare poteſt. nihil recuſare audet? poſcit, dandum eſt, vocat, veniendum, eiicit, abeundum, minatur, extimeſcendum: ego vero iſtum non modo ſeruum, ſed nequiſſimũ ſeruum, etiam ſi in ampliſſima familia natus ſit, appellandum puto. *Cic. in para.*

Quid ſi libertas? quæris, nulli rei ſeruire, nulli neceſſitati, nullis caſibus fortunam in æquum reducere. *Son. 47. epiſt.*

Liber non eſt, quem ſuperbus inflammat animus. *Idem in Prouerb.*

Liber eſt is exiſtimandus, qui nulli turpitudini ſeruit. *Cic. 4. ad Heren.*

Inæſtimabile bonum eſt, ſuum eſſe. *Senec. epiſt. 76.*

Seruitus ac libertas, ſi modum obſeruent, vtraque bona ſunt ſi modum excedant, vtraque mala. Deo parere libertas eſt. *Idem epiſt. 9.*

Proprium eſt paupertatis, cum alia deficiunt, exercere libertatem *Quint. Dec. 9.*

Libertatis proprium eſt, ſic viuere vt velis. *Cic. 1. Off.*

Omnes homines natura libertati ſtudent. *Cæſar li. 2. de bello Gallico.*

Nemo liber, qui ſeruit cupiditatibus, *Eraſ. in apoph.*

Nulla voluptas viris ingenuis ſuauior eſt libertate.

Vbi regnat luxus, ibi libertas diu eſſe non poteſt.

Is vere liber eſt, quem philoſophia liberum facit.

Peſtilentiſſimum genus eſt adulationis, ſub libertatis imagine blandiri.

Omnibus regibus natura inuiſa eſt populi libertas.

Libertas bene magno emitur, nec ſine negotio ſeruatur.

Qui ſeruit vitiis, vere liber non eſt dicendus.

Qui multis eget, liber eſſe non poteſt.

Nihil beatum, ſi abſit libertas. *ibid.*

Satius eſt libertatem nobis conſeruare, quam aliis auferre, *Ageſila.*

Liberis hominibus, & præclaris legib. inſtitutis, perdifficile eſt ſub ſeruitute durare. *Epimenides.*

Quod optimum inter homines eſt, libertas eſt. *Diogenes.*

Serui, non liberi eſt quæ quis ſentiat, non dicere, *Euripid.*

Tyrannidis & libertatis naturale diſſidium. *Demoſth.*

Libertas nomen virtutis eſt, ſeruitus autem malitiæ.

Senectutis vltimæ Syræcuſana quædam mulier, Dionyſii tyrannidis impatiens, ſola quotidie matutino tempore deos, vt ſuperſtes eſſet Dionyſius, orabat: quo agnito, eam accerſit, curque id faceret, interrogauit. Tum illa: Quum puella eſſem tyrannum habebamus, quo carere cupiebam: Eo interfecto, tetrior aliquanto ſceptrũ occupauit, cuius obitum auidius exoptabam. Tertium te ſuperiorib. importuniorem habemus: Itaq; timeo, ne te abſumpto ... tuum deterior ſuccedat. Quapropter tantam mulieris liber... Dionyſius punire erubuit, *Epicharm.*

Libertatis vna pars eſt, viciſſim parere atque præeſſe, ... tam ſic viuere vt velis. Hoc enim libertatis aiunt eſſe propr... quidem ſerui eſt, non viuere vt velit. *Ariſtot. lib. 6. de Republ... cap. 2.*

Homo liber dicitur is, qui ſeipſo contentus eſt, & ex ſe ... det non ex alterius arbitratu & imperio. *Libro 1. Magn. Moral... cap. 2.*

Fundamentum quidem popularis Reipublicæ eſt libertas. ... enim omnium ſermonib. increbuit, quaſi vero in hac vna Repub... ca libertatis inſit communio, propterea quod hanc dicant ... populari imperio indagari & exquiri. *Lib. 6. de Republica, ... pit. 2.*

Nullus hominum liber eſt: nam ait pecuniæ, aut fortunæ ... *Lib. 2. Rhet. ad Theodect. c. 21.*

Libertas & æquitas in eo poſita eſt, vt quod quiſque velit, ... ciat. Ex quo efficitur, vt in populari genere ciuitatis ... quiſque viuat vt velit, & vt ait Euripides, quemadmodum ... ret: quod eſt in vitio. Neque enim vita, quæ ex Republicæ pr... pto degitur, ſeruituti deputanda eſt, ſed ſaluti. *Lib. 5. de Republ... cap. 9.*

Liberum eſſe, equidem cunctis rebus ante ferendum ... *Xenoph. de reb. geſt. Græc. lib. 4.*

Cum leges apud Indos variæ habeantur, admiratione tamen ... gnæ hæ fuerunt, à priſcis eorum philoſophis editæ. Lege enim ... xerunt, neminem omnino ſeruum eſſe: liberos æquo iure ... que haberi omnes, Qui aſſueſceren: neq; præſtare cæteris, neq; ... ria quenquam afficere, optime ad omnes fortunæ caſus ... vitam. Stultum ſane videri leges æquas omnib. poſitas, fortunas ... æque omnib. communes eſſe. *Diodor. Sicul, Antiq. lib. 3. c. ...*

Exiſtimantes libertatem eſſe beatitudinem, nec ſine fort... ne libertatem retineri, pericula bellica non defugite. *Thuc... lib 10.*

Sine libertate nihil bonum eſt, nihil expetendum hominib. *Plut... in Ageſilao.*

In omnibus moralib. libertatis deſiderium eſt innatum, ... inuiti & coacti miſerias perferunt, quæuis vel leuiſſima occaſio ... res nouandas idonea videtur. *Dionyſ. Halic. li. 5.*

In omnib. libertatis deſiderium innatum eſt. *Idem, li. 6.*

Omnium humanorum bonorum libertas maximum puta... *Idem li. 11.*

Libertas ipſa ſatis habet dulcedinis. *Liuius, Decad. lib. 2.*

Moderatio tuendæ libertatis, dum æquari velle ſimulando ... ſe quiſq; extollit vt deprimat alium, in difficili eſt: cauendo... metuant homines metuendos vltro ſe efficiunt, & iniuriam a ... repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit iniungimus ... *Decad. 1. li. 3,*

Maxima libertatis cuſtodia eſſet, ſi magna imperia diuturna ... eſſent, & temporis modus imponeretur quibus iuris non ... *Decad. 1. lib. 4.*

Suis ſtat viribus libertas, nec ex alieno arbitrio pendet. *Decad. ... lib. 5.*

Omnes homines natura libertati ſtudent, & conditionem ſer... tutis oderunt. *Cæſar li. 3. de bello Gall.*

Viri fortes non collocant libertatem & vires in agris & dom... quæ nunquam eis deerunt, ſi pugnare non pigeat. *Appian. lib. ... bello ciuil.*

Fieri non poteſt vt libertatem ament, qui largitionib. corrum... puntur. *Idem, ibid.*

Libertatem nemo bonus, niſi cum anima ſimul, amittit. *Salluſt. de coniurat. Catil.*

Libertas iuxta bonis & malis, ſtrenuis & ignauis optabilis eſt, ... rum eam pleriq; deſerunt. *Salluſt. in Fragm.*

Ingenua ſeruilibus ingenia præſtant. *Iuſtin. li. 18.*

Falſo libertatis vocabulum ab iis obtenditur, qui priuatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei, niſi per diſcordias habe... *Tacit. Annal. li. 11.*

Libertas natura etiam multis animalib. data. *Hiſt. li. 4.*

Optimus eſt, poſt malum principem, dies primus. *Eod. lib.*

Quomodo peſſimis imperatorib. ſine fine dominatio, ita quam... uis egregiis modus libertatis placet. *ibid.*

Liber ſub imperio nullus habetur. *Aurel. Victor, libro de Cæſa... rib.*

Non ita graue eſt in malis ſeneſcentem vſq; ad extremum viue... re, quam à malis ſemel liberatum rurſus in eadem recidere: quod ... medio tempore bona deguſtanti difficilis, vt par eſt, calamitas ... uerſa videatur. *Procop. de bello Vandalico, li. 2.*

Nihil tam indignum liberis, & fortib. viris, quam longe remoti, ... ſæpe etiam victi adhuc hoſtis, & deinde minitantis imperio arma ... deponere. *P. Oroſius. hiſt. lib. 3. c. 1,*

Natura ita comparatum eſt, vt qui inuiti ſeruiunt, ii libertatem ... affectent

ſiſtent: & quod cupiunt, ad id obtinendum capta opportunitate erumpant. *Cedren. hiſt. compend. pag. 476.*

Cum nemo ſit hominum, qui non cupiat ſe in libertatem aſſerere, qui non malè velit iis à quibus aliqua ſeruitute vel metu coercetur: hæc ſinè libertatis cupiditas & ſeruitutis odium maximè viget in Principibus. *Ph. Comin. lib. 4.*

Libertas res eſt deſiderabilis ac pretioſa, taliſque, quæ digna ſit, ut nullum periculum defugiamus, ſi qua ſpes affulgeat minimè eam poſſe aliqua ſaltem ex parte tueri. *Franc. Guicciardin. hiſt. lib. 1.*

¶ Apophthegmata.

*Pythagoras* neminem liberum eſſe dicebat, niſi qui ſibi imperare. *Stob. ſerm. 6.*

*Idem* bonos famulos libertate frui dicebat, at malos liberos, multarum cupiditatum ſeruos exiſtere. *Stob. ſerm. 2.*

*Ariſtippus*, Dionyſio recitanti verſiculum ex Sophoclis Tragœdia:

> Πρὸς τὸν τύραννον ὅστις ἐμπορεύεται,
> Κεῖν' ἐστὶ δοῦλος, κἂν ἐλεύθερος μόλῃ.
> *Quiſquis tyranni ad tecta ſe contulit*
> *Fit ſeruus illi, liber etſi venerit.*

*Ariſtippus* correcto poſteriore verſiculo reſpondit;

> Οὐκ ἐστὶ δοῦλος, ἂν ἐλεύθερος μόλῃ.
> *Haud ſeruus eſt, ſi liber illuc venerit.*

Significans, non eſſe verè liberum, niſi cuius animum ſpe metuque liberauit philoſophia. Etenim vere liber eſt, quiſquis ingenuè natus eſt. Quidam hoc dictum aſcribunt Platoni. *Laertius lib. 2.*

*Diogenes*, interrogatus, quid eſſet in vita optimum? reſpondit, libertas: hæc enim ſemel amiſſa non facile recuperatur. *Laer. l. 6.*

*Idem*, cum Xeniadæ ſeruiret, amici agebant de eo redimendo. Ait ille: Nequaquam, inquit, an neſcitis, leones non iis ſeruire, à quibus aluntur, ſed altores potius ſeruire leonibus; Nam leo vbicunque eſt, ſemper leo eſt. *Laert. l. 7.*

*Idem*, Craterus Alexandri Magni Præfectus, homo prædiues, rogaret Diogenem, vt ad ſe commigraret, cui reſpondit; Malle Athenis ſalem lingere, quam apud Craterum opipara frui menſa, ſentiens libertatem, quamuis inopem, omnibus diuitum deliciis præferendam, vbi minuitur libertas. *Laert. l. 6. c. 2.*

*Idem*, Prædicantibus beatum Calliſthenem philoſophum, quod apud Alexandrum apparatu ſplendido exciperetur; Imo, inquit, infelix eſt, quod illi prandendum cœnandumq; ſit, cum Alexandro viſum fuerit, ſentiens, nihil eſſe beatum, ſi abſit libertas. Hic eſt Calliſthenes, Ariſtotelis diſcipulus, quem Alexander tandem coniecit in carcerem, vbi & periit. Quidam pro Calliſthene ſupponunt ipſum Ariſtotelem, cuius felicitatem prædicantibus, quod cum regis filio viueret; Ariſtoteles, inquit, prandet quum vult Alexander; Diogenes quum vult Diogenes. *ibid.*

*Simonem Athenienſem* Pericles ad ſe inuitauit, pollicens ſeſe omnia neceſſaria præbiturum. At Simon negauit ſe venditurum libertatem. Delectauit hunc imago muris ſyluestris paruo viuentis, nunquam domeſtici in ſummis deliciis, ſed perpetua cum ſolitudine verſantis. *Laert. l. 2. c. 4.*

*Anonymus*, Lacon quidam interrogatus, quid artis ſciret? Libet, inquit, eſſe. Ea gens nec diſciplinis philoſophorum, nec opificii exercebatur: tantum inuicti animi libertatem tuebatur, nec hominibus nec vitiis ſeruire docilis. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus* quidam captiuus cum venderetur, ac præco diceret ſe mancipium vendere; Sceleſte, inquit, non du dices captiuum? Non puduit duræ conditionis, ſed puduit tituli ſeruilis. Tantus erat libertatis amor. *ibid.*

*Ageſilaus*, cum quendam admirari videret, quod rex cum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo veſtituq; vteretur: Atqui, ait, ex hac frugalitate optimam meſſem metimus, libertatem videlicet: Sapienter admonens, nullam eſſe voluptatem viris ingenuis libertate ſuauiorem: nec ibi diu libertatem eſſe poſſe, vbi luxus regnat. *Plut. in Lacon. apoph. & Eraſ. l. 1 apoph.*

*Cleomenes*, cum è carcere elapſus ad occidendum Ptolemæum plebem ſollicitaſſet, neminemq; inueniret. Non mirum eſt, ait, ſi talibus viris, qui libertatem negligunt, mulieres etiam dominantur. *Plut.*

*Buris & Spartes* ſponte profecti ſunt ad Xerxem regem Perſarum, daturi pœnas, quas Lacedæmonii iuxta oraculum pendere debebant, eo quod oratores Perſarum occidiſſent; quos cum Xerxes vidiſſet, interficere noluit, ſed apud ſe manere iuſſit. Cæterum quum regis dux inſtaret rogans, diceretque fore, vt in pari honore haberentur cum his, qui inter regis amicos primas tenebant, hunc in modum reſponderunt; Scimus, quam ingens bonum ſit libertas, quam nemo ſanus vel cum Perſarum regno commutarit. *Plut. in Lacon.*

*Anonymus*, quum Philipus in agros Lacedæmoniorum duxiſſet exercitum, reſque in eo eſſet ſtatu, vt probabile eſſet eos ad vnum omnes interituros, rex dixit cuidam Spartiatæ: Quid nunc facietis Lacedæmonii? At ille: Quid, inquit, aliud, niſi quod fortiter moriemur, quando nos ſoli Græcorum liberi eſſe, non aliis parere didicimus? Nemo ſeruire cogitur, qui mori paratus eſt. Quam dulce bonum eſt libertas, quæ morte emitur? quam miſera res ſeruitus, cui mors anteponitur? Quid igitur mentis dicemus his eſſe, qui ſe ſponte dedunt in eam ſeruitutem, vnde nec dato peculio poſſunt redimi, nec gratuita manumiſſione liberari? *ibid.*

*Arenius* à Cyro captus, quum ab illo rogaretur, cur tributum non tuliſſet, vrbemq; muro cinxiſſet? Libertatem, inquit, cupiebam. Pulchrum enim mihi videbatur, & me liberum eſſe, & liberis meis libertatem relinquere. *Xenophon.*

*Hegeſippus* cognomento Grobilus, cum Athenienſes in Philippum irritaret, quidam è concione ſucclamauit, Itane bellum nobis inuehis, Hegeſippe? Næ per Iouem, inquit, & pullas veſtes, & publicas exequias, & orationes funebres ſi victuri ſumus liberi, nec imperatis Macedonum parebimus. Significans, libertatem benè emi magno, nec ſine negotio poſſe ſeruari. *Eraſm. l. 5. apoph.*

*Euſebius Philoſophus*, eorum, inquit, qui fœdis voluptatibus dediti ſunt, nullum tu liberum ducas. Hi enim multo ſæuioribus dominis quam vilia mancipia ſeruiunt, *Stob. ſerm. 6.*

*Epictetus*, dicebat nullum eſſe ſeruum, qui animo ſit liber. *In Enchir.*

*Pyrrhus* cum Athenas veniens, in arce Palladis rem diuinam feciſſet, eodem die deſcendens ex arce, Athenienſium erga ſe animum & fiduciam vehementer laudauit: & admonuit, ſi ſaperent, ne poſthac cuiquam regum portas (ſi modo patriæ libertatem tueri vellent) aperirent. Significans, regibus, imperatoribus ac principibus ſemper inuiſam eſſe libertatem: omneſq; conatus ac vires eo intendere, vt libertatem extinguentes, ex liberis ſeruos ſibi faciant. *Eraſ. lib. 4. apoph. ex Plut.*

*Meton*, quo die decretum de Pyrrho vocando ſanciri per populum Tarentinum debebat, & multitudo in concione ſederet accepta corona & lampade, quaſi ebrius, tibicine ducente ludibundus in concionem peruenit: &, vt fit, in turba populari aliis applaudentibus, aliis ridentibus, vtque procedere in medium inuitantibus proceſſit ille & quaſi cantaturus aſtitit. Sed vbi ſilentium nactus eſt: Viri, inquit, Tarentini bene facitis, quod iocari & ludere volentibus, dum licet, permittitis: ſi tamen ſapitis, cuncti hac ludorum libertate fruamini, antequam Pyrrhus adueniat, hanc & aliam omnem libertatem aboliturus. Nec fuit mendax. Nam quamprimum aduenit Pyrrhus, ludis & tripudiis Tarentinis interdixit. *Bruſ. l. 3. c. 32. ex Plut.*

*Brutus* in Tarquiniorum eiectione dicebat, ex duobus alterum eſſe eligendum: aut vitam liberam, aut mortem glorioſam. *Bruſ. lib. 3. c. 32. ex Liuio.*

*Cicero* duo ſemper ſibi contingere optabat: primum, vt moriens populum Romanum liberum relinqueret, quo nihil à diis immortalibus maius dari poſſe dicebat. Alterum, vt ita cuique eueniret, vt de Repub. eſſet meritus. *Cic. in Phil.*

¶ Similitudines.

*Epicteti*: quemadmodum ſanus ab ægris miniſtrari ſibi, & familiares ſuos ægrotare nollet: Ita neq; liber aliquis ſuſtinuerit ſeruos ſibi inſeruire, aut eos quibus cum agit, ſeruitutem pati. *Apud Stob. ſerm. 3. de temperantia.*

*Plutarchi*: ignaui canes apud menſam audent, in venatu minime: Sic ingeneroſum eſt, cum ſobriis libere loqui non audeas, inter pocula id facere. *In Moral.*

¶ Adagia.

Os ineſt orationi. ὀστοῦν ἔνεστι τῷ λόγῳ.

*De oratione non inani, ſed ſolidas habente ſententias.* Es hat händ vnd füß/ was dieſer Mann redet.

Audi quæ ex animo dicuntur. ἄκουε τ' ἀπὸ καρδίας. *Lucianus.*

*Nam ſeria, quæque citra diſsimulationem dicuntur, ex animo dici dicuntur, eaque ex corde proficiſci vulgus ait.*

Liberi poetæ & pictores. *Idem.*

*In Demoſthenis Encomio*:

> Τὸ μὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον.

*Torqueri poteſt & in eos, qui pertinaci & obſtinato ſunt ingenio, quoſq; neceſſe ſit ſuis moribus relinquere. Aut in mulieres, quibus nihil non permittitur: Aut in principes quibus omnia laudi dantur.*

Libera Corcyra, caca vbi libet. ἐλευθέρα Κόρκυρα, χέζ' ὅπου θέλεις. *Euſtathius.*

*Cum ſignificamus libertatem quiduis agendi. Sed magis quadrabit vbi ſignificamus impunitatem eſſe maleficiis.*

Ter.

*Ternio apud priſcos & abſolutiſsimus, & ſacer habebatur, quid ter dictũ aut factum eſſet, id ratum & efficax habere; de in Magorum myſteriis adhibere ſolet. Virg. in Pharmaceutria*

> *Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore*
> *Licia circundo, terque hæc altaria circum*
> *Effigiem duco: numero Deus impare gaudet.*

De plauſtro loqui. ὡς ἐξ ἁμάξης λαλεῖν.

Id eſt: *Tanquam è plauſtro loqui, de his qui palàm ac libere conuitiantur.*

Iubentis aperte loqui.

*Si quem admonebimus, vt proferat doloris aut odii cauſas, neque celet in animo, non illepide dixerimus illud Homer. Iliad. α.*

Ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ ἵνα εἴδομεν ἄμφω.

*Eloquitor, ne celato, quo norimus ambo.*

Obſequium amicos. Veritas odium parit. *Ter. in Andr.*

*Vulgalis enim amicitia conſtat obſequiis.*

Byzeni libertas, Βυζήνου παῤῥησία.

*Vbi quis audacius liberiusq́; loquitur. A Byzeno quodam Neptuni filio, cui mos fueris mira in dicendo libertate vti.*

Aſſeuerantius dicere.

*Audacius quippiam & aſſeuerantius dicturi, quod nobis tamen ita videatur, adducemus illum Homeri verſum, quo Helena vtitur, de Telemacho:*

Ψεύσομαι ἢ ἔτυμον ἐρέω, κέλεται δέ με θυμός.

*Mentiar, aut verum dicam, mens attamen ipſa.*

*Imperat vt dicam.*

Non poſſum non dicere.

*Vbi quis negat ſe reticere poſſe, quod habet in animo feſtiuiter accommodabit illud Homer Odyſſ. ξ,*

Εὐξάμενός τι ἔπος ἐρέω, οἶνος γὰρ ἀνώγει ἠλεός.

*Hoc equidem dicam iactantius, vrget enim me*

*Vinum amens.*

Et fama fuit, & erat. ἡ μὲν κλέος, ἡ δὲ καὶ ἦσθα, *Suidas.*

Id eſt: *Et dicebaris, erasq́; Quoties facta reſpondent opinioni.*

Aperto pectore. *Cicero.*

*Pro eo quod eſt, vehementer ex animo, citraq́; fucum, quaſi renudatis animi penetralibus.*

Aperte, ſimpliciterque loqui.

*Quum citra ambages nos loqui ſignificamus, conueniet illud Homeri ex Odyſſ. δ*

Οὐκ ἄν ἔγωγε.

Ἀλλὰ παρὲξ εἴποιμι παρακλιδὸν, οὐδ᾽ ἀπατήσω.

*Non fucis te diſsimulans decepero fictis.*

Veritas ſimplex oratio. ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας.

*Simplex illa, ruſticanaq́; veritas, negligit orationis fucos. Conuenit in eos qui perplexe loquuntur, dum verum diſsimulant.* ſchlecht iſt bald geſchlieffen. Die Warheit darff nit viel Ränck,

Ad cribrum dicta. ταπὶ κοσκίνῳ.

*Quæ vera compertaq́; videri vellet, ad hunc appellabant modū.*

Curetum os. Κουρήτων στόμα. *Zenodot.*

*Dici ſolitum, ſi quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quod Curetes Cybeles comites, furore quodam ſacro perciti, diuinare viderentur.*

Quod in corde ſobrii, id eſt in lingua ebrii. τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος.

*Nec prætereundum illud Herodoticum: Subſidenti vino, ſupernatant verba.* Voller Mundt ſagt deß Hertzen Grundt/was einer nüchtern darff gedencken/das darff er voll reden vnd thun.

In vino veritas. ἐν οἴνῳ ἀλήθεια.

*Significat, ebrietatem animi fucum tollere, & quicquid pectore conditum eſt, in apertum proferre. Theognis.*

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἴδριες ἄνδρες.

Γινώσκουσ᾽, ἀνδρὸς δ᾽ οἶνος ἔδειξε νόον.

*Aurum & argentum fabris dignoſcitur igni.*

*Vinum hominis prodens arguit ingenium.* Der Wein iſt ein wahrſager. Kinder/Narren vnd trunckene Leut ſagen gewönlich die warheit.

Vinum animi ſpeculum. κάτοπτρον γὰρ εἴδους χαλκός ἐστ᾽, οἶνος δὲ νοῦ. *Euripides.*

*Forma ære lucet, vina produnt pectora.*

Lingua lapſa verum dicit. ἡ γλῶσσ᾽ ἁμαρτάνουσα τ᾽ ἀληθῆ λέγει.

*Nam verum eſſe creditur, quod exciderit imprudenti, quandoquidem id demum vacat fictionis ſuſpicione.*

Emendus, cui imperes.

*Cuiq́; in ſuos ſeruos imperioſum eſſe licet, in alienos aut in liberos non item Plaut. Emere oportet quem tibi obedire velis.*

Libero lecto nihil iucundius.

*M. Tullius ad Attic. de Quinto loquitur, qui cælibem vitam iudicabat eſſe ſuauiſsimam. Eam appellabat lectulum liberum.*

Oracula loqui. χρησμοὺς λέγειν. *Theocr.*

*Dicuntur qui certa, vera, & indubitata loquuntur.*

Vera fronte. *Cicero.*

*Quæ ex animo citraq́; fucum dicuntur, geruntur ve, vera fronte fieri dicuntur. Contra dicemus, mendaci fronte fieri quod geritur per ſimulationem.*

Vero verius Certo certius. *Martial.*

*Dicimus vero verius, quod prorſus indubitatum haberi volumus. Non diſsimili forma dicimus. Certo certius: quanquam nihil prohibet aliud alio certius eſſe.*

Ficus ficus, ligonem ligonem vocat. τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων.

*Quadrabit in eum, qui ſimplici & ruſticana vtens Veritate, rem vt eſt, narrat, nullis verborum ambagibus, ac phaleris obuoluens.*

Profundum ſulcum. βαθεῖαν αὔλακα. *Plut.*

*Videtur recte quadraturum in eos, qui ſe metiuntur non ex aliorum opinione, ſed ex recte ſecuſue factorum conſcientia.*

### ❡ Historica Exempla.

*Nero* vniuerſæ Achaiæ libertatem dedit, Græciamque liberam dimiſit, & nationes Alpium maritimas in ius Latii tranſtulit. *Alex. lib. 4. c. 10.*

*T. Quinctius Flaminius*, ſuperato pugna Philippo rege Macedonum. Iſthmiis vel præconem pronunciauit, iubere ſe Græcos liberos eſſe, & immunes ſuis legibus. Quotquot ciues Romani bello Punico capti in Græcia ſeruiebant: hos in capita drachmis quingentis redemptos ei dono dedere, qui manumiſſorum more pileati, currum ſecuti ſunt triumphantis. *Plut. in apoph.*

*Demetrius Poliorcetes* claſſe Ptolemæi regis ſuperata, eorum qui ceciderant corpora magnifice ſepeliri: captiuos autem omnes liberos abire iuſſit. *Plut. in eius vita.*

*Tiberius Grachus* Tribun. pleb. L. Scipionem Aſiaticum ſuperioris Africani fratrem, peculatus accuſatum & damnatum, à duro carceris ſuppicio liberauit: quamuis hactenus Corneliorum genti acerrimus inimicus fuiſſet. *Plut. in Tiberio.*

*Cinna* Conſul ciuili bello, cum per præconem edixiſſet, vt ſerui ad ſe confugientes velut ad Aſylum, liberi forent, illoſque ad pileum vocaſſet, magnas ſeruorum & perditiſſimorum manus coegiſſe fertur. *Alex lib. 3. c. 20.*

### ❡ Hieroglyphica.

Quemadmodum auctores nonnulli per *manus complexas* impedimentum ſignificabant: ſic per eas *explicatas*, Libertatem innuebant. *Pier. Val. lib. 35. pag. 330. E.*

Oneirocritæ *frontem capillis glabram* imaginari, indicium eſſe autumnant *liberationis* à moleſtiis & impedimentis. Quin & *Caluitium* ipſum, accerſitis in iudicium, aut ſupplicium timentibus, effugium oſtendit. *Idem Pier. lib. 32. pag. 300. E.*

*Pileum* etiam pro *Libertatis* hieroglyphico ponunt. Paſſim enim in numis videas *Pileum* ipſum cum inſcriptione: *Libertas. Vide Pier Val. lib. 40. pag. 285. C.*

*Libertos* manumiſſione accepta, *alba veſte* decorari ſolitos, id oſtendit, quod apud Tertullianum legitur de famulo libertate donato. Atqui & veſtis albæ nitore, & aurei annuli honore, & patroni nomine ac tribu menſaq; honoretur. *Idem lib. 40. pag. 389. C.*

### ❡ Fabula.

Canis & Lupus.

Admirans lupus nitorem corpulenti canis, Quanta, inquit, frater felicitas eſt vitæ tuæ! Licet igitur, inquit canis, mecum in vrbem venias, & eadem fruare felicitate. Dum vna pergunt, animaduertit lupus in canis collo attritos pilos. Tum, iugum ne etiam tibi ſuſtinendum eſt? inquit. Ceruix enim hoc glabra indicare videtur. Die, inquit canis, alligor, vt noctu ſim acrior & vigilantior atque hæc veſtigia ſunt collari, quod circumdari ſolet ceruici. Hoc audito lupus: Vale, inquit, amice, iam nihil moror ſeruilem felicitatem tuam.

Oſtendit fabula, nihil eſſe libertate melius neque præſtantius.

# Liberum arbitrium.

### ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Liberum arbitrium eſt animi voluntas, ac ſententia libera.

Liberum arbitrium eſt facultas rationis & voluntatis. *Albert. Magn. de Anima.*

Liberum arbitrium eſt idem realiter quod voluntas, ſecundum quod in ea eſt virtus intellectus: vnde liberum arbitrium eſſe dicitur facultas voluntatis & rationis, *D. Thom. in ſumma Theol.*

Nullius creaturæ liberum arbitrum poteſt naturaliter eſſe confirmatum in bono, ſed tantum ex gratia. *Idem.*

Liberum arbitrium viatoris poteſt per gratiam in dono aliquo modo, ſed non ſimpliciter. *Idem.*

Rationabiliter homini imputatur, ſi ad Deum non conuertatur, quamuis hoc ſine Dei gratia non poſſit. *Idem lib. 3. Summæ contra gentiles, c. 159.*

Homo in peccato exiſtens, ſine gratia peccatum vitare non poteſt *idem, c. 160.*

A verbo ἔξεστι, licet, fit ἐξουσία, licentia, poteſtas autoritas, Ius. Quod Stoici dicunt, ἐλευθερία ἐστὶν ἐξουσία αὐτοπραγίας, Cicero vertit, Libertas, eſt poteſtas viuendi vt velis, ἐξουσιάζω, poteſtatem habeo, comp. Αὐτεξούσιος, ſui poteſtatem, habens, Qui ſui iuris eſt, & poteſtatis. Et τὸ αὐτεξούσιον, quod Latini Theologi Liberum arbitrium appellarunt. At ſi acuratè illius vocis ſpectetur vis, nulli neque Angelo, neque homini vnquam datum eſt, dabiturve: ſed ſoli Deo vere, propriè, abſolutè competit vt ſit & dicatur. Αὐτεξούσιος.

Arbitrium Hebræi variis deſignant appellationibus. 1. *Tſabah*, à verbo Iucunditas, voluntas, beneplacitum, arbitrium, decorum, à verbo *Tſabah*, Intumuit, ſtetit ſurſum erectus. Quis enim erectior quam qui ſui iuris eſt, & poteſtatem habet viuendi atque agendi, prout vult? 2. Appetitum, arbitrium, voluntatem, *Abiionah*, nominant

[illegible] *Abab*, voluit, conſenſit, propenſus fuit erga rem aliquam. Nonnulli à verbo *Koſch*, illaqueauit; & in coniug. Hiphil, *He*[illegible] ratiocinatus eſt, collationem fecit, comparauit, arguit, de[illegible] *Hekeſch* nomen quod idem eſt ac collatio, ratiocinatio, ar[illegible] diſpoſitio. Alias voces linguarum Orientalium ſtudioſis [illegible]mandas relinquimus, & de reipſa nonnulla ſubiungimus ex [illegible] Bibliorum & Patrum teſtimoniis deprompta.

Omni voluntati conuenit ſemper & inſeparabiliter, vt quicquid [illegible] illud ſponte ab interno ſuo principio & nulla vi externa coa[illegible], ita vt ſine hac libertate non ſit voluntas. Ea tamen, pro [illegible] Creatoris & creaturarum diuerſiſſimo modo conſideran[illegible]. In Deo ſiquidem immutabilis, ad bonum tantum neceſſa[illegible] propenſa, ſolaq; ex ſe *αὐτεξούσιος* eſt: *Num.* 23. 23. *Malach.* 3. 6. [illegible] *Pſalm.* 115. 3. *Eſai.* 46. 10. *Dan.* 4. 35. In Angelis vero & homi[illegible] natura mutabilis, à ſuperiori poteſtate pendet; quam[illegible] & libere externi illius principii, id eſt Dei voluntatis, etſi [illegible] ſemper eodem fine, ductum ſequatur.

Omiſſa vero de Dei verè & propriè ſolius *αὐτεξουσία* conſiderati[illegible], quod in creaturis ſit ratione præditis, liberum arbitrium ex[illegible]. Eſt igitur liberum arbitrium voluntatis placitum, [illegible] à mente diiudicatas ſponte & ſuo quodam iure ab interno principio vel eligere vel reiicere poteſt, vel vtrumque ſuſpendere, [illegible] autem conſideramus, non illam remotam, ſed propin[illegible], quæ eſt quaſi formæ ſubſequens, cuius forma eſt vel ſancti[illegible] ad imaginem Dei, & animæ noſtræ quaſi anima, ſine qua [illegible] in peccatis mortui, & ſerui non liberi. *Coloſſ.* 3. 10. *Epheſ.* 4. [illegible] vel impuritas, quæ eſt ad imaginem Diaboli, & verè forma ſer[illegible]. *Ioan.* 8. 44. 2. *Tim.* 2. 26. 1. *Ioan.* 3. 8. 10.

Angelorum electorum & reproborum ſtatum prætermittentes, de humano arbitrio libero quædam ex Theologis proponamus. [illegible] hominibus voluntatis forma accidentalis conſideranda eſt in [illegible]:

1. *Creationis*,
2. *Corruptionis*,
3. *Regenerationis*,
4. *Glorificationis*.

De primo & poſtremo ſtatu conueniunt omnes Chriſtiani. Quo[illegible] variæ fuerunt ſententiæ. Rem placidè, ſine veritatis præ[illegible], ita exponimus. *Corruptionis ſtatus* is eſt, in quem homo à [illegible] mandato deficiens & Satanæ dicto, factoque audiens, nulla vi [illegible] allata, ſe cum poſteris ſuis in exitium æternum dedit [illegible]; adeoq; imaginem Dei quæ tum in mentis luce, tum [illegible] voluntatis & reliquarum partium rectitudine apparebat, abdi[illegible]. Inde ſequuta eſt tanta mentis cœcitas, tum cætera[illegible] animæ facultatum deprauatio, vt neque ea quæ regnum Dei [illegible], comprehendere ante nouam lucem, neq; probare aut [illegible] poſſit, quin potius ab illis maxime abhorret, & ei ſtultitia me[illegible]. 1. *Cor.* 1. 18. & 2. 14. 2. *Cor.* 3. 5. & 4. 4. *Phil.* 2. 13. *Ioan.* 3. 19.

Cum in hoc ſtatu vitæ voluntatis forma ſit impuritas, ſupereſt [illegible] corruptum propinquam potentiam ſeu libertatem, imo [illegible] ad malum tantummodo habere. Quamuis enim [illegible] bona, & ea quæ non ſuperant captum rationis humanæ [illegible] poſſit, vt conſeruationem patriæ & ſimilia bona in ſe; non [illegible] ea velle poteſt qua bona, & Deo grata, neque qua vult, bo[illegible] poſſunt, quippe qui neque eo modo, neque eo fine quo de[illegible], ea velit, cum ſit impurus, immundis autem omnia immunda, [illegible] 14. 20. 1 *Corinth.* 10. 31. *Tit.* 1. 15. Denique cum ibi non poſſint [illegible] virtutes, vbi non eſt vera religio, ea quæ in ethnicis adeo extol[illegible] coram Deo peccata & virtutum ſimulacra potius, quam [illegible] fuiſſe dicimus.

Sequitur Conuerſionis ſtatus ſeu Regenerationis, in quo homo [illegible] vocatur à Deo, in imaginem Dei ſenſim tranſmutatur, [illegible] nouam lucem in mente prius tenebris obſita recipit: in vo[illegible] peruerſa omnino à vita Dei quandam rectitudinem & in[illegible] ad bonum: denique in omnibus affectibus nouam [illegible] imperfectam, ex quibus nouus homo & noua Creatura voca[illegible]. Verum cum duplicem adhuc retineat formam, ſanctitatis & [illegible], primitias noui hominis & reliquias veteris, neceſſe eſt [illegible] duplicem habeat potentiam propinquam; vnam ad bo[illegible], alteram ad malum; idque in rebus bonis & malis, itemque [illegible]. Etſi autem multum diſcriminis ſit inter non renatum [illegible] renatum, quoad actiones ciuiles & naturales; in hoc tamen con[illegible], quod neuter plura poteſt intelligere, velle, vel præſtare, [illegible] quæ æterno ſuo conſilio ſtatuit illis Deus percipienda, eli[illegible] præſtanda.

Quemadmodum in generatione homo genitus nihil contulit, [illegible] nec in regeneratione, quomodo enim qui ſe ad carnalem vitam generare non potuit, cum nuſquam eſſet, ad ſpiritualem vitam re[illegible]? Chriſtus & Ioannes Euangeliſta hanc natiuitatem à Deo eſſe clamitant. *Ioan.* 1. & 3. &c. Nec mirum: ſiquidem non [illegible] eſt miraculum, mortuum in peccatis viuificare, quam La[illegible] temporali vitæ reſtituere: *Coloſſ.* 2. 15. *Ioan.* 11. 1. &c. nec mi[illegible] potentiæ requiritur ad cor ex lapideo carneum faciendum, [illegible] ad liquorem ex ſaxo exprimendum: *Ezech.* 11. 19. *Exod.* 17. 6. Sicut qui fecit creaturam efficit vt perſeueret eſſe creatura, ita qui nos regenerat, vt in hac regeneratione perſtemus præſtat: quamuis nec ſine nobis iam operetur, nos enim in hoc ipſum creat & conſeruat, vt ei tanquam principali agenti cooperemur: quæ cauſa eſt cur in hoc ſtatu non raro ſcriptura ſacra nobis tribuat quæ agit in nobis gratia Dei: *Ier.* 31. 18. *Rom.* 8. 26. 1. *Cor.* 15. 10. *Epheſ.* 6. 11. *Coll.* 3. 5. 2. *Tim* 1. 21. Addamus alia.

## ¶ Testimonia Scriptvrae.

Homo corruptus, & ſub peccato conſtitutus, adeoque ſibi relictus eſt ſpiritualiter mortuus, *Epheſ.* 2. 1. & 4. 18. Intelligentia vera deſtitutus, *Rom.* 1. 21. iacens in tenebris, *Ioan.* 1. 5. *Matth.* 6. 23. dicit Deum non eſſe, *Pſal.* 14. 1. ad turpiſſima fertur. *Epheſ.* 4. 19. 22. *Rom.* 3. 9. &c. eſt ſeruus peccati, *Ioan.* 8. 34. *Rom.* 6. 16. 17. 20. & 7. 14. filius & mancipium diaboli, *Ioan.* 8. 34. 41. 44. 1. *Ioan* 3. 8. 9. 10. In malo poſitus & peccatis mancipatus, *Geneſ.* 6. 5. & 8. 21. *Ierem.* 13. 10. 23. & 17. 9. *Matth* 7. 18. *Ioan.* 12. 39. *Rom.* 8. 7.

Contemnit verbum Dei, *Ierem.* 6. 17. 19. *Ioan.* 8. 47. nec poteſt audire, *Ierem.* 6. 10. *Ioan.* 8. 43. Blaſphemat verbum auditum, *Ioan.* 8. 48. 52. *Actor.* 13. 45. Non credit Chriſto, neque in Chriſtum, *Ioan.* 5. 46. 47. *Actor.* 13. 41. Non vult credere, *Ioan.* 5. 40. non poteſt credere, nec ad Chriſtum venire, *Ioan.* 5. 44. & 12. 39. Non diligit Deum, *Ioan.* 5. 42. Nihil aliud facit quam quod malum eſt & peccatum, *Pſalm.* 5. 10. & 10. 3. *vſq; ad* 12. & 14. 1. 3. & 36. 2. &c. & 140. 3. 4. *Eſa.* 59. 3 &c. *Rom.* 3. 9. *vſq; ad* 19.

Vide præterea quid de ſtatu hominis regenerati & ſub gratia conſtituti tradant ſcripturæ, *Ierem.* 24. 7. *Ezech.* 11. 19. *Actor.* 11. 18. 2. *Theſſ.* 3. 2. *Philip.* 1. 29. & 2. 13. *Ierem.* 31. 18. *Pſalm.* 119. 37. & 176. *Cantic.* 1. 4. *Matth.* 6. 12. 13. *Rom.* 8. 13. 2. *Corinth.* 3. 5. *Ioan.* 15. 5. *Rom.* 8. 25. Nihil habemus boni, quod non acceperimus: omne donum perfectum à Patre luminum, Soli Deo honor & gloria.

## ¶ Sententiae Biblicae.

*Liberum arbitrium ad bonum cognoſcendum illuminatur.*

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac. Nolite fieri ſicut equus & mulus. *Pſalm.* 31.

In lumine tuo videbimus lumen. 35.

Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. 93.

Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua. 118.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Ioan.* 1.

Deus enim illis manifeſtauit: inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. *Rom.* 1.

Et non neceſſe habetis vt aliquis vos doceat: ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium. 1. *Ioan.* 2.

Hieruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluſti? *Matth.* 23.

Sine me nihil poteſtis facere. *Ioan.* 15.

Similiter autem & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram, *Romanor.* 8.

## ¶ Patrvm Dicta.

Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditáte perdidimus. *Aug. epiſt.* 107.

Quomodo quiſquam de libero arbitrio in bono gloriabitur opere, qui nondum liber eſt ad bene operandum, niſi ſe vana ſuperbia inflatus extollat, quam cohibet Apoſtolus dicens, Gratia ſalui facti eſtis per fidem. *idem, Ench. ad Laur. c.* 30.

Sine gratia Dei nos dicimus ad non peccandum nihil voluntatis arbitrium valere. *idem, epiſt.* 107.

Charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris, non per arbitrium liberum quod ſurgit ex nobis, ſed per ſpiritum S. qui datus eſt nobis. *idem lib. de Spiritu & litera, c.* 3.

Vide *eund. Auguſt. lib* 3. contra 2. epiſtolas Pelagian. *c.* 8. & ad articulum 15. ſibi falſo impoſitum. De natura & gratia contra Pelagianos, *c.* 22. 23. De perfectione iuſtitiæ contra Cœleſt. Reſp. ad rat. 3. & 9. *In Pſalm.* 84. *lib.* 5. *de Ciuit. Dei, c.* 3. & *lib.* 19. *c.* 25. Contra Iulian. Pelag. *lib.* 4. *c.* 3.

Sine Chriſto omnis virtus in vitio eſt. *Hier. in c.* 3. *ad Galatas.*

Vide etiam *Lactantium* lib. 1. Inſt. diuin. c. 1. *Athenager.* in legat. pro Chriſtianis. *Hilar.* lib. 4. de Trinit. *Iuſtin. martyr.* in 1. exhort. ad Græcos, & in apolog. 2. *Clem.* Alexandr. lib. 5. Stromat. *Ambroſ.* lib. 1. de vocat. Gent. cap. 2. & 3. *Fulgent.* de Incarn. &c. cap. 13. *Concil. Carthag.* in epiſt. ad Innocent. 1. & *Innocent.* reſcriptum: epiſt. item quinq; epiſcoporum ad eundem: *Concil. Mileuitanum*, quod citatur Tit. de Conſecr. diſt. 4. can. 152. Placuit. *Concilium Araufſicanum* circa tempora Leonis 1. Can. 1. 3. 4. &c. vſq; ad 25. In his multa continentur lectu digna. Vide etiam Bernardum in Cant. & tract. de libero arb. & gratia Dei.

Non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. 2. *Cor.* 3.

Deus eſt enim qui operatur in vobis velle & perficere pro bona voluntate. *Phil* 2.

## ¶ SIMILITVDINES.

*Dionis Chryſoſtomi*: ſicut nauis fracto gubernaculo illuc ducitur, quo tempeſtas voluerit: Sic homo diuinæ gratiæ auxilio perdito, per peccatum non quod vult, agit, ſed quod diabolus vult. Et niſi Deus valida manu miſericordiæ ſuæ ſoluerit eum, vſque ad mortem in peccatorum ſuorum vinculis permanebit. Et ſicut in munditialibus regnis quomodo in primis quidem nemo poteſt facere ſeipſum regem, ſed populus creat ſibi regem, quem elegit, ſed cum ille rex fuerit factus, & confirmatus in regno, iam habet poteſtatem in hominibus & non poteſt populus iugum eius de ceruice ſua repellere: Sic & homo priuſquam peccet, liberum habet arbitrium, vtrum velit ſub regno eſſe diaboli, annon, cum autem peccando ſe tradiderit ſub regno ipſius, iam non poteſt de poteſtate eius exire, ſed ſic prima voluntas eius in neceſſitatem conuertitur. Nam primum quidem in poteſtate populi eſt, facere regem ſibi, quem vult: factum autem de regno iam repellere non poteſt, ſi voluntas poſt in neceſſitatem vertitur. *Hom.* 36. *de diuerſis: & in Matth* 21. *Homil.* 37.

*D. Auguſtini*: currat equus tuus, ſit paratus ad bellum, Dominus autem ſalutem tribuit. Tamen dum curris, dicito: Deus virtutem tribuit equo meo, vt curreret: Deus dedit tibiis meis perſeuerantiam vt ſtarem. Non ergo puto quod te libertas arbitrii tui ita habeat, quaſi nauem per quam vis euadere barbaros de littore, per quam vis euadere de fluctibus pelagi, per quam ad patriam deſideras peruenire: ſed ſi dominus imperauerit ventis proſperis, & aduerſis flatibus ſilentium dederit, ſi latentes vndas demonſtrauerit, & ſomnum tulerit gubernantibus nautis, & abſq; læſione portum ingredi fecerit: ages poſt hoc gratias Deo, non nautis non naui. Nec iſta dicentes, excludimus nauem & nautas: ſed magis & nauem ornamus, & nautas, quibus Deum præſulem confitemur. Si enim nauis non fuiſſet, vtiq; quod Dominus gubernaret, non eſſet. Si nautæ non eſſent, quos Dominus excitaret, non eſſent. Si vela non eſſent, non eſſent quibus dares proſpera ſtabra ventorum. Ita ergo dicamus, ſi arbitrium in te non fuerit bonæ voluntatis, non erit tecum pax Dei. *In Pſalm.* 146.

*Sicut qui ſe occidit*, vtiq; viuendo ſe occidit, ſed ſe occidendo non viuit, nec ſeipſum poterit recuſcitare, cum occiderit: Ita cum libero peccaretur arbitrio, victore peccato, amiſſum eſt liberum arbitrium. A quo enim quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Qualis vero poteſt eſſe ſerui addicti libertas, niſi quando eum peccare delectat? Liber eſt ad peccandum, qui peccati ſeruus eſt. Vnde ad iuſte faciendum liber non erit, niſi liberatus à peccato, eſſe iuſtitiæ cœperit ſeruus. *in Enchiridio.c.* 30.

*B. Anshelmi*: ſolus Deus quicquid vult, debet velle propria voluntate, ita vt aliam quam ſequatur, non habeat ſupra ſe. Cum igitur homo vult aliquid per propriam voluntatem. Deo aufert quaſi ſuam coronam. Sicut enim corona ſoli regi competit, ſic propria voluntas ſoli Deo. Et ſic regem aliquem inhonoraret, qui ſuam coronam ei auferret. Si homo inhonorat Deum qui aufert ei propriæ voluntatis priuilegium, habendo quod ille deberet habere ſolum. Sed ſicut propria voluntas Dei fons eſt & origo totius boni: Ita propria voluntas hominis, totius eſt exordium mali. *De ſimilitudinib.*

*Propria voluntas* eſt veluti quædam adultera regina, quæ ſe cuidam regi adultero coniunxit, ex quo etiam tres filios habuit: ex his vero tribus tot alii filii & nepotes ſunt geniti, itaque multiplicati, vt numerari non poſſent. Omnes autem in familia illius regis & reginæ conſiſtunt, eorumque iuſſa quique ſuo modo perficiunt. Rex itaque cum regina iſta cuidam alii regi aduerſatur, collectoque filiorum & nepotum exercitu, regnum illius aggreſſum, prædatur. Hic autem exercitus ſic ſeruos illius regis inuadit, vt aut plures plures, aut vnus vnum, aut plures vnum, aut vnus plures aggrediatur. Quoſcunque vero deuincere poſſunt, vinctos & abductos in carcerem trudunt, exigentes ab eis quantum nunquam perſoluere poſſunt: ſed omnibus affecti miſeriis in carcere illo deficiunt. Hæc autem regina propria eſt voluntas, omnium inobedientium domina: quæ ideo vocatur adultera, quia ſeparatur à Deo, cui eſſe deberet coniuncta, & diabolo coniungitur, à quo deberet eſſe diſiuncta, ipſe vero diabolus, idcirco rex dicitur, & adulter: quia in hominibus regnans, per voluntatem propriam animabus eorum, Dei videlicet ſponſis abutitur. *De ſimil.c.* 37.

*Cor noſtrum* ſimile eſt molendino ſemper molenti, quod Dominus cuidam ſeruo ſuo cuſtodiendum dedit, præcipiens ei vt ſuam tantum annonam, videlicet frumentum, vel hordeum, vel etiam auenam in ea molat: ex eodem quod moluerit, & ipſe viuat. Verum illi ſeruo quidem inimicatur, qui huic molendino ſemper inſidiatur: qui ſi quando, Illud vacuum inuenerit, aut arenam ibi ſtatim proiicit, quæ illud diſſipat, aut picem, qua conglutinant: aut aliquid quod fœdat: aut paleam, quæ tantum illud occupat. Seruus igitur ille ſi molendinum ſuum bene cuſtodierit, domi[…]que ſui tantum annonam in eo moluerit, munda ex eo farina [...]ditur, iuxta genus annonæ quæ intus molitur. Ex eodem [...] quod moluerit, & domino ſuo ſeruit, ſibique ipſi victum acquirit. Si vero inimicum ſuum violare molendinum ſuum permiſerit, mala ex eo farina procedit, quæ mala eſt annona, quam [...]. Hæc autem farina & vehementer diſplicet domino illi: nec [...] ex ea ſibi victum, ſed famem conquirit. Hoc itaque molendinum ſemper aliquid molens, cor eſt humanum, aſſidue aliquid cogitans. Hoc Deus vnicuique homini ſeruandum tradidit: iubens vt in eo molat, illos tamen cogitatus quos ipſe ſuggerit. Quorum cogitatuum alii vt frumentum, alii vt hordeum, alii vt auena ſunt. Puri quippe vt frumentum ſunt, quo anima replicat, cum in contemplatione poſita pure de Deo cogitat. Hi autem hordeo aſſimulantur, qui de virtute in virtutem quaſi per quoſdam [...] aſcendere meditantur. Hi etenim licet ſunt boni, minus tamen ſuperioribus ſunt perfecti. Illi vero ſunt vt auena, quibus homo intendit ſua deſerere vitia, boni namque ſunt & illi, tamen imperfectiores prædictis. Hos itaque omnes vult Deus, vt homo [...] corde reuolat, & ex iiſdem ſibi victum acquirat. *In ſimil.c.* 41.

*Sicut oculus vnus* verti non poteſt, quo non vertatur & alius, ſed in eandem partem ſemper voluitur: Sic etiam corpus & anima vel ſocietas illa iuſtorum, nihil poterunt velle diuerſum, ſed eandem ſemper voluntatem habebunt. Corpus enim vnum erimus, Eccleſia vna erimus: ſponſa Chriſti erimus, quicunque ibi erimus ipſa Dei voluntas non erit à tua diuerſa: ſed ſicut tu quod ille, & ille volet in cunctis quod tu. Caput namque à ſuo corpore [...] ſereparet. *In ſimil.c.* 65.

*Propria voluntas* cuidam herbæ venenoſæ atque mortiferæ aſſimilatur: quam medicus quidam peritiſſimus progeniei cuidam interdixit, primis parentibus comminans, qui ſe ex ea commederent, leproſi effecti proculdubio interirent. At illi præceptis eius obedire noluerunt, ſed ex eadem herba comederunt: vnde & leproſi effecti, leproſos quoque filios genuerunt: atque vt medicus eis comminatus fuerat, mortui ſunt. Quorum filii licet patres ſuos agnouerint herba illa infirmatos fuiſſe, & mortuos, ſeque [...] lepra percuſſos, & morituros: eandem tamen herbam ſuper omnes alias diligunt, indeque cibos ſuos vniuerſos condiunt: [...] quoque ſurgentes ex eadem quaſi pro medicamento [...] ſed & ſomnum ſero capturi ſimiliter faciunt. Hi igitur quam ſint dementes, omnes qui audit, aduertere poteſt. Sed nec minus dementantur, qui propria voluntate vtuntur. Ipſa eſt enim herba diaboli venenoſa ſuggeſtione venenata, & omnibus ea vtentibus peſtifera. *In ſimil.c.* 35.

*Sicut ferrum ignitum* omni ſua parte continet ignem: Sic [...] boni voluptatem, mali vero in ſe ſentient anxietatem. Hanc vero voluptatem neminem in hac mortalitate viuentem eſſe puto vel fuiſſe, qui eam vt eſt, ſenſerit vel guſtauerit, vt illius ſaporem vel habitudinem aliis declarare poſſit. *In ſimilitud.*

*D. Fauſti Epiſcop Reginenſis*: ſicut mare magnum, quod huc atque illuc ventis agitantibus volutatur: Ita ad quodcunq; bonum vel facinus, ſine vllo affectu ſuo, ſolo diuinæ poteſtatis impulſu mens humana verſatur. *De lib. arbit. l.* 1. *c.* 8.

*Deus ſicut potentia* ſua corporis humani membra diſpoſuit [...] etiam ordinatione ſua miniſterium vſumq; membrorum, bonum agere ac diſpenſare permiſit. Et ſicut dextram in omni homine [...] formauit, ſed in poteſtate hominis poſuit, vt eam quo vellet extenderet, & ad diuerſa opera conferret: Pari modo ſenſu naturali & arbitrium voluntatis in vnamquamque animam inſeruit, inſpirauit, infundit: ſed eam in manu humani conſilii moderandam & exercendam reliquit, eiuſq; officia iuri hominis dominioque permiſit: vt ſi malum deprauatus appeteret, in arbitrii libertate permiſſum ſibi ſciret licere neſciret: ſi autem bonum cuperet, [...]nem & perfectionem eius à conditore depoſceret, ad mercedem vero illius officioſa deuotio pertineret. Et ideo hominis formator & rector bonæ voluntatis, homini deputauit effectum. *Lib.* [...] *libero arbit. c.* 10.

# Libido.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Libido, Græce, ἐπιθυμία, ας, ἡ. Eſt autem libido quicquid [...]bet, diciturque à labando, *ſecundum Varronem*, quod, quæ placent in mentem prolabautur. Vnde non modo turpium, ſed etiam honeſtarum rerum voluntas libido dicitur, *Salluſtius, Magiſq;*[...] *in decoris armis, & militaribus equis, quam in ſcortis, atque conuiuiis libidinem habent. Terent. Neque tua libidine adu[…] bor, hoc eſt, voluntati.* Si vero libidinem ſimpliciter dicimus, neque cuius rei additur, de Venerea intelligimus: hinc libidinoſus, hoc eſt, in libidinem propenſus: & libidinoſe, molliter, laſciue, delica[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…Libidini ſubſunt, Ira, Excandaſcentia, Odium, Inimi-citia, Diſcordia, Indigentia, Deſiderium, & cætera huiuſmodi. ſecund. Cic. lib.4. *Tuſc.quæſt.*

Libido, cupiditas, inordinatum deſiderium: Hebr. *haghbah*, amor illicitus, perditus & inſanus, *Ezech.* 23, 11: *haghabim*, in plur. numero, Amores inſani & libidinoſi; amores ſcortatorum. *Ezech.* 23. ad finem, à verbo *haghab*, flagrauit amore inſano, exarſit impudico affectu erga aliquem, deperiit amore. *Ezech.*23.7.9.12.16.20. Hinc [illegible] amo, diligo. Cognationem habet verbum *haghab* cũ verbo *hagham*, quod ſignificat amore vero. Vehementes ſanè ſunt amores honeſti, vt & inhoneſti affectus. *Haghab* autem ſemper accipitur de flammis impuris & amore laſciuo.

¶ Loci Biblici.

Libido damnatur, *Col.*3.5. Libido tenebrarum. *Rom.*13.*v.*12.13. ob libidinem diluuium. *Gen.*6.1.&c.

¶ Patrum Sententiae.

Sine libidine non eſt parentum concubitus: ob hoc ex eorum carne naſcentium non poteſt ſine peccato eſſe coceptus. *Auguſt. de fide ad Petrum.*

Libido velut feſtuca eſt, cito accenditur, prope conſumitur. *Ambr. in quadam epiſt.*

Sæuus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquam manere quietum patitur affectum, nocte feruet, die anhelat. *Bernard. de Abel & Cain.*

Non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt. *Hieronym. in epiſt.*

Libidinoſa mens ardentius honeſta perſequitur: & quod non licet, dulcius ſuſpiratur. *ibid.*

In ſerico & in pannis eadem dominatur libido, nec regum purpuram timet, nec mendicantium ſpernit ſqualorem: multoque melius eſt ſtomachum dolere, quam mentem: imperare corpori, quam ſeruire: greſſu vacillare, quam impudicitia. Niſi ſtatim nobis pœnitentiæ ſubſidia blandiantur, quæ ſunt infelicium remedia, cauendum eſt vulnus, quod dolore curatur. *Hieron. in epiſt. ad Iulia.*

Venter mero æſtuans cito ſpumat in libidinem. Venter enim & genitalia vicina ſunt: & vnum alteri ſubminiſtrat. Ex vicinitate enim membrorum ſequitur conſideratio vitiorum. *Hieronym. in epiſt.*

¶ Poeticae Sententiae.

Sen.Hip.

*Vincit ſanctos dira libido.*

Claud. Eutrop.

*Sed quia cæcus ineſt vitiis amor, omne futurum*
*Deſpicitur, ſuadentq; breuem præſentia fructum*
*Et ruit vetitum damni ſecura libido.*

Ter. And.

*Ingenium eſt omnium*
*Hominum ab labore procliue ad libidinem.*

Iac. Billius. Anth. Sacr.

Libidinem longe certius fuga quam dimicatione
vinci poſſe.

*In reliquis vitiis ſequitur victoria pugnam:*
*Vincitur at celeri ſæua libido fuga.*
*Regius huic ceſſit vates, huic filius atq;*
*Huic Samſon: fortis, vir pius, & ſapiens.*
*His cum nec ſophia, nec ſis pietate nec æquis*
*Viribus, arripies, ſi ſapis, ipſe fugam.*
*Nemo etenim, niſi qui metuet, fugietq; periclum,*
*Tutus ab hac poterit viuere peſte diu.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Libidinis motiones non fiunt in anima, ſed ex ipſa fiunt. *Plat. En.*2.*lib.*6.*c.*3.

Libidinis locus fit circa membra, ad hoc minus conduceniia. *Plat.En.*4.*l.*4.*c.*28.

Libido eſt lex viro inſipienti, ſapienti Deus. *Fic. in Plat. de leg. dial.* 4.

Libido procliuitatem habet in corpore, & quandoque ex ipſo corpore ſeminibus quaſi turgida ſuſcitatur, quandoq; ex primo aſpectu in corpore incitato imaginationemq; mouente, vel etiam rationem: aliquando vero ex imaginatione vel etiam ratione oblectamentum excogitante, corpuſque mouente, *Fic. in Plat. En.*4. *lib.*4.*c.*28.

Libido eſt appetitus vehemens contra rationem excitatus. *Franc Patric. de reg lib.*4.*c.*8.

Libidine vehementer aguntur aues, & homines piloſi, vel quia multum humorem ambo concoquunt propter caloris copiam, vel quod multum ineſt humoris, & id à calore ſuperatur, non enim pili hominibus, & pennæ auibus oriri poſſent, niſi eſſet multus humor, & à calore vinceretur. *Ariſtot. problem. ſect.*4.*num.*32.

¶ Apophthegmata.

*Bion* Alcibiadem hoc elogio taxauit, quod adoleſcens viros abduxiſſet ab vxorib. iuuenis factus vxores à viris, *Laert.l.*4.*c.*7.

*Diogenes* animaduertens Olympionicem quendam oculos defigere in ſcortum, adeo vt præteritum capite reflexo intueretur. Ecce, inquit, vt aries Martius à puella publica, obtorto collo vinctus abducitur. Ridiculum exiſtimabat certare cum electis viris, & à vili puella veluti captiuum trahi ſine funibus. *Laert.l.*6.

*Stratonicus* quum egrederetur Heraclea ciuitate, portas ac mœnia circumſpiciebat, percontanti vero cuidam, quid circumſpiceret? Pudet, inquit, ſi videar exire è lupanari, notans corruptos eius ciuitatis mores Sunt eius nominis ciuitates multæ, ſed de Heraclea Thraſiæ ſenſit opinor. *Eraſ.lib.*6.*apoph.*

*Marius* Lucius, Mario ex ſorore nepos, quum Marius iterum conſul eſſet, vim admouit militi cuidam adoleſcenti nomine Trebonio: at is Lucium interfecit. Id factum multis incuſantibus, non inficiatus eſt adoleſcens ſe ducem ſuum interfeciſſe: ſed cauſam addidit, ac probauit. Marius itaque quum iuſſiſſet afferri coronam, pro facinore in bello præclare geſto dari ſolitam, Trebonio impoſuit: graui exemplo monens exteros, ne ſimili modo tentarent adoleſcentium pudicitiam: quando non ſolum abſoluit, verum etiam coronauit eum, qui & Imperatoris cognatum & ducem ſuum necaſſet. *Plut. in Rom. apoph.*

*Anonymus*, Nero puerum Sporum exectis teſtibus in muliebrem naturam transfigurare conatus eſt. Addita dos, additum flammeum, addita celeberrima nuptiarum ſolemnitas. Quid multis? palam pro vxore habuit. Hinc fertur cuiuſdam non inſcitus iocus: Bene agi potuiſſe cum rebus humanis, ſi Domitius Neronis pater talem habuiſſet vxorem. Sentiens, exitio totius orbis natum Neronem. Is nunquam fuiſſet natus, ſi pater Spori ſimilem habuiſſet vice coniugis.

¶ Similitudines.

*D. Hieronymi*: alligabit quis in ſinu ſuo ignem, & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur: Ita viri tactus & fœminæ, ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſæpius intelligit: *Lib.*1.*contra Iouianum.*

*Quomodo* dentium officium eſt mandere, & in aluum ea, quæ ſunt mania, tranſmittere, & non habet crimen qui coniugi meæ panem dederit: Ita ſi genitalium hoc eſt officium, vt ſemper fruantur natura ſua, meam laſſitudinem alterius vires ſuperent, & vxoris (vt ita dixerim) ardentiſſimam gulam fortuita libido reſtinguat. *ibid.*

*D. Auguſtini*: ſicut iniquum eſt auiditate poſſidendi tranſgredi limitem agrorum: Ita iniquum eſt, libidine concumbendi ſubuertere limitem morum. *Lib.*15.*de Ciuit. Dei.*

*Ciceronis*: vt quidam morbo aliquo, & ſenſus ſtupore, ſuauitatem cibi non ſentiunt: Sic libidinoſi & facinoroſi veræ laudis guſtum non ſentiunt. *Phil.*2.

*Vt turpes ſunt* qui ſe efferunt lætitia, tunc cum fruuntur venereis voluptatibus: Sic flagitioſi, qui eas inflammato animo concupiſcunt. *Lib.*4.*Tuſc.quæſt.*

*Roterodami*: minor vis ineſt in radicibus herbarum ſalubrium cum ſemen matureſcit: Ita deterior fit ingenii natura quæuis, quoties liberis gignendis datur opera. *In ſimil.*

*Thriueri*: ſicuti ſerpens nequam in congreſſu interſecat caput maſculi: Ita fere caput totius intellectus, hoc eſt ipſa ratio, excinditur iis, qui nimium indulgent Veneri. *In apoph.*

¶ Historica Exempla.

*Thracas* in Venerem fuiſſe procliues olim, hiſtorici tradidere, *Cælius lib.*18.*c.*23.*A L.*

*Balearium* incolæ mulieres adeo præ cæteris appetunt, vt mulierem à prædonibus captam, tribus aut quatuor redimant viris. *Diodorus lib* 5.*c.*6.

Apud *Babylonios* liberos & coniuges cum hoſpitibus ſtupro coire (modo pretium flagitii daretur) permittebatur. *Curtius lib.*5.& *Herodotus.*

Apud *Tyrrhenos* legem eſſe ſcribit *Theopompus lib.*43.*hiſt.* qua mulieres communes eſſe iubentur, quæ corpora maxime curant atq; ſæpius cum viris nudæ exercentur. *Athen.l.*12.*c.*5

Apud *Caunios*, Cariæ populos, iuuentus frequenter amoris gratia ad compotationes conuenit, tam viri quam mulieres & pueri. *Herodot.lib.*1.

*Romæ* in Capitolio ficus nata eſt Meſſalæ, C. Caſſii Cenſorum luſtro: à quo tempore pudicitiam apud Romanos ſubuerſam Piſo grauis auctor prodiit. *Plin.lib.*17.*c.*25.

*Volſinienſium* ſerui rerum potiti lege ſanxerunt, vt ſtupra ſua in viduis pariter atq; nuptis impunita eſſent: ac ne qua virgo ingenuo nuberet, cuius caſtitatem non ante ex numero ipſorum aliquis delibaſſet. *Varro.*9.*c.*1.

*Heruli* apud Hiſtrum flumen habitantes, impios coitus cum viris & belluis habuerunt. *Procopius de bello Gothorum lib.*2.

¶ Emblema.

Inuiolabiles telo Cupidinis.
Emblema LXXVIII. Andreæ Alciati.

*Ne dirus te vincat amor, neu fœmina mentem:*

*Diripiat magicis artibus vlla tuam:*
*Bacchica auis præſto tibi motacilla paretur,*
*Quam quadriradiam circuli in orbe loces:*
*Ore crucem & cauda & geminis vt complicet alis,*
*Tale amuletum carminis omnis erit.*
*Dicitur hoc Veneris ſigno Pagaſæus Iaſon*
*Phaſiacis lædi non potuiſſe dolis.*

* Amuletum Veneris.

Emblema. LXXVII.

*Inguina dente fero ſuffoſſum Cypris Adonin*
*Lactucæ foliis condidit exanimem.*
*Hinc genitali aruo tantum lactuca reſiſtit,*
*Quantum eruca ſalax vix ſtimulare poteſt.*

*Vide, Intemperantia, Scortatio.*

# Libri.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LIber, propriè corticis eſt genus tenuius, quod in phyllitas plures diuidi poteſt: cuiuſmodi erant quæ papyris in Ægyto detrahebantur, chartæque vſum præbebant. Libri, cortices: quod in cortricibus veteres ſtylo literas formarent. Heb. *Petſalah*, & numero plur. *Petſa Loth* decorticationes, *Geneſ.* 30.36. à verbo *Pitſel*, decorticauit, detraxit cortices in virgis. Hinc ψιλόω nudo, ψιλός, nudus, tenuis. Folia librorum & manuſcriptorum & typis editorum ſunt admodum tenuia & leuia. ψιλῶς, leuiter, ψίλωσις denudatio. Quoniam vero libri hoc eſt tenuiores arborum cortices, chartarum olim vſum præbebant, codices ex iſtis corticibus compacti libri βίβλοι, *Sepharim*, & liber βίβλος num. ſing. dicti ſunt *Sepher* autem deriuatur à verbo, *Saphar*, numerauit ordine, recenſuit per circulum, narrauit aliquid ordine, & deductis rationibus diſpoſuit. Hinc in omnib. fere linguis *Siphra*. i. litera, numerus: Gall. *ſifre* vel *chifre*, & *deſchifrer*, i. literas confusè diſpoſitas, rationes obſcuras euoluere & diſponere. *Sepher*, liber, ex literis ordine collocatis conficitur. *Sepharoth*, numeri, ex quibus arcanæ componuntur apud Magnates epiſtolæ. Vide 1. *Reg.* 2.8. & 2. *Reg.* 5.5. & *Pſalm* 21.15.

Libri liberis chariores ſunt parentibus quanto mentis filii ſunt præſtantiores, puam corporis. *Plato epiſt. lib.* 8.

Libri etiam boni ſceleſtorum hominum, vt memoria eorum auferatur, ſunt tollendi, Græcorum lege. *Idem Plat. in Creat.*

Libri de Republica magis Pytagorici & Socratici ſunt, de legibus Platonici. *Idem in Plat. de legibus dial.* 1.

De librorum copia. Dial. XLIII.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAV.

Librorum copia magna eſt. R. Opportune admodum de his ſermo oritur. Nam vt quidam diſciplinæ, ſic & alii voluptati, & iactantiæ libros quærunt. Sunt qui hac parte ſuppellectilis exornent thalamos, quæ animis exornandis inuenta eſt, neq; aliter his vtuntur quam Corinthiis vaſis aut tabulis pictis, ac ſtatuis, cæteriſque de quibus proxime diſputatum eſt. Sunt qui obtentu librorum auaritiæ inſeruiant, peſſimi omnium, non librorum vera pretia, ſed quaſi mercium æſtimantes. Peſtis mala ſed recens, & quæ nuper diuitum ſtudiis obrepſiſſe videatur, qua vnum concupiſcentiæ inſtrumentum, atq; vna pars acceſſerit. G. Librorum larga copia eſt. R. Operoſa, ſed delectabilis ſarcina, & animi iuiunda diſtractio. G. Ingens eſt copia librorum. R. Ingens ſimul laboris copia, & quietis inopia, huc illuc circumagendum ingenium his atq; illis prægrauanda memoria, quid vis dicam, libri quoſdam ad ſcientiam, quoſdam ad inſaniam deduxere, dum plus hauriunt quam digerunt, vt ſtomachis ſic ingeniis nauſea ſæpius nocuit quam fames, atque vt ciborum, ſic librorum vſus pro vtentis qualitate limitandus eſt. In rebus omnibus quod huic parum, illi eſt nimium. Itaq; ſapiens non copiam, ſed ſufficientiam rerum vult, illa enim ſæpe peſtilens, hæc ſemper eſt vtilis. G. Immenſa copia librorum eſt. R. Immenſum dicimus, quod menſura caret, ſine qua humanis quid in rebus rectum, ſibique conueniens, tu metire: Eſt in his etiam quæ optima iudicantur immenſitas atque immoderatio fugienda, ſemperq; præ oculis habendum illud comicum. *Ne quid nimis.* G. Librorum inæſtimabilis multitudo eſt. R. Maior ne tibi quam Ptolemæo Philadelpho regi Ægypti, quem Alexandrinæ Bibliothecæ quadraginta librorum millia coaceruaſſe compertum eſt, qui tamen diuerſis ex locis diu magno ſtudio quæſiti ſimul omnes arſerunt. Quod elegantiæ regum, curæque opus egregium fuiſſe ait Liuius quem Seneca reprehendit, non id elegantiæ curæq; regiæ opus dicens ſed ſtudioſæ luxuriæ: imo ne id quidem, ſed ſeipſam conquiſitis ſpectaculis inaniter oſtentantis. Et Liuii tamen dictum, & Ptolomæi factum vtcunque forſitan regiæ opes excuſeat. Et in longum publicis vſibus proſpiciens regis intentio, in hoc parte laudabilis, quod ſacras literas mundo non vtiles modo, ſed neceſſarias ſumma diligentia atque impenſa per electos ad tantum opus viros in Græcam linguam, ex Hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis non æquantibus ſed ſuperantibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico doctrinæ viro ingentis, ſed maioris curæ, plurimarum literarum, ſed plurium voluminum, duo & ſexaginta millia librorum fuiſſe legimus, quos omnes Gordiano iuniori, cuius patri fuiſſet amiciſſimus ille moriens reliquit: magna prorſus hæreditas, & multis ſuffectura ingeniis, num vero (quis dubitet) oppreſſura? Quid hic autem quæſo, ſi nil aliud egiſſet in vita, nullum illi vel ſcribendum ſtudium fuiſſet, vel quærendi labor, nil omnium tot voluminibus comprehenſorum, legere aut intelligere laboraſſet? At non ſatis habuit negotii libros ipſos ac librorum titulos, & authorum nomina, & librorum formas numerumque cognoſcere? Pulchra vero ars quæ de philoſopho librarium facit. Crede mihi non eſt hoc nutrire ſcriptis ingenium, ſed necare mole rerum atque obruere, vel fortaſſe mediis in undis more Tantaleo ſiti animam torquere, rebus attonitam, degustantem nihil, atque omnibus inhiantem. G. Libri innumerabiles ſunt mihi. R. Et errores innumeri, quidam ab impiis, alii ab indoctis editi, illi quidem religioni ac pietati, & diuinis literis, hi naturæ ac iuſtitiæ moribuſque & liberalibus diſciplinis ſeu hiſtoriæ, rerumque guſtarum fidei, omnes autem vero aduerſi, in omnibus, & præſertim primis vbi maioribus agitur de rebus, & vera falſis immixta ſunt, perdifficilis ac periculoſa diſcretio eſt. ... ad plenum authorum conſtet integritas, quis ſcriptorum inſciæ inertiæque medebitur corrumpenti omnia miſcentique? ... metu multa iam (vt auguror) à magnis operibus clara ingenia reflexerunt, meritoque id patitur ignauiſſima ætas hæc culinæ ſollicita, literarum negligens, & cocos examinans, non ſcriptores. Quiſquis itaque pingere aliquid in membranis, manuque calamum verſare didicerit, ſcriptor habebitur, doctrinæ omnis ignarus, expers ingenii, artis egens. Non quæro iam nec queror Orthographiam, quæ pridem interiit, qualitercunque vtinam ſcriberetur quod iubetur, apparet ſcriptoris infantia, rerum ſubſtantia non lateret. Nunc confuſis exemplaribus, & exemplis ... ſcribere polliciti, ſic aliud ſcribunt, vt quod ipſe dictaueris non agnoſcas, an ſi redeat Cicero aut Liuius, multique alii veterum illuſtrium, ante omnes Plinius ſecundus ſua ſcripta relegentes intelligent? & non paſſim hæſitantes nunc aliena crederent ... nunc barbara? Inter humanarum inuentionum tot ruinas ... ſacræ ſtant, cum maiore hominum ſtudio, tum vel maxime protegente ſua ſancta poemata, ſuas ſanctas hiſtorias, diuinaſque leges auctore illarum Deo, ſuamque perennitatem ſuis inuentionibus largiente. Reliquarum nobiliſſimæ pereunt, & iam magna ex parte periere, ſic ingentis damni nullum eſt remedium, ... nullus eſt ſenſus, nequeid in nouum hac in re, & virtutum & ... rum, damna ingentia negliguntur, cum tanto ſtudio minora occurratur, literarum iacturam inter minimas numeratis, ... qui numerent inter lucra. Fuit nuper non in agris, aut in ſyluis, ſed in maxima florentiſſimaque, & (quod ſtupeas) vrbe ... neque is paſtor aratorue, ſed vir nobilis, magnique apud ſuos ... loci, qui iuraret ſe magno pretio empturum, nequis vnquam ... am patriam literatus incoleret aut intraret. O vox ſaxei pectoris! Fertur tale aliquid ſenſiſſe Licinius infeſtus literis (vt ſcriptum ...) quas virus, ac peſtem publicam nominabat. Sed origo illum ruſtica forſan excuſet. Etſi enim vſque ad Cæſareum nomen aſcendiſſet, naturam tamen non exuerat. Verum eſt enim illud ... *Fortuna non mutat genus.* Sed quid de nobilibus veſtris dicam, qui non modo perire literas patiuntur, ſed exoptant vous. Equidem hic rei pulcherrimæ contemptus atque odium breui vos ... profundum ignorantiæ demerſerit. Accedent (ne à propoſito ... erremus) & ſcriptores nulla frenati lege, nullo probati examine, nullo iudicio electi, non fabris, non agricolis, non textoribus, non vlli fere artium tanta licentia eſt, cum ſit in aliis leue periculum, in hac graue, ſine delectu tamen ad ſcribendum ruunt omnes, & cuncta vaſtantibus certa ſunt pretia. Nec vero hæc ſcriptorum magis humano more lucra captantium, quam ſtudioſorum publicisque rebus præſidentium culpa eſt, quibus nulla vnquam ... ius cura fuit, oblitis quid Euſebio Paleſtinæ Conſtantinus imperarit, vt libri ſcilicet non niſi ab artificibus iiſque antiquitatis & perfecte artem ſcientibus ſcriberentur. G. Librorum bona copia eſt. R. Quid ſi capax animus non eſt? Meminiſti Sabinum illum apud Senecam, ſeruorum ſuorum ſcientia gloriantem? Quid inter te atque illum intereſt, niſi quod aliquanto tu ſtultior, vterque ... quidem alieno, verum illi ſeruorum & certe ſuorum, at tu librorum nil ad te pertinentium ingenio gloriaris. Sunt qui quicquid in libris ſcriptum domi habent, noſſe ſibi videantur. Cumque ... de re mentio incidit, hic liber, inquiunt, in armario meo eſt, hoc tantum, idque ſufficere opinantes quaſi ſimul in pectore ſit: ... ſupercilio conticeſcunt, ridiculum genus. G. Libris affluo. R. Quam mallem ingenio, & eloquentia & doctrina, multoque maxime innocentia & virtute. Sed hæc venalia non habentur vt libri, & ſi haberentur, neſcio an emptores totidem reperturi ſint quot librii Illi enim muros veſtiunt, hæc animos, qui quanto ...

…non videntur, ab hominibus negliguntur. At profecto ſi librorum copia doctos faceret aut bonos doctiſſimi omnium atque optimi ſæpe eſſe poſſent qui ditiſſimi, cuius ſæpe contrarium videmus. G. Adminicula ad diſcendum libros habeo. R. Vide autem ne impedimenta ſint potius, vt nonnullis ad vincendum multitudo bellatorum, ſic librorum multitudo multis ad diſcendum nocuit. … copia (vt fit) inopia orta eſt, qui ſi vltro adſint, non abiiciendi quidem, ſed ſequeſtrandi erunt, vtendumq; melioribus, & cauendum ne qui forſan in tempore profuturi eſſent, intempeſtiui ob… G. Multi & varii mihi ſunt libri. R. Fallit ſæpe viarum multiplicitas viatorem, & qui vno calle certus ibat, hæſit in biuio, multoque maior eſt triuii error, aut quadriuii. Sic ſæpe qui librum vnum efficacem elegiſſet, inutiliter multos aperuit euoluitque. Multa ſunt … diſcentibus, doctis pauca ſufficiunt. Nimia vtriuſq; ſunt im… ſed fortioribus humeris ſubuectantur aglius. G. Librorū … magnum numerum contraxi. R. Librorum numero ne… (qui nunc occurrat) præter regem illum Ægyptium nobilitatus eſt, neq; id ſibi tam numerus dedit quam famoſa translatio, … dubie mirum tot ingeniorum, niſi poſt vnius ingenti miraculum maius eſſet. Calle alio niti oportet, vt ex libris gloriam quæ… non habendi, ſed noſcendi, neq; bibliothecæ, ſed memoriæ commendandi, crebroq; non armario concludendi ſunt alioqui vel librario publico, vel armario ipſo glorioſior nemo erit. G. Egregios multos libros ſeruo. R. Multos in vinculis tenes, qui ſi forſitan erumperent, & loqui poſſent, ad iudicium te priuati carceris euocarent. Nunc flent taciti multa quidem nominatim illud, quod per… affluit auarus, quib. multi egeant ſtudioſi.

¶ *Similitudines.*

*Plutarchi*: vt qui decretum inferunt ad populum, adſcribunt … fortuna, ne nihil de ſuo videantur addidiſſe: Ita quidam alie… libris nugas adſcribunt, quæ nihil ad rem pertinent. *In Moralibus.*

*Eraſmi Roterodami*: ſicut in vnguentis & vinis: Ita & libris pretium addit antiquitas, *In Similib.*

*Theoceri*: inuenias ægros, qui varia ciborum genera appetunt, præſentes faſtidiunt. Tales mihi videntur, qui vario & ſemper nouo gaudent librorum numero, ſed parum illorum fruuntur auxilio. *In apophthegm.* 26.

*Roterodami*: vt illud opus eſt laudatiſſimum, in quo ſimul & ars commendat materiam, & materia viciſſim artem: Ita liber eſt optimus in quo & argumenti vtilitas commendat eloquentiam, & authoris facundia commendat argumentum. *in Simil.*

*Vt qui ſapiunt*, non ſtatim e quouis bibunt fonte, propterea quod alii ſalutem adferunt, alii perniciem, nonnulli furorem: Ita non eſt tutum quemuis librum euoluere, quod ex aliis haurias affectum animi bonum ex aliis libidinem, aut ambitionis infamiam … *ibid.*

*Timeri*: qui maxime ſolent domi ſuæ purgata ac digeſta arma oſtendere, fere iis rebus nimium valent. Idem & iis euenit, qui plurima librorum ſuppellectile conſueuerunt gloriari. *In apophthegm.* 17.

*Quidam* gaudent librorum ſuppellectile, atque illorum magis… ſpectaculo quam ſtudio, ſimiles pueris, quibus totas noctes lampades ardent, ſed parum aduigilant. *In apophthegmat.* 24.

*Vide, Diſciplina, Doctrina, Inſtitutio.*

# Licentia.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

Licentia eſt propria vitæ affectio in poſſeſſione, & vſu rerum minime parca. *Speuſip. de diffinitio Plat.*

Licentia eſt legis conceſſio. *idem ibid.*

Licentia libertas immodica, impunitas agendi, dicendique quicquid velis: … hebr. *Kiſſchaton*, Indulgentia, venia, permiſſio a verbo inuſitato *Raſchach*, indulſit, dedit facultatem. Hinc …, facultas, … indulgeo, … indulgens, facilis, vnde … 37.

¶ LOCI BIBLICI.

Licent omnia, ſed non expediunt. 1. *Cor.* 6. *v.* 12. *&* 10. 23.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Ouid. 3. Amo.

*Cui peccare licet, peccat minus: ipſa poteſtas*
*Semina nequitiæ languidiora facit.*

Seneca in Troad.

*Minimum decet, libere, cui multum licet.*
*Cui plus licet quam par eſt, plus vult quam licet.*
*Quando plus liceat, tam libeat minus.*

Auſonius.

*Quid liceat, neſcimus adhuc, & cuncta licere Credimus?*

Ouidius.

*Quod licet, ingratum eſt: quod non licet, acrius vrit.*

Idem ibid. lib. 3.

*Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata:*
*Sic interdictis imminet æger aquis.*

Sen. in Octa.

*Id facere eſt quod decet, non quod licet.*

Horat. 3. Carm. 24.

*O! quiſquis volet impias*
*Cædes, aut rabiem tollere ciuicam.*
*Si quæret pater vrbium.*
*Subſcribi ſtatuis, indomitam audeat*
*Refrenare licentiam.*

Ter. Heaut.

*Nam deteriores omnes ſumus licentia.*
*Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id*
*Putabit prauum, an rectum ſiet, quod petet.*
*Tu rem perire, & ipſum, non poteris pati.*
*Dare denegaris, ibit ad illud illico,*
*Quod maxime apud te valere ſentiet:*
*Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.*

Idem Adelph.

*Verum nimia illa licentia*
*Profecto euadet in aliquod magnum malum.*

Iuuen. 14.

*Nemo ſatis credit tantum delinquere, quantum*
*Permittas, adeo indulgent ſibi latius ipſi.*

Claud. 4. Hon.

*Procliuior vſus*
*In peiora datur ſuadetque licentia luxum,*
*Illecebris effrena fauet: tunc viuere caſte*
*Aſperius, cum prompta Venus tum durius ira.*
*Conſulimus, cum pœna patet.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIÆ.

Licentia vbi eſt, ibi nimirum quiſq; propriam vitæ ſuæ formam conſtituit, prout cuiq; placuerit, *Plat. de Repub. dial.* 8. 9. Licentia mater impudentiæ, *Plat. de leg. dial.* 3.

¶ APOPHTHEGMATA.

*Anonymus*, Lacon quidam cum veniſſet Athenas, vidiſſetq; illic præcones, qui muriam promitterent, qui obſonium, qui publicanos & leones, aliaſq; parum honeſtas functiones profiterentur, neq; quidquam ſibi turpe ducerent, vbi reuerſus eſt in patriam, ciuibus percontantibus quomodo ſe res haberent Athenis? Omnia inquit, honeſta: per ironiam innuens, Athenis omnia haberi honeſta, turpe nihil. Argutia dicti eſt in ambiguo ſermone. *Plut. in Lac. apophthegm.*

*Ageſilaus* notans præpoſteram licentiam, eorum qui Aſiam incolebant, eius gentis corruptis moribus, dicere ſolebat: Inter illos qui improbi eſſent, eos eſſe liberos, contra qui probi eſſent, eos eſſe ſeruos, quod ibi licerent, omnia virtus odio haberetur.

*M. Cato* ſtudioſe magiſtratum ſemper admonere ſolitus eſt, vt delinquentes in Republ. grauiter caſtigarent. Sentiens, nihil pernitioſius eſſe in Republica, quam licentiam, quam adeo non ferendā in ciuitate putauit, vt iudicaret magiſtratum lapidandum qui coercere poſſet, non tamen facere. *Plut. in Rom. apoph.*

*M. Antonius Verus* dicebat, difficile eſſe, in maxima licentia moderari ſibi & cupiditatib. quaſi frenos imponere. *Herodianus lib.* 1.

*Antonius Caracalla.* Eius nouerca, cum eſſet pulcherrima, veluti per impudentiam corpus magna ex parte nudauit. Cumq; dixiſſet Caracalla: Vellem, ſi liceret: Si libet, inquit illa, licet. An neſcis te Imperatorem eſſe, & leges dare, non accipere? Ea mulieris vox Caracallam Imperatorem ad deteſtabile facinus pertraxit. *Ex Ælio Spartiano.*

¶ SIMILITVDNIES.

*Plutarchi*: Qui dimiſſi à pædagogis, ſuo relinquuntur arbitrio, non abiiciunt Imperium, ſed mutant principem: nam pro pædagogo iam rationi parient. *In Moralibus.*

*Vt qui è vinculis* emittuntur, licentius vagantur, quam ii, qui nunquam fuerunt in vinculis: Sic pueritia cum à præceptoris gubernatione ſoluitur, *In Moral.*

*Vide, Libertas, Innocentia, Intemperantia.*

# Lingua.

¶ DEFINITIONES ET ETYMOLOG.

Lingua, Græce γλῶσσα, ης, ἡ, & γλωσσώδης, εος, ὁ, ἡ, linguoſus dicitur. Dicitur autem lingua à lingendo cibo, *ſecundum Marcum Varronem.*

Lingua dicitur à lingendo, quia lingit adulando, mordet detrahendo, *ſecundum Hugo libr.* 2. *de anima.* Placet tamen magis opinio Varronis: Lingua enim cibos conglobat, & deprimit ac

 transmit-

tranſmittit in ventrem : vel dicitur, quod ſit dentium ſeptis quaſi muro circumuallata ac ligata.

Lingua, pars corporis nobiliſſima, voci formandæ dignocendiſque ſaporibus deſtinata. Heb. *Laſchon*, vnde Gallis *Leſcher* proprius linguentis linguæ effectus De hac voce obſeruatu digna leguntur in etymologico trilingui Lugdun. 1067. *pag.* 429. Vnde ſequentia deſcripſimus. Lingua appellatur & *Saphah* : Labium, Geneſ. 11. 1. *Erat omnis terra labiis vnius*, id eſt, ſermone vno & iiſdem verbis omnes Noachi Patriarchæ poſteri vtebantur: quoniam labium primum, & apparens eſt ſermonis inſtrumentum, & veluti ianua per quam ſermo egreditur. Vocatur & *Peh*. Os, Exod. 4. 11. Quis poſuit *Peh* homini Quis dedit homini loquendi facultatem. Dicitur & *garon*, guttur, Iſai. 58. 1. quod in gutture ad aerem (qui eſt medium in locutione) quædam ſit diſpoſitio: quippe citra aeris attractionem & reſpirationem ad arteriam vocalem nemo loqui poſſit. Nomine vero palati aut dentium non appellatur, quod in locutione cooperari ita apparenter & ſenſibiliter hæc inſtrumenta non videantur. Quandoquidem vero plurimum plæriq; fere homines omnes, donec Spiritu Sancto (qui eſt Spiritus veritatis) d[illegible]antur potius garrire nugari, delirare, vel ſibi ipſis aut aliis obloqui, potius quam recte ornate, ſapienter loqui videntur: & ſæpiſſime ex eadem lingua, vt ex medicatis fontibus, calidum & frigidum quid fluere ſentimus, Hebræi de maledico agentes dicunt, *Laſchan*, iiſdem literis, ſono paulum diuerſo, i. e. Lingua fuit oblocutus eſt obtrectauit, detulit aliquem lingua ſua, detraxit falſa accuſatione. Hinc λεσχηνίτης. calumniator, obtrectator, Gall. *Langard*: λεσχηνεία, contumelia, obtrectatio, λέσχη lingua,

## ¶ LOCI BIBLICI.

Lingua pro idiomate, *Gen.* 11. 7. pro idiomate peregrino, 1. *Cor.* 14. *v.* 2. 14. pro domo linguarum per ſe conſiderato. *v.* 19. Lingua vna erat initio *Gen.* 11. *v.* 16. Lingua bona laudat. *Prou.* 15. 4. & 18. 21. Lingua a Deo gubernatur, 16. 1. Lingua moderanda & cohibenda *Leu.* 19, 16. *Iob.* 5. 21. *Pſal.* 34. 13. & 52. 4. & 140. *verſic.* 4. 12. & 141. 3. *Prou.* 4. 24. & 10. *v.* 18. 19. & 11. 6. & 12. *v.* 13. 14. 19. & 13. *v.* 2. 3. & 15. 2. & 16. *v.* 27. 28. & 17. *v.* 20. 27. & 18. 21. & 21. 23. & 25. 28. & 26. 20. & 30. 11. *Eccl.* 5. 2. *Sap.* 1. 11. *Eccl.* 14. 1. & 5. 16. & 20, 5. & 22. 33. & 23. 17. & 25. 12. & 21. 17. *Mat.* 12. 36. *Luc.* 6. 45. 1. *Cor.* 15. 33. 1. *Petri* 2. 1. & 3. 10. *Iac.* 1. *v.* 19. 20. & 3. *v.* 5. 8. & 4. 11. Lingua non niſi cum difficultate fr[æ]natur, *Iac.* 3. 8. Lingua Angelorum, pro ſingulari & eximia. 1. *Cor.* 13. 1. Lingua mala quam noxia, *Prou.* 18. 21. *Iac.* 1. 26. & 3, *v.* 5. 9. Linguarum diuiſio ex ſuperbia orta, *Gen.* 11. 8. Linguarum domum credentibus collatum, *Act.* 10. 46. 1. *Cor.* 12. *v.* 7. 10. 28.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

Mors & vita in manibus linguæ, qui diligunt eam comedent fructus eius. *Prou.* 18.

Qui cuſtodit os ſuum & linguam ſuam: cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam. 21.

Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ: quoniam os mentiens occidit animam. *Sap.* 1.

Beatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. *Eccl.* 14,

Eſt qui labitur lingua ſua, ſed non ex animo. Quis eſt enim qui non deliquerit in lingua ſua? 19,

Eſt tacens, qui inuenitur ſapiens : & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum. 20.

Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, vt non cadam in ipſis, & lingua mea non perdat me? 22.

In diſciplinata loquelæ non aſſuetcat os tuum eſt enim in illa verbum peccati. 23.

Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos, coerceat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne loquantur dolum. 1. *Petr.* 3.

### *Quid loquendum.*

Quia donec ſupereſt halitus in me, & Spiritus Dei in naribus meis non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium, *ibid.* 27.

Dixi cuſtodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. *Pſ.* 38.

Dedit enim mihi Dominus præmio linguam, qua laudabo ipſum. *Eccl.* 5.

Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt ſciam ſuſcitare eum qui lapſus eſt verbo. *Eſa.* 50.

### *Quomodo loquendum.*

Reſpondere obſecro abſq; contentione, & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate, & non inuenietis in lingua mea iniquitatem nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit. *Iob.* 6.

Lingua placabilis lignum vita. *Prou* 15.

Noli citatus eſſe in lingua tua : & inutilis, remiſſus in operibus tuis. *Eccl.* 10.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua gratioſa eucharis in bono homine abundat. 6.

Quid gloriaris in malitia ? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua. Dilexiſti malitiam. Dilexiſti omnia verba præcipitationis lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te in finem. *Pſ.* 51.

Vir linguoſus non dirigetur in terra. *Pſ.* 139.

Vbi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas. *Prouerbior.* 14.

Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labiis mendacibus. 17,

Lingua imprudentis ſubuerſio eſt ipſius. *Eccl.* 5.

Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua tua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem. 28.

Si quis putat ſe religioſum eſſe non refrenans linguam ſuam [illegible] ius vana eſt religio. *Iac.*

Lingua modicum quidem membrum eſt, & magna [illegible] quantus ignis, quam magnam ſyluam incendit. Et lingua ignis [illegible] vniuerſitas iniquitatis Lingua conſtituitur in membris noſtris, [illegible] maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis noſtræ [illegible] flammata à gehenna. *ibid.*

Omnis natura beſtiarum, & volucrum, & ſerpentinum, & [illegible] rorum domantur, & domita ſunt natura humana. Linguam [illegible] nullus hominum domare poteſt: inquietum malum plena veneno mortifero. *ibid.*

In ipſa benedicimus Deum & patrem, & in ipſa maledicimus [illegible] mines, qui ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti ſunt. Ex ipſo [illegible] procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei [illegible] fieri. *ibid.*

### *Lingua proximum moleſtat.*

Filii hominum dentes eorum arma ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. *Pſ.* 56.

Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua [illegible] ſa. 11. 9.

Os bilingue deteſtor, *Prou.* 8.

Verba impiorum inſidiantur ſanguini : os iuſtorum [illegible] eos, 12.

Lingua fallax non amat veritatem & os lubricum operatur [illegible] nas. 26.

Verbum nequam immutabit cor ex quo partes quatuor [illegible] tur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum [illegible] dua lingua. *Eccl.* 37.

### *Diſcordiam ſeminat.*

Verba bilinguis quaſi ſimplicia, & ipſa perueniunt vſque ad [illegible] riora ventris. *Prou.* 18.

Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus, & temerarius [illegible] verbo ſuo odibilis erit. *Eccl.* 7.

Lingua tertia mulieres iuratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. Qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit am[icum] in quo requieſcat. 28.

Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. *ibid.*

## ¶ SENTENTIÆ PATRVM.

Ante te eſt æquitas, vnam linguam habes, ad quod vis [illegible] tes. Quare ergo potius ad iniquitatem, & non ad æquitatem? [illegible] amaritudinis, non das ventri, & cibos iniquitatis das linguæ malignæ, ſicut eligis quo veſcaris, ſic elige quod loquaris. *Aug. de natura & gratia.*

Linguam nullus hominum domare poteſt. Homo domat feram non domat linguam. Domat leonem, & non frenat ſermonem [illegible] mat ipſe & non domat ſeipſum. Domat quod timebat, nec [illegible] mat, Non timet, quod timere debebat. *Idem lib. 1. de verbis Domini.*

Pro ſigno ſunt interiores hominis verba erumpentia, quo[illegible] libidinoſum qui ſua celat verba & vitia callide, interdum turpi [illegible] uſo demonſtrat, (minoribus enim maiora monſtrantur) vultu [illegible] oculis diſſimulari non poteſt conſcientia, dum luxurioſa & [illegible] mens lucet in facie, & ſecreta cordis motu corporis, & geſtibus [illegible] dicat. *Hieron. ſuper 12. prophetas, lib. 2. ſuper illud Ezech. Filii [illegible] minis.*

Quoties vero loquimur aut non importuno tempore, aut non in opportuno loco aut non vt conuenit audientibus: toties ſermo malus procedit de ore noſtro, ad deſtructionem eorum qui aud[iunt]. Conſideremus itaq; quid loquamur, quia pro omni otioſo verbo reddituri ſumus rationem in die iudicii. *Idem & hab. 22. q. 5. cap. Quoties.*

Alliga ſermonem tuum ne luxuriet, ne laſciuiat. Qui multiloquio peccat ſibi colligat, ſi reſtrictior, & ripis coerceatur. C[ito] tum colligit amnis & vndas : iugum ſit verbis tuis, & ſtatera atque menſura, vt ſit grauitas in ſenſu, in ſermone pondus, atque in verbis modus.

Sapiens priuſquam loquitur multa conſiderat quid dicat, cui dicat, quo in loco & tempore. *Ambroſ. li. 1. de offic.*

Praui ſicut in ſenſu leues ſunt, ita in locutione præcipites: quia quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit.

Cum

Cum intentionem bonam loquutio cauta non ſequitur, ipſa pietatis propoſitio in tranſgreſſionis vitium vertitur. *Gregorius lib. 5. Moral.*

In omni quod dicitur, neceſſe eſt, vt cauſa tempus, & perſona ſuffragetur, ſi verba ſententiæ veritas roboret: ſi hanc tempus congruum poſtulet, & ſi veritatem ſententiæ & congruentiam temporis perſonæ qualitas non impugnat. *Idem in Moral. lib. 6. in fin.*

Omne verbum otioſum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicii. Otioſum quippe verbum eſt, quod aut ratione iuſtæ neceſſitatis, aut intentione piæ vtilitatis caret. *Greg. 7. Moral. & in paſt. par. 3.*

Si illatas moleſtias lingua tranquille diceret, à conſcientia dolor emanaret. Vulnera enim clauſa plus cruciant, quia cum putredo quæ intus feruet, eiicitur, ad ſalutem dolor aperitur. *Idem li. 7.*

Lingua ſub magni moderaminis liberatione ſeruanda eſt, non inſolubiliter obliganda, ne aut laxata in vitium, defluat, aut reſtricta etiam ab vtilitate torpeſcat. *Greg. 3. Moral.*

Hi ſunt caſus culpæ creſcentis, vt lingua cum non reſtringitur, nunquam vbi ceciderit, iaceat, ſed ſemper ad deteriora deſcendat. *Idem li. 16. Moral.*

Qui dimittit aquam, caput eſt iurgiorum. Aquam quippe dimittere, eſt linguam in fluxum eloqui relaxare, quomodo contra in bona etiam parte dicitur, Aqua profunda, verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput eſt iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam diſſipat. *Idem libr. 5. 7. Moral. & in Paſtoral.*

Malum hominem melius poſſet tacendo aliquis vincere quam reſpondendo, quia malitia non inſtruitur ſermonibus, ſed excitatur. Ideo dominus recedendo compeſcere ſtuduit, quos reſpondendo non compeſcuit. *Ioan. Chryſ. ſuper Matth.*

Lingua dicitur, quia lingit adulando, mordet detrahendo, attrahit mentiendo, ligat, & ligari non poteſt labilis eſt, & teneri non poteſt, ſed labitur & fallit. Labitur vt anguilla, penetrat, vt ſagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, ſeminat diſcordias, vno ictu multos percutit & interficit, blanda eſt & ſubdola, & parata ad exhaurienda bona, & miſcenda mala. Qui cuſtodit linguam ſuam, cuſtodit animam, quoniam mors & vita in poteſtate linguæ eſt. *Hugo. lib 2. de anima.*

Quis eſt hominum ſic cautus, vt ſi inter æmulos loquatur, nullũ eius verbum incurrat aliquam quæſtionem? Difficilis res eſt, in lubrico fucium conſtitutam veritatis rigidæ tenere menſuram, cui ſi inanter frena laxentur frequenter contra ſe loquitur Facilius enim culpa tacendo refugitur, quam loquendo. Salomon dicit: Ori tuo facito oſtium & ſeram, & verbis iugum atque ſtateram, *Caſſiod. ſuper illud Pſal. Dixit, cuſtodiam.*

Platone ſanciente didiciſti. cognatos de quibus loquuntur rebus oportere eſſe ſermones. *Boet. de conſolat. l. 2. proſa. 12.*

Dolus eſt, cum aliud quis lingua loquitur, aliud voluit in corde: quod crimen neſcio ſi nudos quoſq; & electos relinquat. Sed puto quod alius plus, alius minus, nemo tamen ſit ab hoc perfecte liber, niſi ille de quo dicitur: Qui peccatum non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. *Orig. ſuper epiſt. ad Rom. li. 5.*

¶ Poeticae Sententiae.

Ouid. 1. de fine titul.

*Turpe reos empta miſeros defendere lingua.*
*Quod faciat magnas turpe tribunal opes.*

Iuuen. ſat. 9.

*Viuendum eſt recte, cum propter plurima, tum his.*
*Præcipue cauſis, vt linguas mancipiorum*
*Contemnas, Nam lingua mali pars peſſima ſerui.*

Fauſtus,

*Nil melius lingua lingua nil peius eadem:*
*Triſtia cum dulci toxica melle gerit.*

Senec. tragœdia 4.

*Curæ leues loquuntur, ingentes ſtupent.*

Idem Tragœdia 9.

*Animi retine verba furentis.*
*Temere emiſſam comprime vocem.*

Phocylidest

Ὅπλον τοι λόγος ἀνδρὶ τομώτερόν ἐστι σιδήρου.
Ὅπλον ἑκάστῳ νεῖμε θεὸς, φύσιν ἠερόφοιτον
Ὄρνισι μὲν πολλὴν ταχύτητ', ἀλκήν τε λέουσι,
Ταύροις δ' αὐτοφύτοις κέρασσι, κέντρα μελίσσαις
Ἔμφυτον ἄλκαρ ἔδωκε λόγος δ' ἔρυμ' ἀνθρώποισι.

Id eſt.

*Scutum ſane ſermo homini potentius eſt ferre*
*Scutum vnicuiq; tribuit Deus naturam volantem*
*Auibus quidam, multam celeritatem, fortitudinemq; leonibus.*
*Tauri autem innata cornua, aculeos apibus*
*Innatum auxilium dedit, ſermo autem defenſaculum hominibus.*

Bias.

Ἄκουε πολλὰ, λάλει δ' ὀλίγα.
*Audi multa, ſed loquere pauca.*

Pittacus.

Γλῶττα μὴ προτρεχέτω τοῦ νοῦ.
*Lingua ne præcurrat mentem.*
Μὴ σπεῦδε λαλῶν.
*Noli feſtinare loquendo.*

Heſiodus.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.
Φειδωλῆς πλείστη δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης.
*Optimus eſt homini lingua theſaurus & ingens*
*Gratia quæ parcis menſuras ſingula verbis.*

Menander.

Πρὸς εὖ λέγοντας οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.
*Aduerſus benedicentes nihil contradicere habeo.*
Ἰσχυρότερον δ' οὐδὲν ἐστὶν τοῦ λόγου.
*Potentius autem nihil eſt ſermone.*
Λόγος γάρ ἐστι λύπης φάρμακον μόνος.
*Sermo enim eſt triſtitiæ remedium ſolus.*
Λόγῳ μ' ἔπεισας, φαρμάκῳ σοφωτάτῳ.
*Sermone me perſuaſiſti, remedio ſapientiſſimo.*
Λόγοις ἀμείβου τὸν λόγοις πείθοντά σε.
*Sermonibus reſponde ſermonibus illi qui perſuadet tibi.*
Λύπην γὰρ εὔνους οἶδεν ἰᾶσθαι λόγος.
*Triſtitiam enim beneuolus ſcit medicari ſermo.*
Λόγῳ διοικεῖται βροτῶν βίος μόνῳ.
*Sermone adminiſtratur mortalium vita ſolo.*
Μέγιστόν ἐστιν ὀργῆς φάρμακον λόγος,
*Maximum eſt iræ remedium ſermo.*
Ὁ λόγος ἰατρός ἐστι τοῦ κατὰ ψυχὴν πάθους,
*Sermo medicus eſt in animo paſſionis.*
Ῥῆμα παρὰ καιρὸν ῥηθὲν ἀνατρέπει βίον.
*Verbum contra opportunitatem dictum ſubuertit vitam.*
Ῥίψας λόγον τις οὐκ ἀναιρεῖται πάλιν.
*Cum omiſerit ſermonem aliquis, non reſumet rurſus.*
Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος.
*Animi ægrotantis eſt medicina ſermo.*
Δύσμορος ἴσθι μᾶλλον ἢ κακήγορος.
*Infelix, ſis potius quam maledicus.*
Ἀνδρὸς χαρακτὴρ ἐκ λόγου γνωρίζεται.
*Viri character ex ſermone cognoſcitur.*

Appollinarius.

Ἂν μὲν ἀπόντα λέγῃς με κακῶς, οὐδὲν ἀδικεῖς με,
Ἂν δὲ παρόντα καλῶς ἴσθι κακῶς με λέγων.
*Si me bene abſente dixeris male nulla aſſicis iniuria me.*
*Si de me præſente bene, ſcias te male de me dicere.*

Theodorides.

Θνητοῖς ἐν γλώσσῃ δολίᾳ νόσος ἐστ' ἀχάλινος,
Ἀφροσύνη τίκτει πολλάκι δυστυχίαν,
*Mortalibus in lingua doloſa morbus effrenis,*
*Stultitia parit ſæpe infelicitatem.*

Ouid. amorum lib. 2. eleg 2.

*Vidi ego compedibus liuentia crura gerentem,*
*Vnde viri inceſtum ſcire coactus erat.*
*Pœna minor merito nocuit mala lingua duobus,*
*Vir doluit: fama damna puella tulit.*
*Crede mihi nulli ſunt crimina grata marito:*
*Nec quenquam, quamuis audiat illa iuuant.*

Horat. art. poet.

*Triſtia mæſtum.*
*Multum verba decent, iratum, plena minarum,*
*Ludentem laſciua, ſeuerum, ſeria dicta.*
*Format enim natura prius nos intus ad omnem*
*Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram,*
*Aut ad humum mærore graui deducit. & angit:*
*Poſt effert animi motus interprete lingua.*

¶ Sententiae Philosophicae.

¶ De amiſſione linguæ, & loquelæ. Dial. CIII. *Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Quid quod linguam & loquelam perdidi? R. Quid ſi ſecuritatem & requiem inueniſti? quam multos manu innoxios lingua peſſundedit? eſt voluptas ſtulta quidem, ſed communis volentium videri feciſſe, quæ non faciunt, nec poſſunt. Mentitus eſt, qui Iſraeliticum regem, filiumq; eius occidiſſe ſe dixit, & facti innocens, mendacii pœnam luit, vt periculũ ceſſet, quantus eſt labor loqueris reſpondere, fabulari, fingere comere verba, ſententias librare, cogitare quid & qualiter dicas, quamq; ſuauiter aerem verberes (ita enim vocem ipſam diffiniunt) qualiter quoq; non liguam modo, ſed reliquum corpus moueas. Nã & huic ſe porrigit pars vna Rhetoricæ, qualiter meditabundus humi frontem defigas, quam quorſumue manum porrigas, quo terrã ferias pede? an non ſatis hæc operoſa cõcinnitas, & prærepta pene muſicis opera, vt dulciter ſones angi, an nõ vere loqui labor

qui labor & ſilentium quies? D. Nullatenus loqui poſſum. R. Quæ deficiente eloquentia dicebam, multa dignius perdita repetuntur lingua. Quando igitur loqui nequis, tace, & quod neceſſitas iubet volens facito. Quod ipſi, qui loqui poſſunt, ſæpe vtilius facerent, ſæpe dolent non feciſſe. Tace, inquam, neu te damnum pati putes, tacens cogita, & quieſcens tecum loquere. quæ meliora eſſe quam perorare, ne diſerti quidem negent. D. Mutus factus ſum R. Si muti fuiſſent Cicero & Demoſthenes, diutius vixiſſent, & leuius obiiſſent. D, Linguæ vſum omnem perdidi. R. Et mentiendi conſuetudinem, & fallendi artes, & inimicitiarum. quærendæq; infamiæ inſtrumentum. Plures enim lingua ſunt quam factis infames. Nulla pars corporis ad nocendum promptior, ad frænandum difficilior. Merito ergo quaſi magnum aliquid, atq; rarum protulit ille, qui dixit. Cuſtodiam vias meas, ne delinquam in lingua mea. Quod cum ſanctus quidam vir, qui ad diſcendum ſacras literas acceſſerat audiuiſſet, abiiſſe dicitur, nec amplius audire voluiſſe. Cumq; poſt longum tempus præceptor ſuus illum admirans ſciſcitaretur, quid tā diu abſens cœptum opus omiſiſſet, reſpondiſſe dicitur, quod primū illud ei verbum ſat ſuperq; negotii attuliſſet, nec dum illud vnum omni ſtudio poſſet implere, hanc tibi cuſtodiam, & hoc frænum, ſeu à natura quidem, ſeu à fortuna oblatum, ne contempſeris, libēſque te regendum præbe, neue contra tuam ſortem calcitres D. Linguam amiſi R. Nunc maxime, quod ſapiens iubet, omni cuſtodia ſerua cor tuum è duab. cuſtodiis ad vnam redactus, & dimidia laboris parte liberatus, facilius pauca cuſtodies, & precioſa vigilantius. D. Linguam perdidi. R. in quibuſdam paucis nobile & argutum membrum, in magna autem parte hominum nocens atq; peſtiferum, & quo multis caruiſſe melius. Sic non ſolum in ſeruo verum cernitur, quod Satyricus ait. *Lingua mali pars peſſima ſerui*, ſed in plerisq; etiam liberis, quibus nihil peius dedit natura, quam linguam. Bella, doli, adulteria corruptelæque omnes pene ceſſarent, niſi lingua malum ſemen & ſpargeret, & foueret. D. Linguam perdidi. R. Si malam, lucratus es plurimum. Magnæ enim diuitiæ ſunt, eſſe inopem malorum. Hæc qui non habet diues naſcitur, at qui perdidit, diues fit, & nouo auctus cenſu perdendo inuenit, quod inueniendo perdiderat. Quod ſi bonam perdidiſti, dico iterum: Cor conſerua, amiſiſti quidem quo placeres hominibus, ſerua quo placeas Deo. Cui ſi lingua non potes, corde loquere, Si enim de malis ſcriptum eſt. *Labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt*. Cui non piorum in corde pia labia eſſe, & ipſi corde etiam loqui poſſunt vbi ſint aures Dei? Verumq; ſit quod alibi ſcribit idem: Non occultatū os meum ad te, qupd feciſti in occulto. Nulla enim ſecretiſſimarum quoq; cogitationum abſcondita eſt Deo, nec tacitos, minus quam clamantes audit. Imo non eſt apud illum clamor altior, vehementiorque, quam cordis clamor, ille ſilentio delectatur. Hunc clamorem compreſſis labiis promebat ille gregis primum, poſtmodum populi paſtor famoſiſſimus qui audire meruit vocem Dei dicentis ſibi quid clamas ad me? non loquebatur, & clamabat, imo quidem loquebatur, ſed corde. Sicut autem qui Deum audit ſurdus non eſt, ſic quem Deus audit, non eſt mutus.

Turpe eſt aliud loqui & aliud ſentire. *Senec. ad Lucil. in epiſt.*

Non multis verbis opus eſt, ſed efficacibus. Seminis modo ſpargenda ſunt. *idem epiſt.* 38.

Quemadmodum ſapienti viro inceſſus modeſtior conuenit, ita oratio preſſa, non audax. Summa ergo ſummarum hæc erit, tardiloquum te eſſe iubeo. *idem epiſt.* 40,

Nemo quod audierit tacebit. Nemo quantum audierit loquetur. *idem in epiſt.*

Imago animi ſermo eſt. Qualis vir, talis oratio Magnum eſt vocis & ſilentii temperamentum. Garrulo non reſpondere, conuitiū eſt.

Loquax inimicus quam taciturnus minus offendit. *Idem in Prouerbiis.*

Vt licentioſa mancipia animi imperio rege linguam, cupiditatemq; opprime, ſi non potes, paululum remitte. Sæpe ea quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore.

Priusquam promittas, delibera: ſed cum promiſeris, ſtatim facias.

In hoc incumbe, vt libentius audias quam loquaris. Auribus frequentius vtere quam lingua. Qui neſcit tacere, neſcit loqui, *idem de moribus.*

Propter hoc nobis datus eſt ſermo, vt præſto forent mutuæ voluntatis indicia, *Plato in Timao.*

Qualis vnuſquiſque eſt, talia dicit, & talia operatur, & taliter viuit. *Ariſt. li.* 4.

Nullum illorum animalium ſermonem habet, niſi homo.

Homini natura ſermonem dedit, *idem lib.* 1. *Polit.*

Noli cito loqui Eſt enim inſaniæ indicium, dicebat Bias. *Laert. Diog. de vita & mor philoſophorum.*

Oportet enim verſari in conuiuio ſermones, vt caſtitate integros, ita appetibiles venuſtate. *Macrob. Saturnaliorum l.* 1.

Nam ſuperfluum video, inter ſapientes nota proferre: Sic etiam loquendum eſt cum hominibus, tanquam dii audiant, & ſic loquendum cum diis, tanquam homines audiant. Cuius ſecunda pars ſentit, ne quid à diis petamus quod velle nos, indecorum ſit hominibus confiteri. *Macrob. Saturnal. libr.* 1.

Hæc vna de philoſophiæ virtutibus, quia cum orator [illegible] ſi orando probetur. philoſophus non minus tacendo pro tempore, quam loquendo philoſophatur. *idem l.* 7.

Omnium terrenorum nihil homine præſtabilius prudentia [illegible] dit ei quidnm linguæ, & dentium vallum, & ipſius oculi [illegible] acceſſit: quod quidem aliis animantibus ad explendam [illegible] ceſſitatem, inferendaſque ventri copias comparatum eſt, ſed [illegible] ni promptuarium potius rectæ rationis & ſuauiſſimæ orationis [illegible] tum eſt: vt quæ prudentia corde concepit, ea ſenſu promat [illegible] *Lucius Apuleius de dogmate Platonis.*

Qui ſunt leues & futiles, & importuni locutores, quiq; [illegible] rum pondere innixi, verbis humidis & lapſentibus defluunt, [illegible] orationem bene exiſtimatum eſt in ore naſci, non in pectore, [illegible] guam autem debere aiunt non eſſe liberam, nec vagam, ſed [illegible] culis de pectore imo, ac de corde apertis moueri, & quaſi [illegible] nari.

Heſiodus poetarum prudentiſſimus linguam non vulgandam ſed recondendam eſſe dicit perinde vt theſaurum. Eiuſque eſſe promendo gratiam plurimam, ſi modeſta, & parca, & modulata [illegible] *Gell. Noctium Attic. lib.* 1. *ca.* 15.

## ¶ Apophthegmata.

*Thales* Subinde admonere ſolitus erat, ne ita loquamur [illegible] micis, vt ſermo nos in ius vocet. Quo docere voluit caute de [illegible] tibus etiam coram amicis loquendum eſſe, ne nos apud alios [illegible] rant, & noſtra loquacitas vergat nobis in magnum malum *Laert. li.* 1. *ca.* 1.

*Pythagoras* gladii plagam quam linguæ leuiorem eſſe dicebat, ille enim corpus, hæc animum vulnerat, *Anton. & Max. ſer. de loquacitate.*

*Chilon*, non committendum eſſe dicebat, vt lingua præcurrat animum. Admonens, prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in verba. Neſcit enim vox miſſa reuerti. *Laert. li.* [illegible] *cap*: 4.

*Idem* præcipiebat, linguam cum alias ſemper, tum præcipue in conuiuio continendam, quod illic cibus & potus inuitet ad intemperantiam. Porro vbi plus eſt periculi, ibi maior eſt adhibenda cautio. *Laer. li.* 1. *ca.* 4.

*Idem* à quodam interrogatus, quidnam apud homines omnium eſſet difficillimum? Retinere, inquit, ea quæ cupimus eſſe arcana. Quo dicto innuit, quanta hominum ſit linguæ licentia, qui ea quæ in cordibus recondita eſſe deberent, liberius loquendo effundunt. *Laer. li.* 1. *cap.* 4.

*Bias*, adoleſcente quodam intempeſtiuas nugas crebro iactante adeo vt neq; modum eſſet habiturus, neq; finem: Qui factum [illegible] inquit, vt à quo ſcatere verbis didiciſti, ſilere non didiceris? *Stob.*

*Bion*, cuidam immodice loquaci, vt ſibi ſubueniret oranti, [illegible] dit: Abunde tibi morem geram, ſi aduocatos miſeris, non [illegible] pſe. *Laert, lib.* 4. *cap.* 7.

Anacharſis interrogatus quid eſſet in homine peſſimum, & quid optimum? reſpondit, Lingua. Sentiens idem membrum plurimam adferre vtilitatem, ſi recta ratione gubernetur: peſtilentiſſimum eſſe, ſi ſecus. *Laert. l.* 1. *c.* 9.

*Zeno*, adoleſcentulo plurima effutienti immoderatius quam [illegible] erat: idcirco, inquit, aures habemus duas, & os vnum: vt plura audiamus, loquamur perpauca. *Laert li.* 7.

*Idem* audiens adoleſcentem plus ſatis loquentem in conuiuio ait: Aures in linguam defluxere. Alluſit autem ad naturæ artificium, quæ hominibus duas aures fecit. linguam autem vnam tantum vt diſceret, plura quidem audienda eſſe, non autem temere effundenda omnia. *Laertius libro* 7. *cap.* 1, *Maximus ſerm.* 60.

*Democritus*, quum indoctum quendam verbis inanibus obſtrepentem diu tuliſſet: Ad blaterandum, inquit, ſatis mihi inſtructus videris, ad ſilendum vero impos. *Stob.*

*Eſopus*, Quid eſſet in hominibus bonum & malum? ſciſcitanti, linguam eſſe dixit. *Anton & Max. ſerm. de loquacitate.*

*Pericles*, cum publice dicturus prodiret in primis ſe optare dicebat, ne inſolens verbum excideret, quod populum piaſuearum [illegible] dere poſſet, aut ſuæ etiam voluntati contrarium eſſet: Non ignorauit ſane vir prudentiſſimus, ac eloquentiſſimus: quam labilis lubricaque ſit lingua, quæ ſæpenumero limites ſuos egreſſa, in [illegible] ta rerum pericula hominem etiam volentem rapit, ac in mortem quoq; aliquando præcipiat. *Æl. li.* 4. *de Varia hiſt.*

*Theocritus Chius* cum veniret Byzantium, & verborum prodigos homines inueniret. Recte (inquit) de vobis dicitur, quod in ore omnis vobis ſuppellex eſt, & vnicum domicilium. *Stob.*

*Idem*, Anaximene dicturo, ita præfatus eſt, incipit verborum flumen, mentis gutta: ſignificans, habere multum loquentiæ, ſapientiæ parum *Stob. ſerm.* 34.

*Crates* videns adoleſcentulum ſecreto ambulantem, [illegible] gua

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

…quid illic ſolus faceret? Mecum, inquit loquor; cui Crates, caue, inquit, rogo, & diligenter attende, ne cum homine malo loquaris. *Seneca epiſt.*10.

*Xenocrates*, quum maledico ſermoni quorundam ſummo ſilentio intereſſet, vno ex iis quærente: cur ſolus linguam ſuam cohiberet? Quia dixiſſe me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam, *Laert. lib.*

*Ariſtoteles*, Garrulus quidam, vbi multa nugatus apud Ariſtotelem, tandem dixit, Fortaſſis obſtrepo tibi nugis meis. Non hercle, inquit, neque aduerti animum, *Laert.l.*5.*c.*1.

*Idem*, Calliſthenem adoleſcentem coram Alexandro multa incitanter & liberius loquentem, Homerico carmine caſtigauit: dicens:

*Talia ſi loqueris, non multo tempore viues.*

*Laert.lib.*5.*cap.*1.

*Solon*, cuidam dicenti, illum ideo non loqui, quia inſanus eſſet: Nullus, inquit, ſtultus tacere poteſt. Nimia enim loquacitate ſtultitia hominum proditur. *Bruſ.li.*3.*cap.*25.

*Theophraſtus*, Ad quendam, qui in conuiuio perpetuo ſilebat: Si indoctus & imprudens es inquit, prudenter facis: ſin doctus, imprudenter. Sic refert. *Laertius lib.*5.*cap.*2. Sed Plutarchus hunc in modum dixiſſe ſcribit: Si ſtultus es, rem facis ſapientem, ſin ſapiens, ſtultam: Eſt enim non minima ſapientiæ pars, tegere ſilentio ſtultitiam.

*Idem* dicebat, potius eſſe fidendum effreni equo quam verbo incompoſito. Nemo non metuit inſidere equo infreni, at plus eſt periculi à lingua effreni. *Laert.lib.*5.*cap.*2.

*Demoſthenes* ſciſcitatus, quæ cauſa eſſet vnius tantum linguæ, & geminarum aurium? Quoniam, reſpondit, duplo magis audire homini expedit, quam loqui. *idem.*

*Agis.* Peculiaris erat Lacedæmoniis verborum paucitas, vnde & ab ea regione breuiloquentia Laconiſmus dicitur. Quum igitur Abderitarum legatus apud Agidem multa locutus, vix tandem dicendi finem feciſſet, rogaretque quid ciuibus ſuis eſſet renunciaturus? Agis, Illud (inquit) renuntia, quantum temporis tibi fuit opus ad dicendum, tantum me ſilentem audiſſe. Hoc dicto exprobrauit ſtolido oratori inanem loquacitatem, reſponſo indignam. *Plut. in Lacon.apoph.*

*Lacones* Cteſiphontem eiecerunt, qui ſe profitebatur de re quauis totum diem poſſe dicere, dicentes: Boni oratoris eſſe ſermonem habere rebus parem. Nulla in re iuſtius putarunt adhibendam frugalitatem quam in oratione, quam Heſiodus non aliter quam pretioſum theſaurum parciſſime cenſet eſſe depromendam ad vſum, non ad oſtentationem, *Plut.in Lacon.apoph.*

*Labotas*, cuidam apud ipſum prolixiore vtenti ſermone: Quid mihi, inquit, de re puſilla, longa texis procœmia? Quanta res eſt: tantum oportet & orationem eſſe, qua vteris. Eſt hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi ſermone cauſa quam poſtulat longiore: adeo nuſquam non placeat frugalitas. Nam ad cauſam non magnam adhibere ſuperuacuam verborum copiam, luxuriæ genus eſt. *idem.*

*Anonymus*, Lacon quidam, cum in Luſcinia plumis reuulſis minimum repériſſet carnium: Vox, inquit, tu es, prætereà nihil. in eos dici poteſt, qui præter garrulam linguam ac magnifica verba nihil habent. *idem.*

*Idem*. Quidam interrogatus de re quapiam, reſpondit: Non', Verum vbi percontator dixiſſet illum mentiri. Non vides igitur, inquit Lacon, te ſtultum eſſe, qui ſciſceris de his quæ noueris? Salſe taxauit in illo vitium garrulitatis, qui de nihilo quæſierit fabulandi materiam. *Plut.in Lac.*

*Charillus*, interroganti, quam ob cauſam Lycurgus tam paucas leges tuliſſet Lacedæmoniis? Quoniam, inquit, pauca loquentibus, paucis etiam legibus eſt opus. Senſit nimirum pleraque mala ex multiloquio naſci. *Plut.in Lacon. qui eundem in Lycurg. Charrilaum vocat.*

*Cleomenes.* Venerunt ad Cleomenem Samiorum oratores, hortaturi vt cum Polycrate tyranno bellum ſuſciperet. Id cum feciſſent oratione plus æquo prolixa, reſpondit in hunc modum. Quæ primo loco dixiſtis, non memini, & ob id media quidem intelligo, quæ vero dixiſtis omnium poſtrema, non probo. Admonet multiloquium non ſolum moleſtum eſſe auditori, verum etiam ad perſuadendum inutile, præſertim apud principes, tum variis curis occupatos tum auribus faſtidioſis. *Plut.in Lac.apoph-*

*Idem*, Sophiſta quodam de fortitudine multa diſſerente, riſit Cleomenes. At ſophiſtæ dicenti, Quid rides Cleomene, audiens de fortitudine diſſerentem, præſertim quum ſis rex? Quoniam inquit, ô amice, ſi hirundo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nunc facio: ſin aliqua magno ſilentio auſcultarem. Viſum eſt ineptum, quenquam de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipſe nihil fortiter geſſiſſet vnquam, nec aliud poſſet, quam in hirundinis morem garrire. *idem.*

*Demades* Tibiis Athenienſes comparare ſolebat: ex quibus ſi linguam detrahas, reliquum inutile erit. *Maximus ſerm.*60. *Stob. ſerm.*2.*de imprudentia.*

*Agis*, cum ſophiſta quiſpiam apud Agidem dixiſſet, orationem eſſe rerum omnium præſtantiſſimam, videlicet prædicans artem quam profitebatur: Ergo, inquit, Agis, tu cum taces, nullius es pretii ſignificans, multo prę clarius eſſe res magnificas gerere, quam habere linguam ad magnifice loquendum expeditam. *Plut. Lac. apoph.*

*Anaxandridas*, cum Ephoris oportuna quidem', ſed pluribus quam ſat erat, quidam loqueretur. Anaxandridas: Hoſpes inquit, re neceſſaria in non neceſſario vteris. Significans, quod per ſe rectum eſt, & vtile, non egere prolixa oratione: quod ipſa cauſæ bonitas facile ſeipſam commendet. Quod ſi vſquam locus eſt loquacitati, eam oportet ad inhoneſtas cauſas adhibere. *Plutarch. in Lacon,*

*Ageſilaus* cum rhetorem eo nomine apud Ageſilaum Lacedæmoniorum regem laudaſſet, quidam, quod res ſpecie exiguas magno verborum ornatu amplificare poſſet: Ego, inquit rex, ne ſutorem quidem arbitror bonum, qui paruo pedi magnos calceos inducat. Quo innuit, inanem loquacitatem nullibi probandam eſſe. *idem.*

*Antipater*, de Demade oratore iam grādæuo dicere ſolebat, Demadi, vt immolatæ victimæ, nihil ſupereſſe præter linguam & ventrem. Nam venter ex hoſtia abiiciebatur, & lingua dabatur præconi. Ita ſenex orator tantum loquebatur. Loquacitas enim creſcit cum ætate. Tradunt autem, Demadem luxui & gulæ fuiſſe deditum, vnde & Phocionis reprehendit frugalitatem. *Plutarch. in apoph. & in Photione.*

*Alexander* epiſtolam à matre miſſam, quæ occultas accuſationes & calumnias in Antipatrum continebat, legens, Epheſtionem quidem amicum ſimul, vti conſueuerat, eandem legere paſſus eſt, ſed ea lecta annulum ipſe digito detraxit, & ori illius ſigillum, veluti reticentiæ ſymbolum, impreſſit, dicens: Contine hæc, & ne quid eorum effutias. *Plut.in Alexandro.*

*Idem.* Cum ſilentium ſuorum maximopere probaret: quiſquis, inquit, ſecreto commiſſum diuulgauerit, is certe aut nimium immodeſtus: & ſiquidem lucri ſtudio id egerit, improbus recte dicitur: aut ſi nulla ſpe quæſtus allicitur: æque profecto iniquus eſt. *Stob.*

*Gnathæna.* Venerat ex Helleſponto ad Gnathænam amator quidam eius fama & nomine permotus. Cum itaque inter pocula plurima effutiret, & importunus eſſe videretur, reſpondens Gnathæna: Nunquid, inquit, te ex Helleſponto venire dixiſti? Cumque annuiſſet: Cur igitur, inquit, primariam inibi ciuitatem ignoras? Qui cum diceret, Quænam tandem eſt illa? Sigeum, reſpondit. Atque ita artificioſe hoc nomine futilem eius loquacitatem coercuit: σιγὴ enim ſilentium & taciturnitas apud Græcos appellatur. *Ælian, li.*2.*de Varia hiſt,*

*M.Cato* lurconi cuidam ambienti inter Catonis familiares recipi negauit dicens: Se cum eo non poſſe viuere, qui plus ſaperet palato, quam corde. *Eraſ.li.*5.*apoph.*

*Idem* dicere ſolebat, eum nequaquam tacere poſſe quem morbus loquendi teneret. Ea enim eſt linguæ licentia, vt ſemel limites ſuos egreſſa, vix intra ſepta contineri poſſit. *Bruſon. libr.*3. *capit.*25.

*Anonymus*. Rhodius quidam miniſtro Romani Imperatoris multa vociferanti ferociter: Non curo, inquit, quid tu dicas, ſed quid ille taceat. Loquacitas caret affectu, taciturnitas habet certiora conſilia. *Plut.*

*Pompeius*, impatiens Tullianæ dicacitatis, inter amicos dicere ſolebat: Cupio ad hoſtes tranſeat Cicero, vt nos timeat. Notans illius ingenium, quo dicitur hoſtibus fuiſſe ſupplex, in amicos contumax. Hoc Pompeii dictum ita refert Quintilianus: Tranſi ad Cæſarem, & me timebis.

*Alphonſus* homines quos vanis ſermonibus impleri, & pene diſtendi intueretur, modo vtres, modo veſicas vocitabat. Quemadmoſtum enim vtres & veſicæ infuſis humoribus extenduntur: & tumeſcunt, donec humorem infuſum reſpuat, ſic homo loquaculus inflatur, donec audita garriendo effutiat. *Panorm.li.*4.

*Hieron.Carbo.* Loquaculus quidam Hieronymum Carbonem, ſuauiſſimi ingenii virum, obtundebat, atque cum ingentem iam verborum cumulum congeſſiſſet, petebat ſibi ab eo ad ſingula reſponderi. Verum cum ille ſiluiſſet diu conuerſus tandem ad aſtantes Magnum, inquit, ranarum prouentum attulit. *Pontanus.*

*Ennius Senenſis* in Petrum de monte Licino, non in celebrem aſtronomum, podagra laborantem, incidit: atque ab eo, dum alteram poſt alteram fabulam recitaſſet, diu retentus cum tranſeuntem notum quendam vidiſſet: Age, inqnit, ô amice, auſculta hunc podagricum. Nam aures meæ audiendo ambæ obtuſæ ſunt. Notauit autem hominis vanam & nimium moleſtam loquacitatem. *Æneas. Sylu.l.*3.*de reb geſt. Alphonſi.*

*Aen.Syluius* dicere ſolebat, Sapientius eſſe agere, quam fari. Nūquam enim, niſi cum neceſſitas poſtulat, ſapiens loquitur: neq; vana, ſed ponderata. Stulto autem nullum eſt tempus ſermoni clauſum: facileque verba iactitat, qui conſideratione profatur. *Sylu.li.*1. *Comment. de reb, geſt. Alphonſi.*

¶ SIMI-

### ¶ Similitudines.

*Dauidis regis*: Sermonem peſtilentem ſuppeditat ſceleratus animus linguæ tuæ, quæ ſimillima eſt nouaculæ acutæ: quum ad ſecandam barbam adhibita, aberrat, & iugulum petit *Pſ.52.*

*Chryſoſtomi*: Magis vertice ipſo capitis linguam tuam cuſtodi. Regius quidem equus eſt lingua. Si ei frenum immiſeris, doctrina tua gradarium feceris, aſcendet in eum rex, & quieſcet in eo: ſi autem nullo freno domueris, ſed huc atque illuc in frenem iactari permiſeris, diaboli eum vehiculum feciſti *Homil.50. in Matth.*

*Ora iſtorum* qui ſecularium rerum rabie furiunt, comparanda non immerito cloacis ſordidiſſimis: illorum vero ora, qui, quæ Dei ſunt, loquuntur, fontibus ſimilia, vnde riuis liquidiſſimis fluentis mellis emanant. Imo non hac menſura, ſed acerbiore ſimilitudine Scriptura vtitur hic venenum, inquit, aſpidum ſub labiis eorum, ſepulchrum patens guttur eorum. Sane, bonorum ora non ſunt talia, ſed odoris plena ingentis, *Homil.69. in Matth.*

*Quemadmodum* ſi Romanus forte fuerit iudex, non percipiet rationes tuas, niſi Latine loquaris Sic & Chriſtus non audit. nec attendit, niſi lingua ſua loquaris, vtaris. Vt os tuum ita conformetur, vt Chriſti ſit, non opus eſt coloribus, nec vlla materia, ſola virtute, humilitate, manſuetudine, huiuſmodi os maxime conformatur. Os diaboli conditur in maledictione, contumeliis, contractione, periurio, mendacio. Diaboli linguam habet, qui vt diabolus loquitur. Quæ ſupplicia non perpendemus, quando linguam noſtram, qua Dominicam carnem deguſtamus, diaboli ſponte linguam efficimus? *Hom.79. in Matth.*

*Vt grauius eſt pomum*, quod tuis manibus ex ipſa decerpſeris arbore, vt dulcior aqua quam ex ipſa vena ſubſcatētem hauſeris: vt iucundius vinum, quod ex eo deprompſeris dolio, in quo primum fuerat conditum: Ita diuinæ literæ neſcio quid habent natiuæ fragrantiæ, neſcio quid ſpirant ſuum ac genuinum, ſi eo ſermone legantur quo ſcripſerunt ii, qui partim e ſacro hauſerunt ore, partim eiuſdem afflati ſpiritu nobis tradiderunt. *Homil.79. in Matth.*

*Baſilii*: Sicut calamus inſtrumentum ſcribendi eſt, ipſum ſcite mouente manu ad eorum ſignificationem quæ ſcribuntur: Sic etiam iuſti lingua, quam ſanctus mouet Spiritus, æternæ, vitæ verba ardentium cordibus inſcribit, tincta quidem non atramento, ſed ſpiritu Dei viuentis. *in Pſ.45.*

*D. Hieronymi*: Sicut plectrum chordis: Ita lingua eliditur dentibus, & vocalem reddit ſonum, *Ad Euſtachium.*

*Quōmodo iuxta* qualitatem ciborum de ſtomacho ructus erumpit, & boni vel mali odoris ſtatus indicium eſt: Ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur. *Ad Principiam virginem.*

*D. Hilarii*: Nouacula ad nitorem vultus acuitur, vt abradens hirſutam atq; horrentem faciem læuiget. Hæc ſi potius vulneret, dolū fecit quippe cum præparata ad ornatum, miniſterium ſuum præbuerit ad vulnus: ita lingua impii in malitia potentis, quam natura ad eloquendas rationabiles cogitationes conſulti cordis præparauit, ipſa potius rationabiles cogitat iniquitates. *Pſ.51.*

*Laurentii Iuſtiniani patriarchæ.* Quemadmodum de vno eodemque fronte non poteſt effluere dulcis atq; amara aqua: Ita nec inſipidum cor promere valet verba flammantia. *De inſtit. ac regimine palat. cap.11.*

*Roterodami*: Vt rupes obiiciuntur flumini, ne ſe effundat: Ita ratio linguæ obiicienda, ne temere diffluat. *In Similib.*

*Vide, Garrulitas, Loquacitas, Sermo, Taciturnitas.*

---

# Litigium, Lis.

### ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Litigium, Græce ἔρις, ιδος, ἡ & ἐρίζω. Litigo Eſt autem litigium proprie contractio in verbis, non ex defectu amoris animos venientis, ſed & hoc, quod quis non veretur contriſtare perſonā, *ex B. Thoma ſecunda Secundæ quæſt.*116. *artic.*107, Litigium à litigio venit, illud autem à lis deducitur. Lis vero (vt quidam volunt) à limes dicitur, quod primæ inter homines lites de limitibus fuerint à litigio, quod eſt diſcepto, contendo, venit litigioſum, hoc eſt id, de quo lis eſt. Litigioſus, qui frequenter in litibus verſatur.

Lis, litis, Controuerſia, à limite dicta, quod lite primæ inter homines de limitibus fuerint. Gr. δίκη Hebr. *Rib.* à verbo, *Rabab*, & in 1. Coniugatione *Rab* & *Rob*, nullus fuit: nam in litibus multa fiunt & dicuntur, atq; multiplicantur contentiones, deniq; lis ex lite ſeritur liteſq; nouas parit & multiplicat *Meribah*, contentio diſceptatio acris, vt fit in lite coram iudicibus.

### ¶ Sententiæ Biblicæ.

Lites & contentiones fugiendæ, *Prou.*20.3. *Matth.* 5.40. *Rom.*13. 1. *Cor.*6.1. &c. *Tit.*3.1. 2. *Tim.*2.23. Lites Paſtoribus vitandæ, *Tim.* 3, 2. *Tim.*2.3.4.

### ¶ Sententiae Philoſophorum.

Nihil bono viro quieto magis conuenit, quam abeſſe à ciuilibus controuerſiis. *Cic. ad Attic.*

Lis & amicitia reperiuntur ſolum in animalibus, & proportionalibus, non inanimatis. *Auer. in* 8. *Phyſic. tex.*15.

Litigioſi & moroſi ſunt, qui nullam ſibi rationem habere putant ne moleſti ſint. *Ariſt.*4. *Ethicor. ca.*6.

Lites vbi multæ, & iniuriæ multæ vbi ſunt, ciues inter ſe non ſunt amici. *Plato de leg. dial.* 5. litem generat, *Ant. Nat. de pulch. lib. quarto.*

*Chilon*: eius tria præcepta aureis literis Delphis conſecrata ſunt, Noſce teipſum. Ne nimium cupias, &, Æris alieni atque litis ... riam fac effugias. *Bruſ. li.*5 *ca.*27. *ex Stobæo.*

*Zenon* cum cæteris virtutis admiratoribus fortiter pronunciauit, non oportere malos viros cum probis contendere cum diceret: An non plorabit malus ſi bono auerſabunt? Ergo nullam ... nit malum probo contradicere. *Philo Iudæus lib.*4. *Quod omnis probus ſit liber.*

*Socrates* dicebat, aut quam rariſſime, aut quam grauiſſime cum proceribus conuiuandum eſſe. Non ignorauit enim vir ſapientiſſimus, quam caute cum potentioribus agendum ſit, ne nonum poteſtas nos qui longe inferiores ſumus, opprimat. *Stob. ſerm. de prudentia.*

*Phauorinus* cum in diſputatione quadam Hadriano principi cui infenſiſſimus erat, ceſſiſſet, admirantibus aliis cur ... Non ne cedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones? *Æl. de Fab. & Volat. li.*16. *Vrbanorm com.*

*Artaxerxes* Aclidæ Iapſoni multa in eū licenter dicenti reſpondit: Licere quidem illi, quæ vellet in regem dicere: ſibi vero non dicere tantum? ſed etiam facere *Eraſ. li.*5. *apoph.*

*Ludouicus XII. Galliæ rex* cum per Lutetiam obambularet conuiuos haberet quoſdam è ſenatu qui raptim ad curiam properarent: Annon, inquit, hi ad nundinas videntur proficiſci *Annal. Franc.* Alluſit ad illud Stratoclis & Dioclis (quorum meminit Plutarchus) qui ſe mutuo inuitabant ad meſſem auream: ita enim curiam ... tribunal vocabant.

Ipſe perſæpe cum in cura parlamenti Galliarum ſupremi ... intereſſet, patronoſq; cauſarum diſertos non illibenter audiret, tamen Sutoris partes impudenter ſibi vindicare dicebat. Namque quod Sutoris eſt proprium alutam producere dentibus, hoc ... dicos in dilatandis ſcriptis prudentum reſponſis & Cæſarum ... bus facere affirmabat. *Annal. Franc.*

*Alexander.* Dion in Dialogo Philippi & Alexandri ait, Philippum ad Alexandrum dixiſſe, Atqui poetas bonos, ac graues ... ptores offendere non debemus, quod nobis dicendi quæ volunt ... cultatem habent. Non omnem, inquit Alexander: nam Steſichoro quod de Helena mentiretur, non fuit vtile. *Bruſ. l.*4. *ca.*4.

*Phocion.* Quum Alexander ab Athenienſibus poſceret ... mes exhiberi, ac populus nominatim flagitaret adeſſe Phocionem vt quid conſuleret, proferret: ſurgens, inquit: Conſulo igitur, vt ... mis ſuperetis eos, aut ſuperantium amici ſitis Compendio ... nihil Alexandro negandum, niſi confiderent ſe iratum poſſe ... opprimere. Quibus ſi ille videretur ſuperior non eſſe prouocandum animoſum iuuenem, & repulſæ impatientiſſimum. *Plutarchus apoph.*

*Sylla.* Cn Pompeium à victoria reuerſum, Sylla cum aliis honoribus excepit, tum magni cognomen ipſe primus illi dedit ... cum Pompeius iis non contentus, vellet triumphum agere, non paſſus eſt Sylla, eo quod nondum eſſet ordinis ſenatorii Cæterum quum Pompeius iis qui aderant dixiſſet, ignorare Syllam, quod plures adorarent ſolem orientem, quam occidentem: Sylla exclamauit, Triumphet. Horruit iuuenis animum, & in dies creſcentem gloriam: nec dubitauit illi cedere, quem videbat nemini cedere poſſe. *Plut. in Rom. apoph.*

*Iul. Cæſar.* Cum Pompeius relicta Roma perfugiſſet ad ... Metellus ærarii præfectus Cæſari volenti illinc pecunias tollere ... ſtitit, & ærarium clauſit. At Cæſar illi mortem minatus eſt. Ea ... quum Metellum reddidiſſet attonitum, Hoc, inquit, ô adoleſcens dictu mihi difficilius fuit quam factu. Sentiens, ſe vel mera ... quem vellet occidere, quum ſecum duceret armatas cohortes. *Idem.*

### ¶ SIMILITVDINES.

*Roterodami*: Quemadmodum Cæcias ventus trahit ad ſe nubes quas ſequitur: Ita homo iurgiis deditus, vbicunque eſt, ad ſe lites ... trahit In prouerbio, Mala attrahens, &c.

Vt non ſolum ſtultum eſt, verum etiam periculoſum, ... fulmina, Ita dementia eſt, reges ad ſe accerſere, qui non niſi magno noſtro malo prouocantur. *In Similib.*

### ¶ Fabula.

De Aſino & Muſto.

Ad lacum, quo muſtum paulo ante exceptum fuiſſet, oberrans deuenit aſinus, & guſtato dulci potu, cum ille placeret, bonam partem muſti exhauſit, hoc moleſte ferens is cuius ... muſtum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible]ſum epotauerat, agit cum Domino aſini de damno accepto. [illegible] deberi quicquam à ſe negat. Venitur ad iudices. Illi etſi res [illegible]dicula viſa, tamen vt litigatores abſoluerent, interrogant, [illegible] bibendum ad lacum aſinus aſſediſſet. Cumque ſtantem [illegible] muſtum cognouiſſent, pronunciant, nihil debere aſi[illegible] qui quaſi præteriens guſtare tantummodo muſtum voluiſ[illegible] videatur.

Fabula docet, diſceptationes ſtolidas recte eludi poſſe, & litiga[illegible] ineptias à iudicibus refutandas eſſe.

---

# Literatura, Litera.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Literatura, Græce γραμματεία, ας, ἡ, & γράμμα, ατος, τὸ, litera di[illegible]. Eſt autem litera minima pars vocis compoſitæ, ſignifi[illegible]que elementum, vt a, vel b, ſi ſingulariter declinatur: Si vero [illegible]raliter, epiſtolas ſignificat, poetæ tamen ſingulari pro plurali [illegible]quam vtuntur neceſſitate carminis, præſertim hexametri [illegible]entametri, in quibus literas, pro literis, locari non poſſunt. Ouid. *Quam legis à capta Briſeide litera venit*. Hinc literatus, qui literarum ſtudiis eruditus eſt, cuius contrarium eſt, illiteratus. Hinc [illegible]literula diminutiuum, hinc oblitero. quod eſt obſcurum fa[illegible], & ex hominum memoria tollo, quaſi è literarum monumen[illegible] deleo, ab hoc fit obliteratio.

Litura non à litera, ſed à lino, habet enim primam breuem O[illegible]. *Quaſcunq; adſpicies lachrymæ fecere lituras.*

Litera autem quaſi legitera, quod legentibus iter præbeat: vel [illegible] à lino, quoniam ſcribendo illinitur, hoc eſt, leniter indu[illegible] atramentum.

¶ LOCI BIBLICI.

Litera, pro externa ceremonia, & à ſpirituali ſuo fine ſeparata, Rom. 2. v. 27. 29. Vetuſtas literæ, pro lege, 7. *v.* 6. pro verbi Dei præ[illegible] ad animum vſque non penetrante, 2. *Corinth.* 3. v. 6. Lite[illegible] vocare ſolet Paulus non raro Legem ipſam nudam, & à Chriſto ſeparatam. Lex illa extra Chriſti Spiritum conſiderata, peccatum in nobis irritat, vt fiat ſupra modum peccans, & morti nos dedat, Rom. 7. v. 13. idcirco dicit Paulus literam occidere, 2. *Corinth.* 3. *v.* 6. & Moſis miniſterium, vocat miniſterium mortis & condemnatio[illegible], *ibidem v.* 7. & Legem quoque peccati virtutem, 1. *Corinth.* 15. *verſ.* 56. quæ quidem de vniuerſa Lege Moſis accipienda ſunt, qua[illegible] extra Chriſtum conſideratur. Interdum autem hæc litera [illegible] Spiritus antitheſis peculiariter ſpectatur in ceremoniis, vt *Rom.* 2. v. 27. 29. & alibi ſæpe. Tunc igitur γράμμα, hoc eſt, literam vo[illegible] Paulus externum ſignum ab ipſius ſigni fine, ſiue à virtute ſe[illegible], quam vocat Spiritum: quoniam externa ceremonia eſt [illegible] per ſe mortua, & inutilis, niſi coniungatur veritas, quaſi illius [illegible].

Literæ pro epiſtola: Literæ Dauidis ad Ioab per Vriam de ipſo [illegible]ficiendo perlatæ, 1. *Samuel.* 11. v. 4. Eliæ ad Ioram, 2. *Paralip.* 21. [illegible] Ezechiæ ad Iſraelem & Iudam. *Verſ.* 30. Hoſtium Iudæorum ad Artaxerxem, 1. *Eſdr.* 4. v. 7. Nehemiam. *Nehem.* 6. v. 5. Thathu[illegible] ad Darium, 1. *Eſdr.* 5. v. 6. Darii ad eundem, 6. *v.* 6. Artaxerxis ad Aſaph, *Nehem.* 2. v. 8. Optimatum Iudæorum ad Tobiam, 6. *v.* [illegible] Aſſueri ad prouincias regni ſui, *Eſther.* 1. *v.* 22. & 3. & 12. & 8. *v.* 10. Mardochæi ad Iudæos, 9. v. 10. Eſther & Mardochæi ad eoſdem, [illegible] 29. Nabuchodonoſoris ad prouincias ſuas, *Dan* 3. *v.* 98. Darii ad prouincias ſuas, 6. *v.* 25. Apoſtolorum ad Eccleſiam Gentium, *Act.* [illegible] v. 23. Fratrum ad Achaienſes, 18. *v.* 17. Lyſiæ ad Felicem, 23, 26.

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHORVM.

Si non literis delectatio tantum peteretur, tamen hanc animad[illegible]ſionem humaniſſimam & liberaliſſimam iudicaremus. Nam cæteræ res neque temporum ſunt, neque locorum: Hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur: quod ſi ipſi neque attingere, neque ſenſu noſtro guſtare poſſumus, tamen ea mirari debemus, etiam cum in aliis videamus, *Cic. pro Arch. Po.*

Vt ager quamuis fertilis, ſine cultura fertilis eſſe non poteſt, ſic ſine doctrina animus. *idem 2. Tuſc.*

Multi cum in poteſtate eſſent hoſtium ac tyrannorum, multi cum in cuſtodia, multi in exilio, dolorem ſuum doctrinæ ſtudiis leuarunt. 5. *de Finibus.*

Literæ poſteritatis cauſſa repertæ ſunt, quæ obliuioni ſubſidio eſſe poſſunt. *idem pro Sylla.*

Exempla omnia iacerent in tenebris, niſi literarum lumen accederet. *Pro Arch. poet.*

Alexander cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inueneris. Et vere: nam niſi illa ars extitiſſet, idem tumulus, qui corpus contexerat: nomen etiam obruiſſet. *ibid.*

Literæ diſcuntur facile, ſi & tantum ſumas, quantum opus ſit, & habeas qui docere fideliter poſſit, & ſcias etiam ipſe diſcere, ita vt facilis vſus doctrinam confirmet, mediocris opera tribuatur, memoria ſtudiumque permaneat. 3. *de Orator.*

¶ SIMILITVDINES.

*Senecæ*, Si imagines nobis amicorum abſentium iucundæ ſunt, quæ memoriam renouant, & deſiderium abſentiæ falſo atque inani ſolatio leuant: Quanto iucundiores ſunt literæ, quæ vera amici abſentis veſtigia, veras notas afferunt. *lib.* 2. *epiſt.* 40.

*Plinii.* Crocodilus, inuictum alioqui & pernicioſum animal, tamen Tentyritas adeo metuit, vt ad vocem etiam expaueſcat: Ita tyranni cum omnes contemnant, tamen eruditorum literas timent. *lib.* 8. *c.* 25.

*Eraſmi Roterodami.* Cum ad omnia aduolent apes, tamen nullis nocent floribus: Ita virtus, & literæ ſic ab aliis ſumuntur, vt nihilo deterior ſit is, qui communicauit. *in Similib.*

*Thriueri*, Quemadmodum ſemen ignauum apparet & iniucundum, at multum volupe eſt dum adoleſcit, dum floret. Ita tandem literæ ſuam alacritatem, ſuum fructum præter omnem ſpem exhibent, quarum initia erant dura & iniucunda, *in apoph.* 38.

Nulla res eſt tam iucunda, quæ ſub perpetuitate non pariat faſtidium: Solis literis animus virtute ſatiatur nunquam, ſed vt flamma lignis quotidie magis ac magis accenditur, *in apoph.* 37.

Paruæ diuitiæ comparantur magno labore, multæ vero pauco: Ita & initium literarum paulatim, incrementum vero affatim. *in apoph.* 81.

*Motus naturalis* multo velocior in fine, quam principio, econtrario motus violentus tardior: Nec multum idonei ſunt ad literas, qui in principio feruent, & poſtea ſegnius agunt: num argumentum eſt, quod natura minime literas affectant. *In apophthegm.* 95.

*Superbi* gaudent theſauros ſuos oſtendere: Vere doctos etiam tacite oblectat literarum contemplatio. *in apoph.* 107.

*Plinii*, Vt elephanti cum mare non poſſint, tamen amnibus impenſe delectantur, circaq; illos vagari gaudent: Ita quidam cum literas neſciant, tamen inter eruditos verſari gaudent. *lib.* 8. *c.* 5.

*Eraſmi Roterodami*, Quemadmodum gemma Chalazias, etiam ſi in ignem coniiciatur: tamen natiuum frigus ſuum retinet: Ita quidam ſic frigent ad literas ac virtutem, vt nullis exemplis authoritatibus inflammare poſſis. *in Similibus.*

¶ EMBLEMA.

Ex literarum ſtudiis immortalitatem acquiri.
Emblema CXXXII. And. Alciad.

*Neptuni tubicen (cuius pars vltima cetum*
*Æquorum facies indicat eſſe Deum)*
*Serpentis medio Triton comprenditur orbe,*
*Qui caudam inſerto mordicus ore tenet.*
*Fama viros animo inſignes, præclaraq; geſta*
*Proſequitur, toto mandat & orbe legi.*

*Vide Ars, Doctrina.*

---

# Liuor.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Liuor, Græce πελίωμα, ατος, τὸ, eſt dolor ex pallido nigreſcens, quem & blumbeum nonnulli appellant: qualem in contuſis corporis partibus videre eſt, quum fuſte, alioue corpori duro ictu illato, exiles venæ contuſæ ſanguinem ad extremam cutem diffundunt.

¶ POETARVM DICTA.

Lucan. lib. 1.
*Liuor edax tibi cuncta negat.*
Claud. lib. 3.
*Rabiem liuoris acerbi*
*Nulla poteſt placare quies.*
Ouid. 2. Metam.
*Pallor in ore ſedet: macies in corpore toto,*
*Nuſquam recta acies? liuent rubigine dentes.*
*Pectora felle virent, lingua eſt ſuffuſa veneno:*
*Riſus abeſt, niſi quem viſi mouere dolores:*
*Nec fruitur ſomno vigilantibus excita curis?*
*Sed videt ingratos, intabeſcitq; videndo.*
*Succeſſus hominum carpitq; & carpitur vna,*
*Suppliciumq; ſuum eſt.*

RRR Idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem 1. Remed.

*Ingenium magni liuor detrectat Homeri*
*Quiſquis es, ex illo, Zoile nomen habes.*
*Summa petit liuor, perflant altiſsima venti:*
*Summa petunt dextra fulmina miſſa Iouis.*

Idem 3. Pont. 3.

*Liuor iners vitium, mores non exit in altos,*
*Vtque latens ima vipera ſerpit humo.*

Idem 3. Pont. 4.

*Scripta placent à morte fere: quia lædere viuos*
*Liuor & inuiſo carpere dente ſolet.*

Idem 1. Amor. 15.

*Paſcitur in viuis liuor, poſt fata quieſcit*
*Tunc ſuus ex merito quenque tuetur honos.*

Silius Ital. 11.

*Dum malus obtrectat facta immortalia liuor,*
*Nec ſinit adiutas ductoris creſcere laudes.*

¶ SENTENTIÆ PHILOSOPH.

Illinitur & liuidis, ſugillatiſq; cum melle. Hinc liuorem contrahere eſt nigreſcere. *Plin. l. 20. c. 22.*

Quia hæc candidior eſt oliua quam ea quæ contuſione liuorem contrahit. Et quoniam talis eſt color inuidorum, ideo liuor accipitur pro inuidia. *Colum. lib. 2. c. 47.*

*Vide, Inuidia.*

# Locus.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Locus, Græce τόπος, ȣ, ὁ, dicitur. Eſtque terminus corporis continentis immobilis primum, *ſecundum Ariſt. lib. 4. Phyſ.* Locus eſt idem per eſſentiam quod ſuperficies corporis locantis. *ſecund. B. Thom. 2. ſent. diſt. 12. q. 5. art.*

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Hor. 4. Carm. 12.

*Miſce ſtultitiam conſiliis breuem.*
*Dulce eſt deſipere in loco.*

Lucanus ad Piſonem.

*Temporibus ſeruire decet: qui tempora certis*
*Ponderibus penſauit, eum ſi bella vocabunt,*
*Miles erit: ſi pax, poſitis toga geſtiet armis.*
*Hunc fora pacatum, bellantem caſtra docebunt.*

Ouid. 1. Art.

*Si vox eſt, canta: ſi mollia brachia, ſalta*
*Et quacunque potes dote placere, place.*

Ouid. 1. Triſt. 1.

*Difficile eſt tamen hic, remis vtaris an aura,*
*Dicere, conſilium, reſque, locuſque dabunt.*

Hor. 1. Art.

*Singula queque locum teneant ſortita decenter.*

¶ PHILOSOPH. SENTENT.

Locus prima eſt eius quod circumfuſum eſt extremitas, quę moueri non poteſt. *lib. 4. de Natur. c. 4. T 41.*

Hæc loci partes ſunt & genera, ſurſum deorſum, & reliqua quatuor interualla. *lib 4. de Natur. c. 1. T. 4.*

Non interit locus, aut conſumitur, cum ea, quæ ille ambit, intereant. *lib. 4. de Natur. c. 1. T. 7.*

Locus alius communis eſt, is, qui omnia corpora: alius proprius, is, qui primum ambit. *lib. 4. de Natur. c. 2. T. 14.*

Nec pars eſt corporis locus, nec affectio: ſed ab vno quoque ſeparari poteſt. *Ibid. T. 8.*

Id quo nihil mouetur, nec ſupra eſt aut infra, locus eſſe nullo modo poteſt. *Ibid. T. 19.*

Primus locus noc maior eſt nec minor, & non à quaq; re deſcritur: & tamen ſeiungi poteſt. *lib. 4. de Natur. c. 4. T. 30.*

Id corpus in loco eſt, quod extrinſecus aliud corpus circumfundit & continet: cui autem hoc non conuenit, non eſt. *lib. 4. de Natura, c. 5. V. 43.*

Res omnis non in loco eſt: ſed corpus quod moueri poteſt. *lib. 4. de Natur. c. 5. T. 47.*

Pars niſi ſeparatim ponatur, non in loco erit, ſed in toto. *lib. 4. de Natur. c. 8. T. 45.*

Qui locus huius naturæ alienus eſt: is alterius naturæ accommodatus ſit neceſſe eſt. *lib. 1. de Cælo, c. 9. T. 97.*

Nec locus, nec inane, nec tempus extra cœlum eſt. *ibid. T 99.*

Locus eorum quæ ſenſus mouent, quique nos ambit, cum ſolus in ortu & interita ſemper ſit: tamen nulla eſt plane pars vniuerſi. *lib. γ. 3. Met. c 5. T. 23.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Ageſilaus*, cum adhuc puer eſſet Ageſilaus rex, & ageretur ludus ſolennis, quo pueritia tum exercebatur, atque is qui negotio præfectus erat, ſtatuiſſet illum in loco parum honorifico: paruit quidem, tametſi iam rex deſignatus ac dixit: Bene ſane habet: oſtendam enim non locum viris, ſed viros loco conciliare dignitatem: Nimirum ea vox declarabat in puero miram animi celſitudinem cum pari moderatione coniunctam. *Plutarchus in Lacon.*

*Ariſtippus.* Dionyſius rex cum offenſus eſſet ab Ariſtippo philoſopho, hominem ad cœnam vocauit, & iuſſit eum in conuiuio vltimum omnium accumbere. Ariſtippus nihil offenſus Hunc inquit, locum, ô rex, illuſtrare vis, ac honorificum reddere: ſignificans non locum reddere hominem viliorem, ſed ex dignitate hominis honorem addi loco. *Laert. l. 2 c. 8.*

Philoſophus quidam priſcus, ſed ἀνώνυμος huiuſmodi ſermone Arſinoes reginæ luctum compeſcuit: Quum Iuppiter, inquit, inter dæmones rerum faceret partitionem, Luctus non aderat, ſed diſtributione iam peracta venit. Huic igitur quum Iupiter aliquid honoris tribuere vellet, nec eſſet quod daret, quippe iam conſumpta omnibus, tandem aſſignauit illi honorem qui mortuis impenduntur veluti lachrymas & mœrores. Quemadmodum igitur, inquit, ceteri dæmones bene volunt iis à quibus coluntur, itidem & Luctus. Quod ſi fuerit abs te contemptus, ô mulier! haudquaquam venturus eſt ad te: contra ſi diligenter abs te colatur honoribus ſibi deſignatis à Ioue, mœroribus ac lamentis, diliget te ſemperque ſuppeditabit aliquid earum rerum, quibus abs te perpetuo poſſit honorari. *Plut. in conſolatione ad Apollonium.*

*Thales* interrogatus, quid eſſet in omni rerum naturæ maximum reſpondit, Locus, capit enim omnia. *Laert. l. 1. c. 1.*

*Diogenes* obiurgatus, quod intraret loca ſpurca, ac parum honeſta: Et ſol, inquit, ſubit latrinas, nec tamen inquinatur. Sentiens probum virum non fieri deteriorem ob loci infamiam. *Laertius libro 6.*

*Damonidas* quum à chori magiſtro poſtremum in choro locum accepiſſet: Euge (inquit) chorage! reperiſti quo pacto & hic locus, cum per ſe ſit inhonoratus, fiat honorificus. Generoſus adoleſcentis animus qui fiducia ſui non metuit ne locus abiectior eſſet dedecori: ſed citius futurum arbitrabatur, vt per ipſum locus fieret honoratior. Id enim ſæpenumero factum legimus, vt hominis viri magiſtratui per ſe contempto, & humili dignitatem concliarit. *Plut. in Laconicis.*

¶ SIMILITVDO.

*Æliani*: Iſocrates rhetor de Athenienſium ciuitate dicere ſolebat, eam ſcortis ſimillimam eſſe. Etenim qui illarum venuſtate caperentur, velle quidem omnes rem cum ipſis habere, neminem tamen eſſe tam ſui ipſius contemptorem qui matrimonium cum illa iungere dignetur. Atque Athenienſium ciuitatem ad peregrinandum in ea iucundiſſimam eſſe, omnibuſq; totius Græciæ præſtantiorem, ad inhabitandum vero non item ſecuram ac tutam eſſe. *Lib. 12. de var. hiſt.*

¶ ADAGIA.

Nec apud homines, nec in mari. οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν θαλάττῃ. *Pind. Olymp. hyſt. 6.*

*Prouerbiali ſchemate dixit de virtutibus, quæ periculi expertes, nec terra nec mari habentur in pretio. Nemo enim magnam laudem parauit vnquam ſine periculis, aut laboribus.*

Vbi cerui abiiciunt cornua. ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι.

*Significaturi locum valde abſtruſum, vel rem nuſquam inueniendam, hoc commode vtemur adagio Author eſt Ariſtot.*

In aphannis. εἰς ἀφάννας.

*De incertis & quæ nuſquam ſunt. Tractum prouerbium à loco quodam vehementer obſcuro & ignobili, teſte Stephano.*

# Longanimitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Longanimitas, Græce μακροθυμία, ας, ἡ, & μακρόθυμος, ὁ, ὁ longanimus dicitur. Eſt autem longanimitas, virtus qua habet animus tentendi aliquid, diſtans in longinquum. *ſecund. B. Thom. prima Secundæ, q. 70. art. 3.*

Longanimitas magis reſpicit ſpem, quam timorem vel audaciam, vel triſtitiam, ſicut etiam magnanimitas. *Ex B. Thom ſecunda Sec. q. 136. art. 5.*

¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Longanimitatis Diuinæ fructus.*

Nec vult Deus perire animam: ſed retractat, cogitans, ne penitus pereat qui abiectus eſt. *2, Reg. 14.*

Altiſſimus enim patiens redditor. *Ecc. 5.*

Et miſeris omnium, quia omnia potes: diſſimulans peccata propter pœnitentiam. *Sap. 11.*

Propterea exſpectat Dominus, vt miſereatur veſtri & ideo exaltabitur parcens vobis, quia Deus iudicii Dominus. Beati omnes qui expectant eum. *Eſa. 30.*

Non tardat Dominus promiſſionem ſuam, ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. *2. Pet. 3.*

*Contemptus.*

Miſerator & miſericors Dominus, longanimis, & multum miſericors. *Pſalm. 102.*

At cic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

At erit eis verbum Domini, manda remanda, manda reman-da, modicum ibi, modicum ibi, expecta re expecta, vt vadant & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueantur, & capiantur. *Eſa.*28.

Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicuti parturiens loquar. 42.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui gra-ditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. 65.

Fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud in terra Iſrael, dicenti-um: In longum differentur dies, & peribit omnis viſio. *Ezech.*12.

Non enim erit vltra omnis viſio caſſa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael: quia ego Dominus loquar, & quodcun-que locutus fuero verbum fiet. *ibid.*

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis con-temnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te ad-ducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, the-ſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui red-det vnicuique ſecundum opera ſua. *Rom.*2.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Longanimitatis *exempla*: Abraham diu expectauit prolem ex Sara, tandem centenarius ſuſcepit. *Gen.*25.5. Deus, *Exod.*34.34.6.1. *Pet.*3.15. Tobias, *Tob.*2.6. Iob, *Iob.*13.15. Suſanna, *Dan.*13.35. Abacuc. *Abac.*1.3. Paulus, 2.*Cor.v.*6.4.5.6. Simeon, *Luc*, 2.25.

*Vide, Patientia.*

---

# Loquacitas. Loquendi Libertas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LOquacitas Græc. λαλία, ας, ἡ, πολυλογία, σπερμολογία, multilo-quium, inanis, & immodica garrulitas. Hebr. *Nidhbbar*, con-ſerſio ſermonis in ore alicuius contra alium, vt ſolent importuni locutores, à verbo *Dabar*, loquutus eſt, quod eſt medium, vt enim ſapientes in loquendo modum obſeruant, è contra loquaces futilia & inutilia verba multa ridicule fundunt. Nihil aliud videtur, quam ſermonis incontinentia. Loquax vero ille, qui cum aliquo collo-quens, quicquid alter attulerit, nihil illum dicere aſſerat: & quod ipſe rem omnem calleat, atque illum, ſi audire velit, intellecturum: loquente altero, ſæpe interpellat. *Theoph. in notis.*

Importuna Loquacitas eſt longæ & inconſideratæ orationis ex-poſitio. Importunus vero is eſt, qui cum in hominem vel ignotum inciderit, huic iuxta aſſidens primum coniugis ſuæ laudes tollit: deinde quæ per noctem ſomnia viderit, enarrat: Deinde fercula, quot in cœna habuerit, ſingillatim percurrit, deinde in progreſſu addit, quam noſtri temporis homines ſint veteribus illis virtute inferio-res, & in foro annona cara eſt, quam multi peregrini in ciuitatem veniant. Et huiuſmodi homines reiiciendi, ac procul amouendi ſunt. Difficile enim eſt illis loquentibus diutius intereſſe, qui otii & negotii diſcrimen neſciunt.

Loquacitas eſt ſtulta & inanis loquendi copia: Vel eſt vitium quo mentes circumſpectæ temere proferunt aliquid antequam quid ſit, vel quale ſit, examuſſim perpenderit. *Viues. l.*3. *de Anima.*

¶ LOCI BIBLICI.

Loquacitas damnatur, *Prou.* 19. 20. *Col.* 4. 6. Loqui in tempore prudentiæ eſt, *Prou.*27 11. Loquendum non ſtatim, nec temere, 13.3 & 17. &. 18.29. *Iac.*1.19. Loquenda ſunt vera, honeſta, & quæ audito-ribus prodeſſe queant, *Exod.*22.28. *Pſalm.*14.1. & *c. Prou.*13.2. & 24.6 *Eccl.*12. *Eccl.*7.27. *Marc.*5.37. & 12.36. *Epheſ.*4.29. & 5.3. *Col.*3.8.1. *Pet.* 3.10. Loquendi tempus & opportunitas, *Prou.*15.23. & 25.11. *Eccl.*8.5. *Eccl.*11.8. & 20.6. & 32.9. & 33.4. quomodo loquendum, *Iob.* 6.29. *Prou.*15.4. & 16. &. 20.22. & 29.11. *Eccl.*4.34. & 5.16. & 6.5. *Coloſ.* 4.6. Lo-quendi formulæ ex comparatione, *Oſeæ* 6.6. *Matth.*9 13. & 12.7. *Luc.* 14.26. 1. *Pet.*2.19. Loqui coram inſipientibus intempeſtiuum, *Prou.* 23.9. Loqui ad cor, eſt blande, & ſuauiter alloqui ac conſolari, *Gen.* 34.3. & 50.21. *Iud.*19.3. *Ruth.*2.13.2. *Sam.*19.7. *Eſa.*40.2. *Oſeæ*, 1.14. & 2.14. Hoc eſt, loqui quæ ſint ei cordi. Loqui in corde, eſt cogitare, *Pſalm.*14.1. & 45. & 35.15. & 53.1. Loqui pro polliceri, *Luc.*1. &. 55.70.

Loquitur Deus Pater, filius, Spiritus ſanctus; loquitur bonus & malus Angelus. Loquitur beſtia myſtica in Apocalypſi. Teſtimonia innumera harum loquutionum in S. Scripturis extant.

Loquutionis Dei cum homine, & hominis cum Deo *exempla*: Cum Adam & Eua, *Geneſ.*3.*v.*9.10.11. Cain, 4.*v.*6.7. Noe, 6.13.7.1. & 8.15. & 9.1. Abrahamo, 12.1. & 13.14. & 15.1. & 17.1. & 18.13. Abime-lech, 20.3. Iſaac, 26. *verſ.*2. 24. Iacobo, 28.13. & 32.29. & 35.1. & 46.2. Moſe, *Exod.*3.4. & 4.*v.*11.12. Moſe & Aarone, 6.1. Aarone & Maria, *Num.*12.4. Ioſua, *Ioſ.*1.1, & 4. & 7.10. Gedeone, *Iudic.*6.39. & 7.2. Iſra-elitis, 10. &. 10.11. & 20.23. Samuel. 1. *Sam.*3. &. 10.17. & 8.7. & 15.10. & 16. 1. Dauide, 23.4.2. *Sam.*2.1. Natham, 7.4. Salomone, 1. *Reg.*3.5. & 9.*v.*2. 3. & 11.11. Semeia, 22. Ahia, 14.5. Elia, 1. *Reg.*24.5. & 17.*v.*8.9. & 18.1. & 19.9. & 21.

Loquutionis Angelorum Cum hominibus, & hominum cum Angelis *exempla*: Agar, *Geneſ.*16.8.9. Loth, 19.11. Agar, 21.17. Abra-ham, 21.11. Balaam, *Num.*22.32. & *c.* Iſraelitæ, *Iud.*2.4. Gedeon, 6.20. Propheta, 1. *Reg.*13.18. Elia, 19.7. Gad. 2. *Chron.*21.18. Zacharias, *Luc.*1. 13. Maria, *Luc.*1.30. Ioſeph, *Matth.*1.20. & 2.20. paſtores, *Luc.*2.10 Chriſtus, *Luc.*22.43. Mulieres, 28.5. Maria Magdalena, *Ioan.* 20. 13. Apoſtoli, *Actor.* 1. 11. & 5. 20. Philippus, *Actor.* 8. 26. Cornelius, *Actor.*10.3. Petrus, *Actor.* 12.8. Paulus, *Actor.* 27. 24. Ioannes fre-quenter in Apocalypſi.

Creatura oratione carens loquitur, *Num.* 22. 28. *Iudic.* 9.12. *Iob.* 28. *verſic.*4. & 40.22. *Daniel.* 7. *verſic.*8. 11.20.2. *Petr.*2.16. *Apocalyp.* 10.3. 4.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Abſit vt multiloquium deputem quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine aut prolixitate dicantur. *Auguſtin.*

Periculum eſt dicere non ſolum falſa, ſed etiam vera: ſi is ea non quibus oportet, inſinuet. Quod vitium quadripartitum eſt, vel adulationis, & auaritiæ, & iactantiæ, vel loquacitatis incautæ. *Ambroſ. in Pſalm.*118.

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quempi-am tacendo: ideoque tacere poſſe, quam loqui difficilius eſt. *Amb.* 5. *de Offic.*

Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpi-ter, ſi procaciter: poſtremo, ſi vbi non non oportet, loquaris. *Lib* 1. *de virginis.*

Verba voluere, & apud imperitum vulgus admirationem ſui fa-cere, indoctorum hominum eſt. Nihil tam facile, quam vilem ple-bem & indoctam volubilitate linguæ decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur. *Hier. ad Nepotia.*

Tempus tacendi & tempus loquendi, diſcreta viciſſitudine pen-ſanda ſunt tempora, ne aut quum reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat, aut quum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pi-gre reſtringat. *Greg. l.*7. *Moral.*

Quot ſuperuacuis verbis mens à ſilentii ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot ruinis extra ſe ducitur, vnde redire interius ad ſui cogniti-onem non ſufficit: quia per multiloquium exterius ſparſa vim in-timæ conſiderationis amittit. *l.*5. *Moral.*

Praui ſicut in ſenſu leues ſunt, ita in locutione præcipites: quia quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit. *ibidem.*

Quum intentionem bonam locutio cauta non ſequitur, ipſa pietatis propoſitio in tranſgreſſionis vitium vertitur. *ibidem libro quinto.*

Tenerum membrum eſt lingua, & tamen vix teneri poteſt: ſub-ſtantia quidem infirmum atque exiguum, ſed vſu magnum & va-lidum in venis tenuis eſt & lata: ideo aptiſſimum eſt euacuendis ſordibus inſtrumentum. *Bern. in ſerm.*

Leuis quidem ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: leniter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit: leuiter profertur, ſed non leuiter reuocatur, facile vo-lat, ideo charitatem facile violat. *ibid.*

Vanus ſermo cito polluit mentem & facile agitur, quod libenter auditur. *Iſid. in lib. ſoliloquio.*

Sapiens non ſolum quod loquitur, ſed etiam opportunitatem loci, & temporis & perſonæ quum loquitur, diligenter inquirit. *Greg. in Prou* 15.

Vanus ſermo, vanæ conſcientiæ eſt iudex, mores hominis lingua pandit, qualis ſermo oſtenditur, talis animus approbatur: quoni-am ex abundantia cordis os loquitur. Sermo vanus non erit abſque iudicio, quia ab omni ſtatu rectitudinis deuiant, qui per vana ver-ba dilabuntur. *Hugo. l.*1. *de anima.*

Eſt tempus quando nihil, eſt tempus quando aliquid, nullum autem eſt tempus, in quo dicenda ſunt omnia. *Hugo. de diſ. mon.*

Quis eſt hominum ſic cautus, vt ſi inter æmulos loquatur, nul-lum eius verbum incurrat aliquam quæſtionem? Difficilis res eſt, linguam in lubrico faucium conſtitutam veritatis rigide tenere menſuram, cui ſi incaute fræna laxenter frequenter contra ſe lo-quitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur, quam loquendo. Salomon dicit. Ori tuo facito oſtium & ſeram, & verbis iugum atque ſtateram. *Caſſ. in Pſalm.*39.

Quibus citra honeſtatis nitorem lingua polluitur infrænis, his conſcientia quoque ſordiſſima eſt: quia facilius contingit, vt quiſpiam ſeria loquens viuat obſcœne, id eſt, immunde, quam valeat oſtendi, qui pariter exiſtat improbus dictis, & probus mori-bus. *Sid. lib.*3. *epiſt.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Antholog. Sacra Iac. Billi.
In loquaces.

*Conticuiſſe nocet nunquam, nocet eſſe locutum.*
*Linguam ergo imperio ſedulus vſque tene.*
*Lingua parens mediæ ſcelerum eſt certiſſima partis.*
*Hac domita, media crimina parte ruunt.*
*Vtque ſuum ſenſim perdunt hypocauſta calorem,*
*Ni ſtudeas clauſas ſemper habere fores:*
*Sic quoque, quam par ſit, ſi ſæpius ora recludas,*
*Paulatim è medio pectore feruor abit.*

Plaut. in Aſin.

*Nam merito loquaces habemur omnes,*
*Nec mutam profecto repertam vllam eſſe*
*Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.*

Hor. lib. 1. Epiſt.

*Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
*Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.*

Plutarch.

*Multa cognoſcendi ſtudium*
*Comitatur garrulitatis vitium.*

Horat. in Epiſt. 19. lib. 1. ad Lollium.

*Quid de quoque viro, & cui dicas ſæpe videto*
*Percunctatorem fugito. nam garrulus idem eſt:*
*Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,*
*Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

Ouid. lib. 2 de arte Amandi.

*Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.*
*Ac contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.*

Philemon. Syracuſan. comicus.

Σὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἕν,
Μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς.
Τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρόν.
Μὴ δ' ἂν σφόδρ' ἔπη πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον.
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδὲ εἷς τὸν Ὅμηρον εἴρηκε μακρόν.
*Eum, qui nihil opportune dicit,*
*Longum exiſtima, licet duas tantum ſyllabas pronuntiarit,*
*At bene dicentem ne longum exiſtimes,*
*Et ſi permulta dixerit, & longo tempore,*
*Huius iudicium Homerum accipe,*
*Is enim nobis myriades ſcribit verſuum,*
*Nullus tamen Homerum appellauit longum.*

Sophocles in Aleadis.

Τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστὶ σοί;
Τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπηρὰ ἔπη.
*Quid tibi vis amplius cùm tanta garrulitate?*
*Verba enim nimia ſunt moleſta vbique.*

Menand. Comicus.

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ φλώσσῃ φύεις,
Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.
*Turpe eſt cum quis diſertus, dicendo,*
*Inanes lingua ſermones eiaculatur,*
Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾷον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.
*Neque ex manu dimittentem ponderoſum lapidem*
*Facile eſt cohibere, neque ex lingua ſermonem.*

Æſchylus Tragicus.

Τυραννικόν τ' πολλ' ἐπίστασθαι λέγειν.
Δύο μὲν τὰ ὦτα, γλῶσσα δὲ μία βροτοῖς.
*Tyrannicum quiddam eſt multa ſcire loqui.*
*Duæ aures homini datæ ſunt, vna autem tantum lingua.*

Euripides in Dictye.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεὶ,
Λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.
*Quiſquis multa loquendo delectatur,*
*Is non intelligit præſentibus ſe eſſe moleſtum.*

¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Homines magnum poſſident vallum dentium, ad coercendos leues ſermones, verum in omni re iudicio mentis indigemus: quæ ſi verba non dixerit, ſæpius ante conſultationem effugiunt: & tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt.

Nauem ventis abreptam anchoris infrenamus ad rapiditatis hebetandam vim: ſermo ex ore, velut portu excurrens ſtationem nanciſcitur nullam, neque (vt Græce dicunt. ἀγκυροβόλειον, id eſt, anchoræ iactum fruſtra ſuccinueris communem futilium locuturum ἐπαδὸν, dum verbis humidis & lapſantibus defluunt: Hæc nemini dixeris, ſile, apud te ſint iſta. *Euſebius.*

Sacris ſilentii myſteriis initiari præſtiterit, ac altius contemplari, quanto maiore proſequamur admiratione, ampliuſque amamus, ſapientiores arbitrari, verbis parcentes, & (vt Græci expreſſius dicunt) στρογγύλους καὶ βραχυλόγους, quam hoſce effrenes, quos raptari temere videas, dum ſenſuum effutiunt inuolucra, & verborum inſtrepunt voluminibus, ac vocum turba. Ac ille quidem præparcus ſubſtrictuſque ſermone verbis eſt modicus, ſenſu latius ſe fundit, & exſpatiatur. Hoſce admirans Plato ita laudat, vt acerrimis eſſe iaculatoribus perſimiles dicat, ἔνυλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους.

A ſapientibus recte dictum eſt, dicendi quidem homines eſſe nobis magiſtros, tacendi autem Deum nos habere præceptorem quando in ſacris, myſteriiſque fauere linguis iubemur,

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πόλλ' ἀγορεύειν
Καὶ σιγᾶν αἰεὶ, τοῦτο γὰρ οὐ δυνατόν.
*Indecorum eſt prudentem apud imprudentes multa loqui,*
*Et tacere ſemper: id enim impoſſibile eſt.*
*Tutius eſt tacere: quam loqui. Theognidis.*

Egregia eſt Simonidis ſententia, quem dicere ſolitum, hiſtorici referunt. ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δ' οὐδέποτε, id eſt, Locutum eſſe pœnituit ſæpe, tacuiſſe nunquam. Hinc & Pythagoricos Athenæus ſcribit, animantes quidem attigiſſe reliquas, verum moderate, quaſdam etiam immolaſſe: piſces autem nec guſtaſſe omnino echymythæ, id eſt ſilentii ratione. Quippe ſilentium eſſe opinantur quiddam diuinum, pi vero prorſus ſine voce animaduertuntur: vel parœmia ſuffragante apud Lucianum, cæteroſque: item magis mutos piſce. Taciturnior Pythagoreis: de vehementer taciturnis prouerbium hoc dicitur, ſumptum à Pythagoræ ſchola, in qua quinquennale ſilentium indicebatur auditoribus. *Eraſm. in Chiliadib. Laert. libro De vitis philoſoph.*

Nihil æque proderit ad quietem commodam retinendam quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui, plurimum ſecum. Eſt quædam dulcedo ſermonis, qui irrepit & blanditur, & non aliter, quam ebrietas aut amor, ſecreta producit. Nemo quod audierit, tacebit, nemo quantum audierit loquetur: qui rem non tacuerit, non tacebit autorem, habet vnuſquiſque aliquem cui tantum credidit quantum ipſi creditum eſt, vt garrulitatem ſuam cuſtodiat, & contentus ſit, vnius auribus populum faciet: ſic quod modo ſecretum erat, rumor eſt. *Senec. epiſt.* l. 10. *ad Lucil.*

Multiloquium non ſolum moleſtum eſt auditori: ſed & ad perſuadendum inutile, præſertim apud principes, tum variis curis occupatos tum auribus faſtidioſis.

Stolidi oratoris inanis loquacitas reſponſo indigna eſt.

Fruſtra de iis verba fiunt, ad quæ perficienda non ſuppetit facultas.

Effectu caret loquacitas, taciturnitas autem certiora habet conſilia.

Eſt aliqua ſapientis pars, ſilentio ſtultitiam tegere.

Indecenter is magnifice loquitur, cui non ſuppetunt orationi pares.

Silentii tuta ſunt fidi præmia.

Multis verbis veritas non eget: & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt.

Orationis expedita breuitas eſt probanda.

Prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in verba. *Eraſm. in apoph.*

Conſcientiam amici nullus inuenit linguæ præceps, canibus imbecillibus mos eſt, quanto plus defecerunt virium, tanto magis latratibus indulgere. *in Prou. Sen.*

Qui fabellarum cupiditate ducuntur, vel ſtudio narrandi trahuntur, & qui in rebus quibuslibet die totos conterunt, eos loquaces, non intemperantes dicimus. *Ariſt. lib 3. Ethic.*

Dicaces, linguaces, locutulei, bombaliones ac futiles à veteribus appellantur Græcis σιππολόσαι.

Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει· τὸ σιγᾶν, ἀσφαλές, Id eſt, Loquacitas multos habet errores: tacere autem tutum eſt. *Apud ad familiares.*

An timuiſti ne ſecretum tuum ex me in vulgus erumperet? ita me rimoſum expertus es? ita infirmi ac futilis animi, cui tam facile commiſſa diffluerent? egiſti incaute, qui nihil toties gratiora crediderís: Sed crede mihi, quoniam hodie (vt video) dolor verecundiam ſuperat, crede, inquam, mihi pater optime: nulliſ (quos quidem ego nouerim) fide, ſilentio ſecundus ſum: Nemo me ideo, quod ſecreta non teneam, ne dicam fideli amicitiæ, ſed vel ſenatorio gradui, vel ſacerdotio Cereris inhabilem arguerit. Legimus apud Perſas, nihil fide ſanctius, nihil pulchrius ſilentio, nihil loquacitate deformius. Itaque illud vel morte cuſtodiunt, hanc morte caſtigant. Non eſt qui quocunque ſupplicio illi Regis pandat arcanum: ſi quis autem forte contra fecerit, nullo non ſupplicio dignus habebitur. Præclare, quid enim omnino facilius quam tacere? Ad quid ergo vtilis, aut cui magnæ rei ſit habendus idoneus, qui rem longe facillimam implere nequiuerit: *Franc. Petrar.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Petrar.lib.1.epiſt.5.de reb.familiaribus, ad Iacob, Columnæ Lombe-renſem Præſulem.*

Quamuis voluptatis patronus Epicurus, tamen hoſtis Xenocra-tes nec minus loquendi, quam agendi abſtinens. Hic ergo cum eſſet inter maledicos quoſdam, atq; illis ex more obtrectantibus, abſentium famæ, ſolus conticeſceret, interrogatus, cur id faceret? Quia locutum, inquit, me aliquando pœnituit, tacuiſſe nunquam. Laudatum hoc à ſapientibus reſponſum, mihi plenius probaretur, ſi ſermonum ſæpe, taciturnitatis raro pœnituiſſe dixiſſet. *idem in rebus memorabilibus.l.3.c.49.*

Πλεονεξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἐθέλειν ἀκούειν, id eſt.

Auaritia quædam eſt, omnia velle dicere, & nihil audire. *Democritus.*

Fieri non poteſt, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. *Plutarch.*

Quorum Lingua prompta ac temeraria eſt, haud æque in pugnam vigent manus. *Liu.Dec.3.l.2.*

Sapiens ſermones ſuos præcogitat, & examinat prius in pectore, quam proferat in ore. Qui enim ſunt leues & faciles ac importuni locutores, nullo rerum pondere innixi, verbis tumidis & laxantibus eam orationem bene exiſtimant. Eſt in ore, non in pectore lingua. *Aul.Gell.lib.8.*

## ¶ Apophthegmata.

*Laborhus*, Cuidam apud ipſum prolixiore vtenti ſermone, quid mihi, inquit, de re puſilla longa texis procemia? Quanta res eſt, tantam oportet & orationem eſſe, qua vteris. Eſt hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi ſermone quam cauſſa poſtulat longiore, adeo nuſquam non placebat frugalitas. Nam ad cauſſam non magnam adhibere ſuperuacuam verborum copiam, luxuriæ genus eſt. *Eraſm.l.1.apoph.*

*Cteſiphontem* Lacones eiecerunt, qui ſe profitebatur de re quapiam totum diem poſſe dicere, dicentes. Boni oratoris eſſe ſermonem habere rebus parem. Nulla in re iuſtius putarunt adhibendam frugalitatem qoam in oratione, quam Heſiodus non aliter quam pretioſum theſaurum parciſſime cenſet eſſe depromendam ad vſum, non ad oſtentationem. *idem.*

*Multa verba* nequaquam auguunt ſapientem opinionem. Græcus carmen eſſe videtur. οὐκ τὰ πολλὰ ἐπιφρονίμην ἀποφήνατο δόξαν, id eſt, Sapiens enim non, niſi cum res poſtulat, nec pluribus vtitur verbis, quam opus eſt. Quemadmodum Deus omnium ſapientiſſimus, ſermonis eſt parciſſimi. *Eraſmus libro ſeptimo Apoph.*

*Antiſthenem*, quoniam multa conſcripſit volumina, Tymon appellare ſolet παντοφυῆ φλέδονα, id eſt ingenioſum nugatorem Non tamen dixit εὐφυῆ, ſed παντοφυῆ, quod ingenio ad quiduis verſatili varia tractaret argumenta, & in his quædam parum digna Philoſopho.

*Bion Boryſtenites* cuidam immodice loquaci, vt ſibi ſubueniret, oranti reſpondet. Abunde tibi morem geram, ſi aduocatos miſeris, non venias ipſe.

*Zeno Citticus* ad Ariſtonem diſcipulum multa temere garrientem, quædam etiam præcipitantur, confidenterque, Fieri, inquit, non poteſt, quin te pater ebrius pcoſeminarit: oderat futilem loquacitatem, ipſe in dictis tum grauis. Eleganter ac polite loquentium ſermones aiebat eſſe ſimiles pecuniæ Alexandrinæ, oculis blandienti, ac vndique ſcripturam habenti, more numiſmatis, nihilo tamen eſſe meliorem. Rurſus qui magis ſtuderent vtilia dicere quam nitida, ſimiles eſſe dicebat terra drachmis, temere ac rudi ter percuſſis, quæ ſæpe picturatis illis nummis præponderarent. In nummo non ſpectatur elegantia ſculpturæ, ſed pondus ac materia: ita non refert, quam ſit elegans oratio, ſed quam grauis & vtilis.

*Ad quendam dicentem*, breues eſſe philoſophorum ſententias. Vera prædicas, inquit: oportet enim & ſyllabas illorum, ſi fieri poſſit, eſſe breues. Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt.

*Euripides*, Simplex veritatis oratio.

*Zeno*, Ptolemæi legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percunctantibus, quid de ipſo Regi ſuo eſſent renuntiaturi, ait, Vidiſſe vos ſenem, qui in conuiuio tacere nouerit. Cum enim cæteri ad oſtentationem multa dixiſſent, vnus Zeno perpetuum tenuit ſilentium. *Eraſmus libro ſeptimo Apophthegmatum.*

*Theophraſtus*. Ereſius dicere ſolutus eſt, potius eſſe fidendum effreni equo, quam verbo in compoſito. Nemo non metuit inſidere equo infreni, at plus eſt periculi à lingua effreni.

*De loquendi libertate, & libere dictis.*

*Bias* nauigans cum hominibus impiis tempeſtate correptis, aliis ad deos clamantibus, Bias: Silete, inquit, ne Dii vos homines ſceleroſos hic nauigare ſentiant. *Laertius libro primo, capite ſexto.*

*Crates*, Alexandro percontanti, num cuperet reſtitui patriam ſuam? Quid opus eſt, inquit? Fortaſſis alius Alexander reſtitutam deruet. *Laert.l.6.c5.*

*Ariſtippus* iuſſus aliquando ex ſua philoſophia nonnihil proferre, quumque detrectantem vt geret Dionyſius: Ridiculum, inquit, ſi quidem me vt de Philoſophia loquar rogas, & quando oporteat me loqui doces. *Laert.lib.2.c.8.*

*Idem*, ſciſcitatus, quem fructum percepiſſet ex philoſophiæ ſtudio? Quod cum quibuslibet (inquit) libere loqui poſſum. *Laert. ibidem.*

*Democritus*. Libertatem in dicendo, ingenuitatis ſignum eſſe dicebat: ſed occaſionis diuerſitatem, habere periculum. *Stobæus ſerm.*11.

*Idem* quum pro Athenienſibus apud Philippum legatione fungeretur, liberque loqueretur. Philippus, Metuiſne, inquit, ne tibi caput iubeam amputari? Non inquit: Nam hoc ſi mihi abſtuleris, patria ipſi mihi immortale pro hoc reponet. *Maximinus ſerm.*31.

*Idem* quum apud Dionyſium quæreretur, quod æris genus eſſet omnium optimum? Ex quo, inquit, Athenienſes ſtatuas fecerunt Harmodio & Ariſtogitoni. Nimium libere ſignificans, tyrannos è medio tollendos. Nam ob eiectos tyrannos Athenienſes illis ſtatuas erexerunt. *Idem Antiphonti & Diogeni tribuitur tum à Plutarcho tum à Laert.l.9.c.7.*

*Anaxarchus* inuiſum habuit Nicocreontem Cypri tyrannum. Itaque, quum in cœna quadam Alexander rogaſſet, qualis illi videretur? Præclara, inquit, ſed oportuit & ſatrapæ cuiuſdam caput apponi, oculos detorquens in Nicocreontem, qui aderat, à quo etiam poſtea crudeli mortis genere è medio ſublatus eſt.

*Plato* diu in Sicilia commoratus, cum à Dionyſio cui ſemper familiariſſimus fuerat, vocatus eſſet ad cœnam, & inter alia, quæ cœnantes fabulantur, Dionyſius interrogaret, num etiam apud Athenienſes philoſophorum conuentu Dionyſii mentionem facerent? Pla. ſubridens, reſpondit: Nunquam philoſophos, qui Athenis viuunt, ira vacare, aut de tam vili materia inter eos tractari poſſe, vt loqui de Dionyſio valeant, Libere & aperte vitam vt dignus erat, reprehendens. *Plut.*

*Idem* Dionyſio Hermocratis filio de tyrannide diſſerens, ait, non ſtatim eſt præſtantius, quod vni tantum ſit vtile, niſi & virtute cæteris antecelleret. Offenſus tyrannus dixit, οἱ λόγοι σοῦ γεροντιῶσι. Id eſt, verba tua ſapiunt ſenium. Contra Plato, οἱ δὲ σοῦ τυραννιῶσι Id eſt, tua vero tyrannidem ſapiunt. *Laert.l.3.*

*Diogenes* aliquando in Antiſthenem incidens reprehendit ipſum, vt in dicendo remiſſiorem ſe multo, & qui vix etiam altum clamans exaudiretur. Seipſum vero tubam conuiciorum appellabat. Cui verbis ſe vlciſcens Antiſthenes, pro tuba ſe ſimilem eſſe reſpondit veſpis, quæ ſonum quidem aliis haud magnum edant, centrum tamen habeant acerrimum: plurimum vero libera Diogenis linguæ promptitudine delectabatur. *Stob. ſerm.*1.

*Idem* dicere ſolebat: Canes quidem mordent inimicos, ego autem pro libertate mea amicos, vt incolumes ſeruem. *Stobæus ſerm.*11.

*Idem* ab Eritio petiit quiddam magni, qui quum ex more his verbis negaret: Faciam, ſi mihi perſuadere poſſis. Si poſſim, inquit Diogenes, iam pridem tibi perſuaſiſſem, vt te ſuſpenderes. *Laert.lib.6.*

*Idem*. Inuitatus vt ad Alexandrum Regem veniret, recuſauit. At Perdiccæ præfecto minitanti necem, ni veniret: Nihil, inquit, magni feceris, ſiquidem & cantharis & phalangium idem poſſunt. *Laert.lib.6.c.2.*

*Idem*. Cum captiuus in caſtra ad Philippum Macedoniæ Regem deduceretur, ac à Rege interrogaretur quiſnam eſſet: Reſpondit ſe exploratorem eſſe ad ipſum profectum, vt inſatiabilem eius rapacitatem videret. Qua loquendi libertate victus Philippus, ſtatim eum dimitti iuſſit. *Plut.*

*Spartanus quidam* hoc Heſiodi carmen laudibus in cœlum efferebat quod ita habet,

> Ουγ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
> *Non vel bos pereat, etiamſi vicinus malus adſit.*

Idque audiente Diogene: Atqui, inquit, Meſſenii cum bobus ſuis perierunt, & vos illorum eſtis vicini. Notauit autem libere turpiſſimos Spartanorum quorundam mores, *Ælian. lib. 9. de Var.hiſt.*

*Ariſtot*. Caliſthenem diſcipulum liberius multa dicentem apud Alexandrum, Homerico carmine admonuit.

> Ωκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.
> *Talia nate loquens, haud multo tempore viues.*

Nec male diuinauit, nam libertas illi fuit exitio. *Laert. libro 5. cap.*1.

*Cleanthes* inconſtantiam Arceſilai præſente Rege adeo libere reprehendit, vt diceret hominem aliud loqui, aliud facere. *Laert. lib.7.c.2.*

*Ariſtides* cum liberius quænam in Dionyſium ſeniorem dixiſſet, res ad Regem delata: vocatus igitur Ariſtides à Rege irato, mortemque minitanti, cum interrogaſſet an facti pœnite-

RRR 3 ret,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ret: Nequaquam, inquit, vlla pœnitentia tangor. *Bruſon. libro 2. capit. 1.*

*Ariſtonymus* perinde facere dicebat, qui ex oratione libertatem tollit, ac ſi ex abſynthio tolleret acrimoniam. *Anton. & Maxim. ſerm de liberat. reprehen.*

*Menedemus Eretrienſis* à Nicocreonte Cypri tyranno vocatus ad ſolemne conuiuium, cum Aſclepiade amico, cæteriſque philoſophis, dixit: Si honeſtum eſt tales conuocare viros, oportuit id quotidie fieri: ſin minus, etiam nunc fruſtra fit. Ad id quum tyrannus reſpondiſſet, diem illum eſſe ſibi feſtum, eoque ſingulo quoq; menſe vacare audire philoſophos: liberius reſpondit Menedemus, Hoc poſtulare ſacrificium, vt per omne tempus audiret philoſophos. Quid multis? Eò proceſſit hominis libertas, vt niſi tibicen quiſpiam eos auocaſſet perituri fuerint. In naui quum periclitarentur, Aſclepiades dixit, Tibicinis modulatio ſeruauit nos, Menedemi libertas perdit. *Laertius libro ſecundo, capite 18.*

*Phocion* cum per totam vrbem diſſeminatum eſſet à Delphico oraculo reſponſum eſſe: Vnum Athenis virum eſſe, qui aduerſo omnibus aliis ciuibus animo eſſet: & cui præſentium rerum adminiſtratio inuiſa eſſet, ac cum hinc inde quærerent, quiſnam is eſſet? Ego ſum, inquit, cui plane nihil placet eorum, quæ id tempus in adminiſtranda veſtra Republica geruntur. *Plutarchus*

*Demoſthenes*, Ingenuis hominibus nihil infelicius accidere poſſe dicebat, quam ſi dicendi libertatem amitttunt. *Stobæus ſermone 11.*

*Phocion*, Cum aliquando Athenis non ad gratiam, ſed ad vtilitatem concionaretur, ei Demades orator dixiſſe dicitur: Si populus inſanierit, te occidet. Cui Phocion: Te vero, ſi ſapiet. *Max. ſerm. 51.*

*Simonides.* Pauſaniæ Lacedæmoniorum Regi ſubinde de rebus à ſe geſtis glorianti, tandem & Simonidem per irriſionem hortanti, vt aliquid ſapienter ipſum admoneret. Moneo, inquit, vt te memineris eſſe hominem. *Eraſmus libro ſexto Apophthegmatum.*

*Lycurgus* ob generis nobilitatem liberior erat in dicendo, quam, vt populus interdum ferre poſſet. Itaque, cum aliquando populi ſtrepitu exploderetur, e ſuggeſtu, exclamauit, O Corcyræa ſcutica, quam multis talentis digna es! Notans populum, à quo eiiciebatur, magnæ quidem authoritatis ac nominis eſſe, ſed inutilem rebus gerendis, *Eraſmus libro octauo apophtheg. ex Plutarch.*

*Theocritus*, quendam ineptum poetam recitantem carmina auſcultans, interrogatus ab eo, quænam ei placerent? Reſpondit, Quæ omiſiſti. *Antonius in Meliſſa parte prima ſermone quinquageſimo.*

*Pelopidas* ab Alexandro Pheræo captus, cum haud arcta cuſtodia teneretur, per id tempus populos Alexandro ſubditos ſolicitare non deſinebat, monebatque breui Alexandrum pœnas daturum. Quod cum Alexander reſciuiſſet, miſiſſetque qui Pelopidam monerent, niſi linguam compeſceret, fore vt ei mortis cauſſam afferret: nuntio reſpondit, Alexandro referret, Pelopidam mirari, quod tam diu diſtuliſſet, cum ipſe adeo in eum hoſtili animo eſſet, vt ſi vnquam euadendi facultas daretur, ad dandas pœnas pro eis quæ impie in populos ſuos nulla eorum culpa ederet, ipſum coacturus eſſet. Paulo poſt Pelopidæ opera Alexander à ſuis interemptus fuit. *Fulgoſius libro ſexto ex Plutarcho.*

*Idem* ab Alexandro captus, tyranno nuntiauit, abſurdum eſſe vt alii interficerentur, ipſe autem ſolus ſuperſtes eſſet. Alexander igitur re intellecta, interrogat, cur mortem optaret? Reſpondit Pelopidas, Tu diis omnibus inuiſus cum ſis, cur non prius mori optas? *Bruſonius libro ſecundo, capite ſecundo ex Plutarcho.*

*Idem*: Thebe Alexandri Pheræi vxor, cum ad viſendum Pelopidam, qui ab Alexandro in vinculis tenebatur, deſcendiſſet, ac dixiſſet Pelopidæ, Miſeret me tuæ vxoris: & me (reſpondit Pelopidas) tui, quod libera cum ſis, Alexandrum feras. *Plutarch. in apoph.*

*Philotes* cum à Lyſandro, qui eum bello ceperat, interrogaretur, quid is meritus eſſet, qui de Lacedæmoniis tantum, vt ei vitio dabatur, oblocutus eſſet? Interritus reſpondit, O Lyſander, noli accuſare, qui iudice careat, ſed iam tandem aduerſum me id exequere, quod ipſe iam in te feciſſem, ſi iam tu in mea manu eſſes, quam ego in tua ſum. Quamobrem eum Lyſander occidi iuſſit. *Fulgoſ. lib. 6. ex Plut.*

*Philoxenus.* Cum Dionyſii carmina paulo liberius reprehendiſſet, ob eam cauſſam lapidicinis adiudicatus eſt. Deinde reuocatus ac iterum ad eius carminum recitationem admiſſus, non multum immoratus ſurrexit. Quærenti autem Dionyſio, quonam abiret? Ad Latomias reſpondit. *Stobæus Sermone vndecimo.*

*Themiſtocles* puer adhuc cum quodam tempore è ludo literario rediret, obuiam Piſiſtrato tyranno factus, de via decedere noluit, Vnde cum grauiter à pædagogo obiurgaretur libere reſpondiſſe fertur: Nunquid hæc via ei non ſufficit? *Ælian. de var. hiſt. lib. 3.*

*Demaratus*, Improbo quodam intempeſtiuis eum interrogationibus cauillante, ac idem ſæpius iam rogante, qui optimus eſſet Spartanorum? Qui tibi, inquit, longe diſſimillimus eſt. *Plutar. in Lacon. Bruſ. lib. 3. c. 16.*

*Idem*, Eo tempore quo Philippus Macedonum Rex ortis domeſticis diis cum vxore & filio diſſidebat, interrogatus à Philippo, quam bene inter ſe Græciæ ciuitates conuenirent? Libere reſpondit, Magnæ ſane tibi curæ eſt, Philippe, vt de Græcorum concordia certior fias. Siquidem id ad te pertinet, poſtquam cum coniuge tua ac filio tam concorditer, tantoque in amore viuis. *Fulgoſ. lib. 6. ex Plut.*

*Chæreas*, cum ei aliquando iratus Ptolemæus Rex atrociter minaretur, ſuam libertatem non minoris faciens quam potentiam regiam reſpondit: Ægyptiis impera, ego te tuamque ſiam nil moror. *Philo. Iudæus lib. Quod omnis probus.*

*Dercillidas* miſſus à Spartanis ad Pyrrhum Regem legatus, cum Pyrrhus grauibus verbis eum vrgeret, vt Lacedæmonii Cleonymum Regem, quem pepulerant, in regnum reciperent, nulla regiæ dignitatis ratione habita reſpondit, Si Deus es, Pyrrhe, nobis minime timendum à te ducimus, nam cum iuſtam habemus cauſſam, Deus qui iuſtus eſt, nihil aduerſus nos molietur: quod ſi non Deus, ſed homo es, melior profecto non es, & propterea tantopere nobis formidendum non eſt. *Fulgoſius lib. 6. ex Plut.*

*Theodorus Philoſoph.* Lyſimachus Macedo cum mortem ei minatus eſſet, Theodorus ad Regem ait, iſtis purpuratis & amicis tuis mortem tam crudelem minare, qui digni ſunt, vt infameſto mortis genere claudant diem extremum. *Bruſonius libro ſecundo cap. 1.*

*Anonymus.* Antipater cuidam ruſtico librum de felicitate exhibenti, non otium ſibi eſſe dixit. Cui ille, Ne regna quidem igitur, ſi non frueris otio. *Stob. ſerm. 11.*

*Epicharmus.* Hiero tyrannus cum aliquot è familiaribus occidiſſet, paucis poſt diebus Epicharmum vocauit ad cœnam, cui ille nimium libere: At nuper, inquit, cum immolares amicos, non me vocabas. Solent, qui ſacrificant, ſplendidum epulum apparare, atque id rogare amicos. Periculoſa libertas, quæ plus laudis audienti, quam dicendi. *Plut. in apoph.*

*Diogenes.* Quum Alexander Magnus ad Diogenem veniſſet, eumque ſalutaſſet, percontatus eſt Diogenes, quiſnam eſſet? Quumque ille reſpondiſſet, ego ſum Alexander ille Rex. At ego, inquit, Diogenes ille canis. Non minus ſuperbiens ſua libertate quam Alexander ſuo regno. Interrogatus autem, curnam canis vocaretur? Quoniam, inquit, dantibus blandior, non dantibus oblatro, malos etiam mordeo. Iterum Alexandro quærente, num quid vellet? Secede pauliſper, inquit, nec mihi vmbram facito. *Laert. lib. 6. cap. 2. Seneca Plutarchus.*

*Paulus Æmilius.* Conſul aduerſus Perſeum Macedoniæ Regem creatus, cum mos eſſet in eiuſmodi rebus populo Romano gratias agere: vt ſuam in dicendo libertatem ſeruaret, virtute & innocentia ſua fretus, ad populum dixit de duobus conſulatibus, quos erat adeptus: Primum ſe ſui ipſius gratia, petiiſſe, hunc autem ſecundum ab ipſo populo delatum eſſe. Huius igitur poſtremi cauſſa gratia non agere. Quin potius ſi quem meliorem ad eam expeditionem populus inueniret, eum eligeret. Verum ſi quid in eius virtute ſpei repoſuiſſet, ſine verbis dicto eius audiens eſſet. *Plut. in eius vita.*

*Scipio Africanus* interrogatus quid de Tiberii Gracchi morte (cuius ſororem in matrimonio habebat) ſentiret? Iure cæſum, reſpondit. Cuius dicto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſucclamaſſet, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt. Orto deinde murmure: non efficietis, ait, vt ſolutos verear, quos allegatos adduxi. *Paterculus & Plut. item Valer. Max. lib. 6. c. 2.*

*Q. Flaminius* cum aduerſus Philippum Macedoniæ Regem bellum gereret, & in tractanda pace delectus ad colloquium locus eſſet, philippus fraudem veritus, obſides à Flaminio petiit, affirmans Romanis multos eſſe Flaminios, ſed apud Macedones eſſe vnum Philippum. Ad quam Flaminius ſtatim reſpondit, ipſius Philippi culpa accidere, qui & amicos & propinquos omnes interemiſſet, Romano, id eſt, libero verbo crudelitatem atque perfidiam Philippo improperauit. *Plut.*

*Granius*, quum P. Naſica tum conſul, cuius iuſſu ſuſtitium in medio foro edixerat præco Granius, rogaret eum domum deſcendentem, quid triſtis eſſet? An quod auctiones eſſent? Imo vero, inquit Granius, quod legiones: notans eum, quod armis rem gereret. Libera ſane vox præconis in conſulem, ſed exemplum moderationis exemplum, hoc impune licuiſſe præconi. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Iulius Cæſar.* L. Sylla ſedente pro Tribunali, cum prætor officio ſuo vtens: atque Cæſari adhuc priuato iratus diceret, ſe officio ſuo vti: reſpondit Cæſar, Recte tuum appellas officium, quod pecunia tibi comparaſti. Neque enim magiſtratus maieſtate deterritus eſt, qui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

..ei quſ arte magiſtratum eſſet aſſecutus coram exprobraret.

*..Priuernatum legati.* C. Plautius conſul de Priuernatibus, qui à ..manis deſciuerant, ad Senatum retulit: ac variantibus ſententiis ..dam Priuernatum legatos percontatus eſt, quam pœnam videretur meruiſſe? Eam, inquit, è legatis vnus, quam merentur qui ſe ..tate dignos cenſent. Hic conſul: Quid, inquit, ſi vobis pœnam ..mus, qualem vobiſcum pacem habituri ſumus? Si bonam ..eritis, inquit, & fidelem & perpetuam: ſin malam, haud diutur.. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Cn. Piſo.* Cn Piſo, iuuenis etiamnum, Manilium Criſpum reum ..euidenter nocentem: eumq; licet præpotentem multis ac ma..criminibus vrgebat, quod videret illum eripi gratia Pompeii, ..Manilio reo aderat. Itaq; quum Pompeius velut exprobrans ..ſſem temeritatem Piſoni, qui non vereretur nobilem & opu..ntum atq; ipſi cum primis amicum, ad iudices pertrahere, dixiſ..Quin eadem opera me quoq; accuſes: intrepide reſpondit Piſo. ..rades Reipubl. te ſi poſtulatus fueris ciuile bellum non excita..tuum nomen prius quam Manilii deferam. *Hic elegans e..pœnema ſubiicit Valerius Maximus.* Eodem, inquit, iudicio, ..ſuſtinuit reos accuſatione Manilium, libertate Pompeium: & ..rum lege peregit, alterum profeſſione. *Valerius Maximus lib. 6. cap. 2.*

*Cato Vticenſis.* Laudatus à Senatu, quod populi tumultum ora..ne ſua prorſus ſedaſſet: At ego inquit, vos P. C. nequaquam lau..de, qui me prætorem in tanto periculo deſeruiſtis. *Plut. in eius vita.*

*Cicero.* In Pompeium multa liberrime dixit. Cuius hæc de iis ..dicta referuntur: Ego quem fugiam quidem, habeo: ſed quem ſe..quar, non habeo, *Macrobius libro ſecundo Satur.* Et cum ad Pom..peium veniſſet, dicentibus eum ſero veniſſe: reſpondit. Minime ſe..ro veni, nam nihil adhuc paratum video. *Macrobius.*

*Petronius.* Cum Catonem ſibi obſtrepentem in carcerem eſſet ..coniecturus, & multi eſſent quibus hoc factum maxime diſplice..ret, inter alios M. Petronius increpatus à Cæſare, quod ſenatu non ..dimiſſo abiret. Malo, inquit Petronius, in carcere cum Catone, ..quam hic tecum eſſe. Quo audito, Cæſar ſtatim Catonem, affectus ..pudore, dimiſit. *Dionyſius Nicæus in Pompeio.*

*Laberius* ex equite Romano factus mimus, annos iam natus ..ſexaginta, huc adigente Nerone, in actione quadam induxit habi..tum Syri, qui veluti flagris cæſus, ac proripienti ſe ſimilis exclama..bat.

*Porro Quirites libertatem perdidimus.*

Ac paulo poſt adiecit:

*Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.*

Ad has voces populus vniuerſus oculos & ora conuertit in Cæſa..rem intelligens, illius impotentiam his dictis lapidatam. Hoc mo..do, quo licuit, Laberius vltus eſt ſortem ſuam *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Anonymus.* Tiberio Cæſari cunctanter, & ægre ſuſcipienti dela..tum imperium, quidam in os auſus eſt dicere Cæteri quod polli..centur, tarde præſtant: tu quod præſtas, tarde polliceris. *Ex Sueto.*

*Marcellus.* Tiberius Imperator cum in edicto quodam verbo ..parum Latino eſſet vſus, interrogauit latinæ linguæ peritos, num in ..latinæ linguæ puritatem peccaſſet? Cui reſpondit Atterius Capito: Quanquam hoc verbo nemo vſus eſt antehac, tamen id tua cauſa ..recipiemus in poſterum. Marcellus autē quidā reſpondiſſe dicitur, Hominibus quidem potes dare ciuitatem Romanam, Cæſar, Lati..na verba non potes. Hunc Tiberius, quanquam libere locutum, ..nullo tamen damno affecit. *Dionyſius.*

*Bato.* Dalmatis ſæpenumero defectionis author fuerat, & Roma..nis magna damna attulerat A Tiberio intterrogatus, cur ei defice..re, tamque diu contra Romanos bellare viſum eſſet? Vos, inquit, ..cauſam dediſtis, qui ad greges veſtros cuſtodiendos non mittitis ca..nes aut paſtores, ſed lupos. *Dionyſius in Auguſto.*

*Clemens ſeruus Agrippæ,* Is, domino quantum ad lineamenta o..ris attinet, plane perſimilis, cum ſe Agrippam eſſe diceret, atque eo ..pacto magnam pecuniam conflaret, comprehenſus tandem à Cæ..ſare Tiberio interrogatuſq; quomodo Agrippa factus eſſet? Eodem (reſpondit) modo factus ſum Agrippa, quo tu Cæſar Romanus, ſi..gnificans: Tiberium fraude imperatoriam dignitatem eſſe nactum. *Dionyſius in Tiber.*

*Subrius Flauius.* Is, tribunus ſtipatorum militum apud Nero..nem interrogatus, cur cum cæteris in Imperatoris ſui mortem con..ſpiraſſet: ad Neronem dixiſſe fertur: Quia te & dilexi, & odio proſe..quutus ſum ſupra omnes homines. Dilexi autem, quod te ſpera..bam bonum principem fore: odi autem, quod Tyrannum te eſſe ſa..tis ſim expertus, quo factum eſt, vt aurigæ atque citharœdo ſeruire noluerim. *Xiphilinus in Nerone Tacitus.*

*Sulpitius Aſper,* Eadem dignitate qua Flauius, & idem pari culpa inſimulatus, cum ſimiliter, qua re motus conſpiraſſet, rogaretur? Reſpondit non minus libere: Se non aliam rationem finiendorum eius immenſorum ſcelerum inuenire potuiſſe. *Sueton. in vita Neronis.*

*Burus,* cum intellexiſſet, Neronem Imperatorem Octauiam Auguſtam propter Sabinam pellicem repudiaſſe, ad Neronem dixiſſe fertur: Si repudiaſti, redde etiam dotem, hoc eſt, principatum. *Xiphilin. in Neron.*

*Pythias,* Nerone regnante, cum omnes famuli, præter Pythiam, vna cum Sabina pellice, Octauiam Auguſtam inuaderent, quod eā contemnerent afflictam fortuna: & illi, cuius magna poteſtas erat, aſſentaretur: ſola Pythias, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in dominam mentiri, cumq; Tigellinus Sophronius, homo petulantiſſimus, atq; homicida crudeliſſimus, inſtaret vehementius, faciem eius conſpuit: Mundior eſt (inquit) Tigelline, vulua Octauiæ dominæ meæ, quam os tuum impudentiſſimum. *Xiphilin. in Nerone.*

*Anonymus.* Gallus quidam ſutor cum vidiſſet Caligulam Imperatorem nunc deorum, nunc mulierum veſtitu turpiter incedentem, atq; in ſolio eminentiſſimo tanquam Deum ſedentem, Iouis chlamyde amictum, tantam inſolentiam irriſit. Qua re animaduerſa, Caius ad ſe vocatum hominem, rogauit quid ſibi videretur? Reſpondit Gallus, Hanc magnam dementiam videri. Sed Imperator, eo quod ſutoris dictum ſatis liberum eſſet, æquo animo tulit. *Xiphil in Calig.*

*Anonymus.* Græculus quidam cauſam agens apud Claudium Cæſarem, inter altercandum commotus hanc vocem in illum emiſit: καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός, id eſt, & tu ſenex es, & ſtultus. Vſque eo ſumma poteſtas ob ſtultitiam & paſſim & propalam euiluerat, vt hoc in os dixerit, non ſenator, ſed ignotus Græculus, & dixerit impune. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Anonymus.* Quidam bubulcus ſeruus, ſenio pene confectus, cum iam aſſumpto ad imperium Veſpaſiano domino, propter nouæ fortunæ felicitatem meritum ſe putaret, quem dominus munere dignaretur, venienti in vrbem Veſpaſiano ſe obtulit, & libertate ſe donari petiit. Cum autem minime aſſentiri Veſpaſianum videret, continere ſe ſeruile pectus nequiuit, quin vt poterat dominum vlciſceretur Magna enim voce exclamauit, vero adagio dici, Vulpem pilos quidem mutare, ſed mores nequaquam. Ita enim veteris domini auaritiam natura inſitam exprobrauit.

*Fulgoſ. lib. 10.*

*Iun. Mauritius.* Nerua Cocceius in cœna ciui aſſidebat Veiento, qui ſub Domitiano conſularem dignitatem fuerat adeptus, ſed multos clam apud illum detulerat, quum orta Catuli mentione, qui calumniator inſignis fuerat, diceret, Quid faceret Catulus, ſi Domitiano ſuperuixiſſet? Iunius Mauricus reſpondit, Nobiſcum, inquit, cœnaret. Satis libere ſubmonens Imperatorem, quod Veientonem haberet familiarem, ſimillimum Catulo, quem vt calumniatorem execrabatur. *Eraſ. li. 8. apoph.*

*Fronto.* Is Conſul Romanus poſt Domitiani peſſimi principis mortem, de Cocceio Nerua, principe optimo atque eodem patientiſſimo, pari libertate locutus eſt. Nam cum videret nimium populo indulgeri, permittique vt in eius eſſet manu vel accuſare, vel occidere, quem Domitiani miniſtrum fuiſſe ſciret, clara voce dixiſſe fertur: Malum eſſe ſub principe viuere, qui nihil agi permitteret: ſed longe deterius, ſub eo, qui fieri nihil prohiberet. Quod cum Nerua audiuiſſet, modum accuſationibus impoſuit. *Fulgoſ. li. 6.*

*Traianus* Valentis, crudeliſſimi in Chriſtianos Imperatoris, Dux contra Gotthos miſſus, cum poſt male in eo bello res geſtas rediret Domum atq; obiurgaretur ab Imperatore qui grauiter hominis ignauiam accuſabat, reſpondit: Non ego, ô Imperator, victus ſum, ſed tu potius, qui contra Deum inuictum bellum ſuſcipis, atq; tua impietate à te ipſo omnem victoriam reiicis. *Nicephorus Calliſtus lib. 11. Eccl. hiſtor. cap. 49.*

*Papinianus.* Baſſianus Antonius Imperator magna laborabat inuidia, quod fratrem occidendum curaſſet. Eoque Æmilio Papiniano prætorii præfecto, ob eximiam iuris prudentiam ſummæ apud Romanos authoritatis negotium dederat, vt hoc facinus apud ſenatum defenderet. At is reſpondit: multo facilius parricidium perpetrari, quam defendi: ob hanc liberam vocem Baſſianus occidit virum immortalitate dignum. *Eraſmus 8. apoph.*

*Geta,* Baſſiano tum ioco tum ſerio dicenti, omnes cum liberis occidendos: Geta puer dixit, Tu qui nulli pareis, potes etiam fratrem occidere. Id dictum tunc contemptum eſt, poſt cognitum eſt fuiſſe vaticinium, nam parricidium poſtea commiſit. *Spartianus.*

*Heluius Pertinax.* Quum Antoninus Caracalla ambitioſe ſibi multa cognomina aſſereret, Germanici, Parthici, Arabici, & Alemanici,



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

manici, Heluius Pertinax, belle iocatus fertur: Adde etiam, inquit, ſi placet, Geticus Maximus, quod Getam fratrem occidiſſet. *Ælius Spartian.*

*Anonyma.* Adrianus Romanorum Imperator cum forte in foro eſſet, audiuit mulierem clamantem, Audi me Cæſar. Verum is quum reſpondiſſet, Non eſt otium modo: illa altius clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc igitur vocem reſtitit, & mulierem audiuit. *Ex Dione Caſſio.*

*Apollodorus.* Inſignis architectus, cum Romæ præclara quædam ædificia erigeret, atq; Adrianus Imperator inepte hominem neſcio qua in re reprehenderet, reſpondiſſe fertur: Abi Imperator, ac cucurbitas pinge, nam quidem ædificandi artem plane ignoras. Quam loquendi libertatem adeo ſiniſtre interpretatus eſt Imperator, vt ſtatim cogitaret quo mortis genere hominem interficeret. *Dion. Nicaus, & Xiphilinus in vita Adriani.*

*Pollenius Sabinus.* Is homo omnium mordaciſſimus, cum audiuiſſet Seuerum Imperatorem adſcriptum eſſe Marci familiæ: in- Gratulor tibi, inquit, Cæſar inuictiſſime, quod patrem demum ueneris, quaſi antea patrem non habuiſſet propter ignobilitatem & obſcuritatem generis *Xiphilinus in vita Seueri.*

*Anonymus.* Galienus iunior patris mortem inultam reliquit. Itaq, quum Rex Perſarum quaſi captiuus per pompam duceretur, quidam ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis diligentiſſime ſcrutantes omnia, & cuiuſq; vultum diligenter contemplantes. Qui interrogati quid agerent? Patrem, inquiunt, principis quærimus, notantes, à Galieno neglectum fuiſſe. Id vbi delatum eſt ad principem, ſcurras viuos exuri iuſſit. Exemplum impietatis in Cæſare, periculoſæ libertatis in ſcurris. *Trebellius Pollio.*

*Mares Epiſcopus* Iulianus Imp. cum Conſtantinopoli in Fortunæ ſacello ſacrificaret, palam à Mare Epiſcopo Chalcedonenſi, apoſtata & ἄθεος, vocatus eſt. Is autem debilitatus viſu, alterius ducebatur manu. Volens igitur Imperator lacerare blaſphemiis Deum conſuete dixit, Neq; Galilæus tuus curare tibi viſum poteſt. Cui reſpondens Mares dixiſſe fertur. Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideo factum eſt, ne te videam pietate omni nudatum. *Sozomenus li. 6 Eccl. hiſt. ca. 6.*

*Terentius.* Is ducum omnium fortiſſimus, & pietate ſimul, ac rerum contra Armenios geſtarum gloria in primis inſignis, cum ad Valentem Imperatorem contra Gotthos iam belligerantem veniſſet, atq; optionem Imperator obtuliſſet, vt à ſe quicquid vellet peteret: nihil aliud petiit, quam vt Antiochiæ vnam ſaltem Eccleſiæ Catholicæ propugnatoribus concederet Eccleſiam. Quod cum Valens audiuiſſet, petitionis libellum (vt homo erat impius, atque Chriſtianæ religioni infenſiſſimus) iam lectum lacerauit, atq; aliud illum petere iuſſit. Tum Terentium libelli partibus recollectis: Habeo, inquit, ô Imperator & donum teneo, neq; aliud petam. Conſilii enim mei iudex erit, qui iudex eſt omnium. *Nicephorus Calliſtus lib. 11. Eccl. hiſt. ca. 49.*

*Sigiſmunduo Imp.* Cum dixiſſet aliquando, aſſentatores ſe veluti peſtem odiſſe: Imo, inquit Brunorius Veronenſis, nullum genus hominum magis amas, nam quid apud te poiſſent M. Banus, Laurentius Palatinus, Vrſatius, & alii, niſi aſſentando, tuam gratiam meruiſſent? Cum Sigiſmundus, Brunori, ait, ſic comparatum eſt, cum vitandos eſſe adulatores dicimus, tum maxime illis aures damus. Nec enim tu mecum tam diu fuiſſes, niſi mihi blandiri aſſueuiſſes. *AEneas Sylu. lib. 3. commentarior. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Anaſtaſius Epiſcopus* interrogatus à quodam, cur ita profuſe pecuniam ſacram dilapidaret, & non potius in vſus decentes eam impendens, ita vti opus eſſet diſpergeret, libere reſpondit per cauillationem: Ideo conſumo, ne à communi pernicie Iuſtino auferatur, *Nicephorus Calliſtr. libro decimo ſeptimo capite 36. hiſtor. Eccleſiaſt.*

*Achemenides*, qui & Homiſdas dictus eſt: cum in Perſia fidem Chriſtianam profiteretur, vocatus à Varane Rege, atq; abnegare Chriſtum iuſſus, reſpondit: Imperata tua, Pex potentiſſime, non ſolum iniqua ſunt, ſed incommoda etiam. Cui enim ea neceſſitas imponitur, vt facillime vniuerſitatis huius Deam abiuret: huic longe facilius fore puto, Regem deſpicere, atq; ad alium tranſire: Rex namque etiam homo cum ſit, fatis ſubiectus eſt: cum Deus nullis rebus plane ſubiectus ſit. Magis igitur eſt crimen, diuinam quam regiam lædere maieſtatem. *Nicephorus lib. 14. capit. 10. Eccleſiaſt hiſtor.*

*Iſacius Monachus.* Cum Valentem Imperatorem vna cum exercitu contra Gotthos, qui Chriſtianam religionem acceperant exeuntem vidiſſet, manu frenum equi, quo ille vehebatur, arripiens, voce magna dixiſſe fertur: Quoniam, ô Imperator! proficiſceris? Qui aduerſus Deum bellum geris, neque illius opem tecum trahis: Nam ille quodammodo contra te hoſtem excitauit quoniam tu aduerſus illum impiorum hominum peregrinas & blaſphemas linguas exacuiſti, & Catholicos ex ſacris ædibus eiecisti. *Plura leges apud Nicephorum libro 11. cap. 50. Eccleſia hiſtor.*

*Agapetus Roman. Epiſcopus.* à Theodato, qui in Italia Gotthorum Rex erat Conſtantinopolim placandi Iuſtiniani gratia miſſus cum Imperatorem Eutychiana hæreſi laborantem, fruſtra ... prehendere ſe intellexiſſet: Ad Iuſtinianum Chriſtianiſſimum Imperatorem me veniſſe arbitrabar, inquit, ſed quantum tueri poſſum, ad Diocletianum me veniſſe video. *Fulgoſus li. bro 6.*

*Demades* in pugna ad Chæroneam à Philippo captus, ... commodatus, cum Philippus inter pocula hæc verba iactaret ... bi nunc eſt nobilitas & præſtantia ciuitatis Athenienſium! Cognoſceres, dixit, ô Rex, ciuitatis vim, ſi Philippus Athenienſium ... res autem Macedonibus imperaret. *Stobæus ſermone quinquageſimo ſecundo.*

*Anonymus.* Colonienſium Epiſcopus & dux, cum iter armatus per Germaniam faceret, multis ſtipatus equitibus, incidit in bubulcum quendam, tantum deridentem exercitum. At vbi hominem interrogaſſet, cur tantopere rideret? Reſpondit bubulcus, ... ror ſane Petrum Apoſtolum, veſtri ordinis principem, in tanta inopia mortuum eſſet, vt poſteros in eo ordine tantopere locupletaret. Dicente vero Epiſcopo, ſe ſimul & ducem eſſe, & Epiſcopum, reſpondit bubulcus, Vellem equidem declarari mihi cum mortuum hunc ducem, cuius perſonam modo geris in inferno eſſe contigerit, quo putes Epiſcopum eſſe iturum? Libero autem reſponſo oſtendit, quam ſtultum ſit, in eodem ſubiecto duas diuerſæ profeſſionis perſonas agere velle. Et ſi altera peccaret, putare ſe in altera pœnas errati non ſenſurum. *Fulgoſ. l. 6.*

### ❧ Similitvdines.

*Syrazidæ.* Sicut diurnæ curæ gignunt ſomnia: Ita multa verba ſtultam faciunt orationem. *Eccl. c. 5.*

*Sicut* in multis ſomniis multa ſunt vana: Ita & in multis verbis. *Eccleſ. c. 5.*

*Nazianzeni.* Non indocte docemus, neque iniuriis decertamus, quemadmodum accidit multis, qui ſermone pugnam contra loquentes, prauitatemq; intellectus iniuriis quandoque deſignant. Illi enim ſermones, quemadmodum & ſepiæ atramentum, ... ſeipſos expuunt, quo effugiant venantes, aut latitent indagantes. *orat. poſt reditum ex agro.*

*Plutarchi* Vt procliue non eſt, auem è manu amiſſam recipere aut cohibere: Ita nec dictum ſemel ab ore profectum, propterea quod ab aliis volat ad alios. *in Moral.*

*Non vt* nauem arreptam fluctibus, ancora licet ſiſtere: Ita verba è portu velut in altum emiſſum *in Moral.*

*Vt pars corporis* vitiata, attrahit etiam à vicinis vitioſos. Sic garrula lingua ſemper ardens, & inflammata, ſecretorũ aliquid vndique colligat ad ſeſe. *in Moral.*

*Iaculos* & viperas proprii rumpunt fœtus: Sic garrulus vel cum ſua pernicie promit arcana. *in Moral.*

*Vt triticum incluſum* in vaſe, menſura auctum inuenitur, ſed vitiatum: Sic garrulus accepto ſermoni ſemper addit, & maiorem eum reddit, ſed fide iam carentem *in Moral.*

*Qui aliis interrogatis*, ipſe præripiunt reſponſionem: perinde faciunt ac ſi quem ab alio volentem oſculari, priores occupent. *In Moral.*

*Erat porticus* in Olympia, quam ſeptiuocam vocant, quod pro vna voce multas redderet, Ita locutuleii quidam, vel vno prouocati verbo, ſermonem immenſum referunt. *In Moral.*

*Vt vbi dolet*, ibi manum habemus: Ita ſi quid delectat, ibi linguam habemus, id eſt, libenter eius rei facimus mentionem. *In Moral.*

Quemadmodum ſemen hominum libidini venereę addictorum fere infecundum eſt: loquacitas ſermonem futilem & ſtultum efficit. *Plut. in Lycurgo.*

*Seneca.* Vt qui per ſpinoſa ingrediuntur loca, ſuſpenſis pedibus eant neceſſe eſt: Ita de rebus friuolis aut moleſtis loquenti breuiter eſt tranſiliendum ad vberiora, gratioraque. *Apud Eraſmum.*

*Plinii.* Muta cicada pro miraculo eſt, quod ipſum genus ſit garrulum: ſunt autem huiuſmodi in agro Rhegino, Sic magis admiramur conſtantiam & ſilentium in fœmina, quod ipſum genus mutabile ſit & loquax. *lib. 11. c. 27.*

In Aſphaltite Iudææ lacu, item in Aritiſſa Armeniæ maioris, nihil mergi poteſt. Ita quidam quicquid commiſeris, in propatulo gerunt, neque quicquam celare poſſunt. *Libro ſecundo capite* 1006.

*Eraſmi Roterodami.* Infantes qui celerius loquuntur tardius ingredi incipiunt: Ita qui ad, dicendum promptior eſt, ad rem gerendam minus eſt paratus. *in Simil.*

*Vt vitrum* quia pellucidum, nihil cælat: Ita quidam, nihil tegere, nihil diſſimulare norunt: quicquid in animo eſt, id omnibus protinus eſt palam. *in Simil.*

D

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*De loquendi libertate.*

*libertatis.* Vt minime ſolem è mundo: Ita neq; dicendi fiduciam ... inſtitutione tollere conuenit. *Apud Stob. ſerm.* 11.

*...ingenuus.* Quemadmodum abſynthium nomen omne amit-... amaritudinem tollas: ſic oratio, ſi libertatem loquendi amit-... *Apud Stob. ſer.* 11.

¶ ADAGIA.

Breuitas grata, Laconiſmus. Tribus bolis Minore finire pomœ-... Numero dicere. Vno faſce complecti. Tribus verbis.

Pauciloquus, ſed eruditus.

*In eum, qui pauca quidem, ſed tamen auditu digna loquitur, ...tur. Homer. illud.*

Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.

Id eſt,

*Non is multa quidem, verum argutiſſima, quippe.*

*Pauciloquus. Menelaus dicit.*

*Vide tit. Garrulitas.*

Leuiſſima res, oratio.

*Homerus,* ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. *Id eſt, Verba velocia dixit, vel ...a, quod facile euolent, atque reuolare neſciant.*

Horatius.

*Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Lacedemoniis* peculiaris erat verborum paucitas: vnde & ab ea ...gione breuiloquentia Laconiſmus dicitur. Cum igitur Abderita... legatus apud Agidem multa locutus, vix tandem dicendi fi-... feciſſet rogaretque quid ciuibus ſuis eſſet renuntiaturus: Agis ...d, inquit, renuncia: quantum temporis tibi fuit opus ad dicen-... ...tantum me ſilentem audiſſe. Hoc dicto exprobrauit ſtolido ora-... ...manem loquacitatem reſponſio indignam. *Eraſ. l. apoph.*

*Quum Sophiſta quiſpiam* apud eum dixiſſet, orationem eſſe re-... omnium præſtantiſſimam, videlicet prædicans artem, quam ...fitebatur: Ergo, inquit Agis, tu, cum taces, nullius es pretii, ſigni-... ...ns, multo præclarius eſſe res magnificas gerere, quam habere ...guam ad magnifice loquendum expeditam. *idem. li.* 1.

*Quum quidam* Ephoris oportuna quidem loqueretur, ſed pluri-... bus quam fat erat, Anaxandridas, Hoſpes, inquit, re neceſſaria, in non neceſſario vteris, ſignificans, quod per ſe rectum eſt, & vtile, non egere prolixa oratione, quod ipſa cauſæ bonitas facile ſeipſam commendet. Quod ſi vſquam locus eſt loquacitati, eam oportet ad inhoneſtas cauſas adhibere. *in eod. l.* 1.

*Gellius l.* 11. *c.* 2. *Noct. Attic* recitat verba *M. Catonis,* contra quen-dam Albinum, breuiloquentiam quiſquis in dicendo colat. Laco-niſmus, prouerbium pro breuiloquentia, pro eo, quod eſt, paucis & compendio dicere. *Vide Chil. ad. Eraſ.*

*Ægyptiorum regem* periclitandi gratia, cuiuſmodi foret in Pit-taco prudentia, proditum memoriæ eſt, integri animalis carnes ad eum tranſmiſiſſe petentem, ſecerneret inde, quod optimum cenſe-ret, rurſuſq; quod peſſimum. At is vnam modo linguam eximens ad eum referri iuſſit: ſymbolice innuens atque aperte, in ea corpo-ris parte portioneq; ingentium ſæpe bonorum latere fomites: nec deeſſe tamen, ſi prodiga ſit & infrenis maximarum cladium orga-num, ac ſcelerum quodammodo indelebilium ſcenam. Hinc apud Euripidem, Ino audacius adſtruit, tenere ſe tacendi tempora, at-que item loquendi. *Cælius Rhodiginus libro* 3. *lectionum antiqua-rum c.* 5.

¶ EXEMPLA BIBLICA

Loquacitatis exempla, Eua, *Gen.* 3. 2. Dalila Samſonis vxor, *Iud.* 14. v. 16. 17. & 16. v. 16. 17. Cognati Tobiæ. *Tob.* 2. 15. ancilla Saræ filiæ Raguelis *Tob.* 3. 7. Vxor Iob, *Iob.* 2. v. 9. 10.

*Vide Garrulitas, lingua.*

# Longæuitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LOngæuitas, annoſitas, Senectus prouecta, μακροβιότης, πολυε-τία. Longæuos homines Hebræi vocant *Babasamim,* i. multo-rum dierum, vt qui in vitæ præſentis curriculo dies aliquot multiplicarint. Senes certe ſunt filii multorum dierum, ſed mille anni ſenibus piis ſicut dies vnus: viuunt enim & ſtant in eo qui lon-gæuo dierum illis eſt, & in cuius oculis omnia ſecula velut horæ momentum. Longæuos plus æquo mortem metuere ſtoici paſſim increpant. Summa eſt à Cicerone expreſſa *in Catone de Senectute,* O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Antholog. Sacr. Iac. Bill.

*Eſte procul lachrymæ, procul hinc procul effuge luctus:*
*Tu mihi blanda Venus, tu mihi Bacche veni.*
*Ad veniam Deus eſt facilis, cum tarda ſenectus*
*Aduentet, recti mens mea carpet iter.*
*Ah miſer, an ſummi quoniam propenſa parentis*
*Ad veniam eſt bonitas, in ſcelus omne ruis?*
*Nonne times, ne te ſeram implorante ſalutem,*
*Rideat & lachrymas, & tua vota Deus.*

Pios viros vitæ huius longinquitatem mo-leſte ferre.

*Ante diem cupit Elias, decedere vita,*
*Ante diem Dauid, Paulus & ante diem,*
*Tædiaque exilii lachrymis teſtantur acerbis:*
*Quodque moras faciat mors tenebroſa dolent.*
*Poma velut domini dextram matura requirunt,*
*Arbore præque ſuo pondere ſæpe cadunt:*
*Sic pietate graues, meritiſque inſignibus, optant*
*Ante diem vita claudere morte dies*

¶ ADAGIA.

Neſtorea ſenecta.

*In longæuos & viuaces: de quibus lege Lucianum de Macrobiis, & Plin. li.* 7. *c.* 48.

Vltra penſum viuit. ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον ἤδη βιοῖ.

*Id eſt: Viuit vltra fatalem diem. Alluſio eſt ad fuſos Parcarum. Lucianus, in Philopſeude. Non admodum abludit ab hac forma, quæ Germanis vulgo eſt celebris.* Die Seele iſt in ihm verwurtzelt.

Vltra catalogum. ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. *Suidas.*

*Dicitur de eo, qui multum ætatis viuit, vt iam præſcriptum illū annorum numerum præteriiſſe videatur.*

Vltra linum. ὑπὲρ τὸν λίνον.

*Id eſt: Vltra decretum fatale. Rurſus alluſio ad Parcarum fila. Vide vltra penſum.*

Cornicibus viuacior. ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς.

*Dicitur de vehementer annoſis: eſtque deſumptum à prodigioſa cornicum viuacitate. Vide Plinium li.* 7. *Et Plut. de Oraculorum de-fectu.*

Heſiodi ſenecta. Ἡσιόδειον γῆρας.

*Longæua viuaxque ſic appellabatur. Videatur Epigram. Pindari de longæuitate Heſiodi.*

Tithoni ſenecta. Τιθώνου γῆρας.

*Ex fabula Tithoni deſumptum: paulo aliter Suidas refert. Seneca: Tithono profundius.*

Phœnice viuacior. τοῦ Φοίνικος ἐτηβιώς.

*Dicitur etiam in ſenectam viuacem & longæuam. Phœnicem e-nim Heſiodus ſcribit nouem corui ætates viuere.*

Sibylla viuacior, Tireſia viuacior, Scribus viuacior.

*His prouerbiis longæuitas indicatur. Proport. de Sibylla cecinit, At me non ætas mutabit tota Sibyllæ. Poetæ fingunt Tireſiam ſex homi-num ætates tranſegiſſe. Hiſtorici tradunt Seres Aſiæ orientalis popu-los tercentos annos viuere.*

Facies tua computat annos.

*Dictum a Iuuenale in vetulam Libidinoſam.*

Senis caluaria, aſtaphis, i. vua paſſa. *Senile corpus inualidum deſi-gnatur, eſt enim ex hauſto ſucco, carnibuſque adeſis.*

*Significatur hoc etiam prouerbio ætas quantumuis longa. Proper-tius.*

*At me non mutabit tota Sybilla.*

Alterum pedem in cymba Charontis habere.

*Dicitur de hominibus extrema decrepitaq; ſenecta. Lucianus in Sectis.* τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχων. Er gehet auff der Gruben. Er gehet auff der Baar Er hat einen Fuß ſchon im Grab.

Mature fias ſenex. *Cicero Mature fias ſenex ſi diu velis eſſe ſenex.*

*Monet adagium, vt in integra adhuc ætate à laboribus deſiſta-mus iuuenilibus, maxime autem vitiis iuuentæ, libidine, bibacita-te: vitæ turbulentia, & ſimilib. Germani non inuenuſte dicant.* Es muß ſich zeitlich krümmen / was ein gutter Hag werden ſoll.

Vitiat lapidem longum tempus. Σήπει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος.

*Docet adagium, nihil in rerum eſſe natura ſic durabile, quin tē-porum abſumi diuturnitate queat.*

Senex bos non lugetur. γέρων βοῦς ἀπένθητος δόμοισι.

*Hoc eſt: Mors ſenum, quod tempeſtiua videatur, ab amicis non lugetur.*

Viuum cadauer. ἔμψυχος νεκρός. *Item:*

Viuum ſepulchrum. ἔμψυχος τάφος. *Sophocles & Lucian.*

*Vtrumque in eos commode dicetur, qui ſic viuunt, vt nihil vita dignum agunt.*

Viro ſeni maxillo baculus. Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία.

*Dicitur in ſenes, qui ob defectam ætate vires coprioſiore pariter & delicatiore victu coguntur vti* Der Kifel iſt der alten Stütze.

Limen ſenectæ γήραος οὐδός. *Homer.*

*Notatur hoc adagio extrema & decrepita ſenectus.*

Seneſcit bos, at opera multa bouis. γηρᾷ ὁ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τοῦ βοός.

*Vſus huius prouerbii eſt, quoties aliquis ob ætatis imbecillitatem inutilis redditur ad munus demandatum obeundum. Germani ea-dem pene metaphora dicunt.* Er mag ſchier nicht mehr ziehen.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Longæuitati exempla: Adam vixit annos 930. *Geneſ.* 5. *verſi.* 4. 5. Seth annos 912. *ibid. verſicul.* 6. 7. Enos 905. *verſ.* 10. 11. Cainan 910. v. 13. 14. Mahalaleel 895. *verſ.* 16. 17. Iared 962. *ver.* 19. 20. Henoch 365. v. 23. Mathuſalem 969. *verſic.* 28. 27. Lamech 777. *verſic.* 30. 31. Noe 950. *Geneſ.*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

At erit eis verbum Domini, manda remanda, manda remanda, modicum ibi, modicum ibi, expecta re expecta, vt vadant & cadant retrorſum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur. *Eſa.*28.

Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicuti parturiens loquar. 42.

Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas. 65.

Fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud in terra Iſrael, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis viſio. *Ezech.*12.

Nonne enim erit vltra omnis viſio caſſa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Iſrael: quia ego Dominus loquar, & quodcunque locutus fuero verbum fiet. *ibid.*

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſauriʒas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicii Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. *Rom.*2.

¶ Exempla Biblica.

Longanimitatis *exempla*: Abraham diu expectauit prolem ex Sara, tandem centenarius ſuſcepit. *Gen.*25.5. Deus, *Exod.*34.54.6.1. *Pet.*3.15. Tobias, *Tob.*2.6. Iob, *Iob.*13.15. Suſanna, *Dan.*13.35. Abacuc. *Abac.*1.3. Paulus, 2. *Cor.* *v.*6.4.5.6. Simeon, *Luc*,2.25.

*Vide, Patientia.*

---

# Loquacitas. Loquendi Libertas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Loquacitas Græc. λαλία, ας, ἡ, πολυλογία, σπερμολογία, multiloquium, inanis, & immodica garrulitas. Hebr. *Nidhbbar*, conuerſio ſermonis in ore alicuius contra alium, vt ſolent importuni loquutores, à verbo *Dabar*, loquutus eſt, quod eſt medium, vt enim ſapientes in loquendo modum obſeruant, è contra loquaces futilia & inutilia verba multa ridicule fundunt. Nihil aliud videtur, quam ſermonis incontinentia. Loquax vero ille, qui cum aliquo colloquens, quicquid alter attulerit, nihil illum dicere aſſerat: & quod ipſe rem omnem calleat, atque illum, ſi audire velit, intellecturum: loquente altero, ſæpe interpellat. *Theoph. in notis.*

Importuna Loquacitas eſt longæ & inconſideratæ orationis expoſitio. Importunus vero is eſt, qui cum in hominem vel ignotum inciderit, huic iuxta aſſidens primum coniugis ſuæ laudes tollit: deinde quæ per noctem ſomnia viderit, enarrat: Deinde fercula, quot in cœna habuerit, ſingillatim percurrit, deinde in progreſſu addit, quam noſtri temporis homines ſint veteribus illis virtute inferiores, & in foro annona cara eſt, quam multi peregrini in ciuitatem veniant. Et huiuſmodi homines reiiciendi, ac procul amouendi ſunt. Difficile enim eſt illis loquentibus diutius intereſſe, qui otii & negotii diſcrimen neſciunt.

Loquacitas eſt ſtulta & inanis loquendi copia: Vel eſt vitium quo mentes circumſpectæ temere proferunt aliquid antequam quid ſit, vel quale ſit, examuſſim perpenderit. *Viues. l.*3. *de Anima.*

¶ Loci Biblici.

Loquacitas damnatur, *Prou.* 19. 20. *Col.* 4. 6. Loqui in tempore prudentia eſt, *Prou.*27 11. Loquendum non ſtatim, nec temere, 13.3 & 17. & 28.29. *Iac.*1.19. Loquenda ſunt vera, honeſta, & quæ auditoribus prodeſſe queant, *Exod.*22.28. *Pſalm.*14.1. & *c. Prou.*13.2. & 24.6 *Eccleſ.*2. *Eccl.*7.27. *Marc.*5.37. & 12.36. *Epheſ.*4.29. & 5.3. *Col.*3.8. 1. *Pet.* 3.10. Loquendi tempus & opportunitas, *Prou.*15.23. & 25.11. *Eccl.*8.5. *Eccl.*11.8. & 20.6. & 32.9. & 33. 4. quomodo loquendum, *Iob.* 6. 29. *Prou.*15.4. & 16. *v.*20.22. & 29.11. *Eccl.*4.34 & 5.16. & 6.5. *Coloſ* 4.6. Loquendi formulæ ex comparatione, *Oſeæ* 6.6. *Matth.*9 13. & 12.7. *Luc.* 14.26. 1. *Pet.*2.19. Loqui coram inſipientibus intempeſtiuum, *Prou.* 23.9. Loqui ad cor, eſt blande, & ſuauiter alloqui ac conſolari, *Gen.* 34.3. & 50.21. *Iud.*19.3. *Ruth.*2.13. 2. *Sam.*19.7. *Eſa.*40.2. *Oſeæ*, 1. 14. & 2.14. Hoc eſt, loqui quæ ſint ei cordi. Loqui in corde, eſt cogitare, *Pſalm.*14.1. & 45. & 35.15. & 53.1. Loqui pro polliceri, *Luc.*1. *v.*55.70.

Loquitur Deus Pater, filius, Spiritus ſanctus; loquitur bonus & malus Angelus. Loquitur beſtia myſtica in Apocalypſi. Teſtimonia innumera harum loquutionum in S. Scripturis extant.

Loquutionis Dei cum homine, & hominis cum Deo *exempla*: Cum Adam & Eua, *Geneſ.*3. *v.*9.10.11. Cain, 4. *v.*6.7. Noe, 6. 13.7.1. & 8.15. & 9.1. Abrahamo, 12.1. & 13.14. & 15.1. & 17.1. & 18.13. Abimelech, 20.3. Iſaac, 26. *verſ.*2. 24. Iacobo, 28.13. & 32.29. & 35.1. & 46.2. Moſe, *Exod.*3.4. & 4. *v.*11,12. Moſe & Aarone, 6.1. Aarone & Maria, *Num.*12.4. Ioſua, *Ioſ.*1.1, & 4. & 7.10. Gedeone, *Iudic.*6.39. & 7.2. Iſraelitis, 10. *v.*10.11. & 20.23. Samuel. 1. *Sam.*3. *v.*10.17. & 8.7. & 15.10. & 16. 1. Dauide, 23.4. 2. *Sam.*2.1. Natham, 7.4. Salomone, 1. *Reg.*3.5. & 9. *v.*2. 3. & 11.11. Semeia, 22. Ahia, 14.5. Elia, 1. *Reg.*24.5. & 17. *v.*8.9. & 18.1. & 19.9. & 21.

Loquutionis Angelorum Cum hominibus, & hominum cum Angelis *exempla*: Agar, *Geneſ.*16.8.9. Loth, 19.11. Agar, 12.17. Abraham, 21.11. Balaam, *Num.*22.32. & *c.* Iſraelitæ, *Iud.*2.4. Gedeon, 6.20. Propheta, 1. *Reg.*13.18. Elia, 19.7. Gad. 2. *Chron.*21.18 Zacharias, *Luc.*1. 13. Maria, *Luc.*1.30. Ioſeph, *Matth.*1.20. & 2.20. paſtores, *Luc.*2.10 Chriſtus, *Luc.*22.43. Mulieres, 28.5. Maria Magdalena, *Ioan.* 20. 13. Apoſtoli, *Actor.* 1. 11. & 5. 20. Philippus, *Actor.* 8. 26. Cornelius, *Actor.*10.3. Petrus, *Actor.* 12.8. Paulus, *Actor.* 27.24. Ioannes frequenter in Apocalypſi.

Creatura oratione carens loquitur, *Num.* 22. 28. *Iudic.* 9.12. *Iob.* 28. *verſic.*4. & 40.22. *Daniel.* 7. *verſic.*8. 11.20. 2. *Petr.*2.16. *Apocalyp.* 10.3. 4.

¶ Patrum Sententiae.

Abſit vt multiloquium deputem quando neceſſaria dicuntur, quantalibet ſermonum multitudine aut prolixitate dicantur. *Auguſtin.*

Periculum eſt dicere non ſolum falſa, ſed etiam vera: ſi is ea non quibus opertet, inſinuet. Quod vitium quadripartitum eſt, vel adulationis, & auaritiæ, & iactantiæ, vel loquacitatis incautæ. *Ambroſ. in Pſalm.*118.

Quamplures vidi loquendo in peccatum incidiſſe, vix quempiam tacendo: ideoque tacere poſſe, quam loqui difficilius eſt. *Amb.* 5. *de Offic.*

Ingreditur mors per oſtium tuum, ſi falſum loquaris, ſi turpiter, ſi procaciter: poſtremo, ſi vbi non non oportet, loquaris. *Lib* 1. *de virginis.*

Verba voluere, & apud imperitum vulgus admirationem ſui facere, indoctorum hominum eſt. Nihil tam facile, quam vilem plebem & indoctam volubilitate linguæ decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur. *Hier. ad Nepotia.*

Tempus tacendi & tempus loquendi, diſcreta viciſſitudine penſanda ſunt tempora, ne aut quum reſtringi lingua debet, per verba ſe inutiliter ſoluat, aut quum loqui vtiliter poteſt, ſemetipſam pigre reſtringat. *Greg. l.*7. *Moral.*

Quot ſuperuacuis verbis mens à ſilentii ſui cenſura diſſipatur, quaſi tot ruinis extra ſe ducitur, vnde redire interius ad ſui cognitionem non ſufficit: quia per multiloquium exterius ſparſa vim intimæ conſiderationis amittit. *l.*5. *Moral.*

Praui ſicut in ſenſu leues ſunt, ita in locutione præcipites: quia quod leuis conſcientia concipit, leuior protinus lingua prodit. *ibidem.*

Quum intentionem bonam locutio cauta non ſequitur, ipſa pietatis propoſitio in tranſgreſſionis vitium vertitur. *ibidem libro quinto.*

Tenerum membrum eſt lingua, & tamen vix teneri poteſt: ſubſtantia quidem infirmum atque exiguum, ſed vſu magnum & validum in venis tenuis eſt & lata: ideo aptiſſimum eſt euacuendis ſordibus inſtrumentum. *Bern. in ſerm.*

Leuis quidem ſermo, quia leuiter volat, ſed grauiter vulnerat: leniter tranſit, ſed grauiter vrit, leuiter penetrat animum, ſed non leuiter exit: leuiter profertur, ſed non leuiter reuocatur, facile volat, ideo charitatem facile violat. *ibid.*

Vanus ſermo cito polluit mentem & facile agitur, quod libenter auditur. *Iſid. in lib. ſoliloquio.*

Sapiens non ſolum quod loquitur, ſed etiam opportunitatem loci, & temporis & perſonæ quum loquitur, diligenter inquirit. *Greg. in Prou* 15.

Vanus ſermo, vanæ conſcientiæ eſt iudex, mores hominis lingua pandit, qualis ſermo oſtenditur, talis animus approbatur: quoniam ex abundantia cordis os loquitur. Sermo vanus non erit abſque iudicio, quia ab omni ſtatu rectitudinis deuiant, qui per vana verba dilabuntur. *Hugo. l.*1. *de anima.*

Eſt tempus quando nihil, eſt tempus quando aliquid, nullum autem eſt tempus, in quo dicenda ſunt omnia. *Hugo. de diſ. mon.*

Quis eſt hominum ſic cautus, vt ſi inter æmulos loquatur, nullum eius verbum incurrat aliquam quæſtionem? Difficilis res eſt, linguam in lubrico faucium conſtitutam veritatis rigide tenere menſuram, cui ſi incaute fræna laxenter frequenter contra ſe loquitur. Facilius enim culpa tacendo refugitur, quam loquendo. Salomon dicit. Ori tuo facito oſtium & ſeram, & verbis iugum atque ſtateram. *Caſſ. in Pſalm.*39.

Quibus citra honeſtatis nitorem lingua polluitur infrænis, his conſcientia quoque ſordiſſima eſt: quia facilius contingit, vt quiſpiam ſeria loquens viuat obſcœne, id eſt, immunde, quam valeat oſtendi, qui pariter exiſtat improbus dictis, & probus moribus. *Sid. lib.*3. *epiſt.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Poeticae Sententiae.

Antholog. Sacra Iac. Billi.
In loquaces.

*Conticuiſſe nocet nunquam, nocet eſſe locutum.*
*Linguam ergo imperio ſedulus vſque tene.*
*Lingua parens mediæ ſcelerum eſt certiſſima partis.*
*Hac domita, media crimina parte ruunt.*
*Vtque ſuum ſenſim perdunt hypocauſta calorem,*
*Ni ſtudeas clauſas ſemper habere fores:*
*Sic quoque, quam par ſit, ſi ſæpius ora recludas,*
*Paulatim è medio pectore feruor abit.*

Plaut. in Aſin.

*Nam merito loquaces habemur omnes,*
*Nec mutam profectò repertam vllam eſſe*
*Hodie dicunt mulierem vllo in ſeculo.*

Hor. lib. 1. Epiſt.

*Sed tacitus paſci ſi poſſet coruus, haberet*
*Plus dapis, & rixæ multo minus, inuidiæque.*

Plutarch.

*Multa cognoſcendi ſtudium*
*Comitatur garrulitatis vitium.*

Horat. in Epiſt. 19. lib. 1. ad Lollium.

*Quid de quoque viro, & cui dicas ſæpe videto*
*Percunctatorem fugito. nam garrulus idem eſt:*
*Nec retinent patulæ commiſſa fideliter aures,*
*Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

Ouid. lib. 2 de arte Amandi.

*Eximia eſt virtus præſtare ſilentia rebus.*
*Ac contra grauis eſt culpa, tacenda loqui.*

Philemon. Syracuſan. comicus.

Σὸν μὴ λέγοντα τῶν δεόντων μηδὲ ἕν,
Μακρὸν νόμιζε, κἂν δύ' εἴπῃ συλλαβάς.
Τὸν δ' εὖ λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρόν.
Μὴ δ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, καὶ πολὺν χρόνον.
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδὲ εἷς τὸν Ὅμηρον εἴρηκε μακρόν.
*Eum, qui nihil opportune dicit,*
*Longum exiſtima, licet duas tantum ſyllabas pronuntiarit,*
*At bene dicentem ne longum exiſtimes,*
*Et ſi permulta dixerit, & longo tempore,*
*Huius iudicium Homerum accipe,*
*Is enim nobis myriades ſcribit verſuum,*
*Nullus tamen Homerum appellauit longum.*

Sophocles in Aleadis.

Τί ταῦτα πολλῶν ῥημάτων ἔτ' ἐστί σοι;
Τὰ γὰρ περισσὰ πανταχοῦ λυπηρὰ ἔπη.
*Quid tibi vis amplius cùm tanta garrulitate?*
*Verba enim nimia ſunt moleſta vbique.*

Menand. Comicus.

Αἰσχρόν γ' ὅταν τις ἐπὶ φλώσσῃ φύεις,
Γλώσσῃ ματαίους ἐξακοντίσῃ λόγους.
*Turpe eſt cum quis diſertus, dicendo,*
*Inanes lingua ſermones eiaculatur,*
Οὔτ' ἐκ χερὸς μεθέντα καρτερὸν λίθον
Ῥᾶον κατασχεῖν, οὔτ' ἀπὸ γλώσσης λόγον.
*Neque ex manu dimittentem ponderoſum lapidem*
*Facile eſt cohibere, neque ex lingua ſermonem.*

Æſchylus Tragicus.

Τυραννικόν τι πολλ' ἐπίστασθαι λέγειν.
Δύο μὲν τὰ ὦτα, γλῶσσα δὲ μία βροτοῖς.
*Tyrannicum quiddam eſt multa ſcire loqui.*
*Duæ, aures homini datæ ſunt vna autem tantum lingua.*

Euripides in Dictye.

Ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεί,
Λέληθεν αὑτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς.
*Quiſquis multa loquendo delectatur,*
*Is non intelligit præſentibus ſe eſſe moleſtum.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Homines magnum poſſident vallum dentium, ad coercendos leues ſermones, verum in omni re iudicio mentis indigemus: quæ ſi verba non dixerit, ſæpius ante conſultationem effugiunt: & tanto vallo neglecto, citra iudicium ante tempus foras ruunt.

Nauem ventis abreptam anchoris infrenamus ad rapiditatis hebetandam vim: ſermo ex ore, velut portu excurrens ſtationem nanciſcitur nullam, neque (vt Græce dicunt. ἀγκυροβόλειον, id eſt, anchoræ iactum fruſtra ſuccinueris communem futilium locuturum ἐπαδὸν, dum verbis humidis & lapſantibus defluunt: Hæc nemini dixeris, ſile, apud te ſint iſta. *Euſebius.*

Sacris ſilentii myſteriis initiari præſtiterit, ac altius contemplari, quanto maiore proſequamur admiratione, ampliuſque amamus, ſapientiores arbitrari, verbis parcentes, & (vt Græci expreſſius dicunt) στρογγύλους καὶ βραχυλόγους, quam hoſce effrenes, quos raptari temere videas, dum ſenſuum effutiunt inuolucra, & verborum inſtrepunt voluminibus, ac vocum turba. Ac illorum præparcus ſubſtrictuſque ſermone verbis eſt modicus, ſenſu late ſe fundit, & exſpatiatur. Hoſce admirans Plato ita laudat, vt acerrimis eſſe iaculatoribus perſimiles dicat, ἔνυλα καὶ πυκνὰ καὶ συνεστραμμένα φθεγγομένους.

A ſapientibus recte dictum eſt, dicendi quidem homines eſſe nobis magiſtros, tacendi autem Deum nos habere præceptorem quando in ſacris, myſteriiſque fauere linguis iubemur,

Ἀργαλέον φρονέοντα παρ' ἄφροσι πολλ' ἀγορεύειν
Καὶ σιγᾶν αἰεὶ, τοῦτο γὰρ οὐ δυνατόν.
*Indecorum eſt prudentem apud imprudentes multa loqui*
*Et tacere ſemper: id enim impoſſibile eſt.*
*Tutius eſt tacere: quam loqui. Theognidis.*

Egregia eſt Simonidis ſententia, quem dicere ſolitum Hiſtorici referunt. ὅτι λαλήσας μὲν πολλάκις μετενόησε, σιωπήσας δ' οὐδέποτε, id eſt, Locutum eſſe pœnituit ſæpe, tacuiſſe nunquam. Hinc & Pythagoricos Athenæus ſcribit, animantes quidem attigiſſe reliquas, verum moderate, quaſdam etiam immolaſſe: piſces autem nec guſtaſſe omnino echymythæ, id eſt ſilentii ratione. Quippe ſilentium eſſe opinantur quiddam diuinum, piſces vero prorſus ſine voce animaduertuntur: vel parœmia ſuffragante apud Lucianum, cæteroſque: item magis mutos piſce. Taciturnior Pythagoreis: de vehementer taciturnis prouerbium hoc dicitur, ſumptum à Pythagoræ ſchola, in qua quinquenne ſilentium indicebatur auditoribus. *Eraſm. in Chiliadib. Laert. libr. De vitis philoſoph.*

Nihil æque proderit ad quietem commodam retinendam quam quieſcere, & minimum cum aliis loqui, plurimum ſecum. eſt quædam dulcedo ſermonis, qui irrepit & blanditur, & non aliter, quam ebrietas aut amor, ſecreta producit. Nemo quod audierit, tacebit, nemo quantum audierit loquetur: qui rem non tacuerit, non tacebit autorem, habet vnuſquiſque aliquem cui tantum credidit quantum ipſi creditum eſt, vt garrulitatem ſuam cuſtodiat, & contentus ſit, vnius auribus populum faciet: ſic quod modo ſecretum erat, rumor eſt. *Senec. epiſt. l. 10. ad Lucil.*

Multiloquium non ſolum moleſtum eſt auditori: ſed & ad perſuadendum inutile, præſertim apud principes, tum variis curis occupatos tum auribus faſtidioſis.

Stolidi oratoris inanis loquacitas reſponſo indigna eſt.

Fruſtra de iis verba fiunt, ad quæ perficienda non ſuppetit facultas.

Effectu caret loquacitas, taciturnitas autem certiora habet conſilia.

Eſt aliqua ſapientis pars, ſilentio ſtultitiam tegere.

Indecenter is magnifice loquitur, cui non ſuppetunt orationi pares.

Silentii tuta ſunt fidi præmia.

Multis verbis veritas non eget: & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt.

Orationis expedita breuitas eſt probanda.

Prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in verba. *Eraſm. in apoph.*

Conſcientiam amici nullus inuenit linguæ præceps, canibus imbecillibus mos eſt, quanto plus defecerunt virium, tanto magis latratibus indulgere. *in Prou. Sen.*

Qui fabellarum cupiditate ducuntur, vel ſtudio narrandi trahuntur, & qui in rebus quibuslibet die totos conterunt, eos loquaces, non intemperantes dicimus. *Ariſt. lib 3. Ethic.*

Dicaces, linguaces, locutulei, bombaliones ac futiles à veteribus appellantur Græcis σιππολόσοι.

Πολυλογία πολλὰ σφάλματα ἔχει· τὸ σιγᾶν, ἀσφαλές, *Id eſt,* Loquacitas multos habet errores: tacere autem tutum eſt. *Apud ad familiares.*

An timuiſti ne ſecretum tuum ex me in vulgus erumperet? itane rimoſum expertus es? ita infirmi ac futilis animi, cui tam facile commiſſa diffluerent? egiſti incaute, qui nihil toties grauiora credideris: Sed crede mihi, quoniam hodie (vt video) dolor verecundiam ſuperat, crede, inquam, mihi pater optime: nulli (quem quidem ego nouerim) fide, ſilentio ſecundus ſum: Nemo me ideo, quod ſecreta non teneam, ne dicam fideli amicitiæ, ſed vel ſenatorio gradui, vel ſacerdotio Cereris inhabilem arguerit. Legimus apud Perſas, nihil fide ſanctius, nihil pulchrius ſilentio, nihil loquacitate deformius. Itaque illud vel morte cuſtodiunt, hanc morte caſtigant. Non eſt qui quocunque ſupplicio illis Regis pandat arcanum: ſi quis autem forte contra fecerit, nullo non ſupplicio dignus habebitur. Præclare, quid enim omnino facilius quam tacere? Ad quid ergo vtilis, aut cui magnæ rei ſit habendus idoneus, qui rem longe facillimam implere nequiuerit: *Franc. Petrar.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Petrar.lib.1.epiſt.5.de reb.familiaribus, ad Iacob, Columnæ Lombe-nenſem.Præſulem.*

Quamuis voluptatis patronus Epicurus, tamen hoſtis Xenocra-tes,nec minus loquendi, quam agendi abſtinens. Hic ergo cum caſu inter maledicos quoſdam, atq; illis ex more obtrectantibus, abſentium famæ, ſolus conticeſceret, interrogatus, cur id faceret? Quia locutum,inquit, me aliquando pœnituit,tacuiſſe nunquam. Laudatum hoc à ſapientibus reſponſum, mihi plenius probaretur, ſi ſermonum ſæpe, taciturnitatis raro pœnituiſſe dixiſſet. *idem in rebus memorab:libus.l.3.c.49.*

Πωσηξίη τὸ πάντα λέγειν, μηδὲν δὲ ἐθέλειν ἀκέειν, id eſt. Auaritia quædam eſt, omnia velle dicere, & nihil audire. *Democritus.*

Fieri non poteſt, vt garrulitatem non comitetur maledicentia. *Plutarch.*

Quorum Lingua prompta ac temeraria eſt, haud æque in pugnam vigent manus. *Liu.Dec.3.l.2.*

Sapiens ſermones ſuos præcogitat, & examinat prius in pectore, quam proferat in ore. Qui enim ſunt leues & faciles ac importuni locutores, nullo rerum pondere innixi, verbis tumidis & laxantibus eam orationem bene exiſtimant. Eſt in ore, non in pectore lingua. *Aul.Gell.lib.8.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Laborhus,* Cuidam apud ipſum prolixiore vtenti ſermone, quid mihi, inquit, de re puſilla longa texis prooemia? Quanta res eſt, tantam oportet & orationem eſſe, qua vteris. Eſt hoc omnibus Spartanis peculiare, offendi ſermone quam cauſſa poſtulat longiore, adeo nuſquam non placebat frugalitas. Nam ad cauſſam non magnam adhibere ſuperuacuam verborum copiam, luxuriæ genus eſt. *Eraſm.l.1.apoph.*

*Cteſiphontem* Lacones eiecerunt, qui ſe profitebatur de re quauis totum diem poſſe dicere, dicentes. Boni oratoris eſſe ſermonem habere rebus parem. Nulla in re iuſtius putarunt adhibendam frugalitatem qoam in oratione, quam Heſiodus non aliter quam pretioſum theſaurum parciſſime cenſet eſſe depromendam ad vſum, non ad oſtentationem. *idem.*

*Multa verba* nequaquam auguunt ſapientem opinionem. Græcis carmen eſſe videtur. ὐχ τὰ πολλὰ ἐπιφρονίμην ἀποφήνατο δόξαν, id eſt, Sapiens enim non, niſi cum res poſtulat, nec pluribus vtitur verbis, quam opus eſt. Quemadmodum Deus omnium ſapientiſſimus, ſermonis eſt parciſſimi. *Eraſmus libro ſeptimo Apoph.*

*Antiſthenem*, quoniam multa conſcripſit volumina, Tymon appellare ſolet παντοφυῆ φλέδωνα, id eſt ingenioſum nugatorem Non tamen dixit εὐφυῆ, ſed παντοφυῆ, quod ingenio ad quiduis verſatili varia tractaret argumenta, & in his quædam parum digna Philoſopho.

*Bion Boryſtenites* cuidam immodice loquaci, vt ſibi ſubueniret, oranti reſpondet. Abunde tibi morem geram, ſi aduocatos miſeris, non venias ipſe.

*Zeno Citticus* ad Ariſtonem diſcipulum multa temere garrientem, quædam etiam præcipitantur, confidenterque, Fieri, inquit, non poteſt, quin te pater ebrius pcoſeminarit: oderat futilem loquacitatem, ipſe in dictis tum grauis. Eleganter ac polite loquentium ſermones aiebat eſſe ſimiles pecuniæ Alexandrinæ, oculis blandienti, ac vndique ſcripturam habenti, more numiſmatis, nihilo tamen eſſe meliorem. Rurſus qui magis ſtuderent vtilia dicere quam nitida, ſimiles eſſe dicebat terra drachmis, temere ac rudiſter percuſſis, quæ ſæpe picturatis illis nummis præponderarent. In nummo non ſpectatur elegantia ſculpturæ, ſed pondus ac materia: ita non refert, quam ſit elegans oratio, ſed quam grauis & vtilis.

*Ad quendam dicentem*, breues eſſe philoſophorum ſententias. Vera prædicas, inquit: oportet enim & ſyllabas illorum, ſi fieri poſſit, eſſe breues. Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus, quæ paucis verbis comprehenſa ſunt.

*Euripides*, Simplex veritatis oratio.

*Zeno*, Ptolemæi legatis, qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percunctantibus, quid de ipſo Regi ſuo eſſent renunciaturi, ait, Vidiſſe vos ſenem, qui in conuiuio tacere nouerit. Cum enim cæteri ad oſtentationem multa dixiſſent, vnus Zeno perpetuum tenuit ſilentium. *Eraſmus libro ſeptimo Apophthegmatum.*

*Theophraſtus*. Ereſius dicere ſolutus eſt, potius eſſe fidendum effreni equo, quam verbo in compoſito. Nemo non metuit inſidere equo infreni, at plus eſt periculi à lingua effreni.

*De loquendi libertate, & libere dictis.*

*Bias* nauigans cum hominibus impiis tempeſtate correptis, aliis ad deos clamantibus, Bias: Silete, inquit, ne Dii vos homines ſceleroſos hic nauigare ſentiant. *Laertius libro primo, capite ſexto.*

*Crates*, Alexandro percontanti, num cuperet reſtitui patriam ſuam? Quid opus eſt, inquit? Fortaſſis alius Alexander reſtitutam diruet. *Laert.l.6.c5.*

*Ariſtippus* iuſſus aliquando ex ſua philoſophia nonnihil proferre, quumque detrectantem vt geret Dionyſius: Ridiculum, inquit, ſi quidem me vt de Philoſophia loquar rogas, & quando oporteat me loqui doces. *Laert.lib.2.c.8.*

*Idem*, ſciſcitatus, quem fructum percepiſſet ex philoſophiæ ſtudio? Quod cum quibuslibet (inquit) libere loqui poſſum. *Laert. ibidem.*

*Democritus*. Libertatem in dicendo, ingenuitatis ſignum eſſe dicebat: ſed occaſionis diuerſitatem, habere periculum. *Stobæus ſerm.11.*

*Idem* quum pro Athenienſibus apud Philippum legatione fungeretur, liberque loqueretur. Philippus, Metuiſne, inquit, ne tibi caput iubeam amputari? Non inquit: Nam hoc ſi mihi abſtuleris, patria ipſi mihi immortale pro hoc reponet. *Maximinus ſerm.31.*

*Idem* quum apud Dionyſium quæreretur, quod æris genus eſſet omnium optimum? Ex quo, inquit, Athenienſes ſtatuas fecerunt Harmodio & Ariſtogitoni. Nimium libere ſignificans, tyrannos è medio tollendos. Nam ob eiectos tyrannos Athenienſes illis ſtatuas erexerunt. *Idem Antiphonti & Diogeni tribuitur tum à Plutarcho tum à Laert.l.9.c.7.*

*Anaxarchus* inuiſum habuit Nicocreontem Cypri tyrannum. Itaque, quum in cœna quadam Alexander rogaſſet, qualis illi videretur? Præclara, inquit, ſed oportuit & ſatrapæ cuiuſdam caput apponi, oculos detorquens in Nicocreontem, qui aderat, à quo etiam poſtea crudeli mortis genere è medio ſublatus eſt.

*Plato* diu in Sicilia commoratus, cum à Dionyſio cui ſemper familiariſſimus fuerat, vocatus eſſet ad cœnam, & inter alia, quæ cœnantes fabulantur, Dionyſius interrogaret, num etiam apud Athenienſes philoſophorum conuentu Dionyſii mentionem facerent? Pla. ſubridens, reſpondit: Nunquam philoſophos, qui Athenis viuunt, ira vacare, aut de tam vili materia inter eos tractari poſſe, vt loqui de Dionyſio valeant, Libere & aperte vitam vt dignus erat, reprehendens. *Plut.*

*Idem* Dionyſio Hermocratis filio de tyrannide diſſerens, ait, non ſtatim eſt præſtantius, quod vni tantum ſit vtile, niſi & virtute cæteris antecelleret. Offenſus tyrannus dixit, οἱ λόγοι σοῦ γεροντιῶσι. Id eſt, verba tua ſapiunt ſenium. Contra Plato, οἱ δὲ σοῦ τυραννιῶσι Id eſt, tua vero tyrannidem ſapiunt. *Laert.l.3.*

*Diogenes* aliquando in Antiſthenem incidens reprehendit ipſum, vt in dicendo remiſſiorem ſe multo, & qui vix etiam altum clamans exaudiretur. Seipſum vero tubam conuiciorum appellabat. Cui verbis ſe vlciſcens Antiſthenes, pro tuba ſe ſimilem eſſe reſpondit veſpis, quæ ſonum quidem aliis haud magnum edant, centrum tamen habeant acerrimum: plurimum vero libera Diogenis linguæ promptitudine delectabatur. *Stob. ſerm.1.*

*Idem* dicere ſolebat: Canes quidem mordent inimicos, ego autem pro libertate mea amicos, vt incolumes ſeruem. *Stobæus ſerm.11.*

*Idem* ab Eritio petiit quiddam magni, qui quum ex more his verbis negaret: Faciam, ſi mihi perſuadere poſſis. Si poſſim, inquit Diogenes, iam pridem tibi perſuaſiſſem, vt te ſuſpenderes. *Laert.lib.6.*

*Idem*. Inuitatus vt ad Alexandrum Regem veniret, recuſauit. At Perdiccæ præfecto minitanti necem, ni veniret: Nihil, inquit, magni feceris, ſiquidem & cantharis & phalangium idem poſſunt. *Laert.lib.6.c.2.*

*Idem*. Cum captiuus in caſtra ad Philippum Macedoniæ Regem deduceretur, ac à Rege interrogaretur quiſnam eſſet: Reſpondit ſe exploratorem eſſe ad ipſum profectum, vt inſatiabilem eius rapacitatem videret. Qua loquendi libertate victus Philippus, ſtatim eum dimitti iuſſit. *Plut.*

*Spartanus quidam* hoc Heſiodi carmen laudibus in cœlum efferebat quod ita habet,

> Οὐγ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.
> *Non vel bos pereat, etiamſi vicinus malus adſit.*

Idque audiente Diogene: Atqui, inquit, Meſſenii cum bobus ſuis perierunt, & vos illorum eſtis vicini. Notauit autem libere turpiſſimos Spartanorum quorundam mores, *Ælian. lib. 9. de Var.hiſt.*

*Ariſtot*. Caliſthenem diſcipulum liberius multa dicentem apud Alexandrum, Homerico carmine admonuit.

> Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι, οἷ' ἀγορεύεις.
> *Talia nate loquens, haud multo tempore viues.*

Nec male diuinauit, nam libertas illi fuit exitio. *Laert. libro 5. cap.1.*

*Cleanthes* inconſtantiam Arceſilai præſente Rege adeo libere reprehendit, vt diceret hominem aliud loqui, aliud facere. *Laert. lib.7.c.2.*

*Ariſtides* cum liberius quænam in Dionyſium ſeniorem dixiſſet, res ad Regem delata: vocatus igitur Ariſtides à Rege irato, mortemque minitanti, cum interrogaſſet an facti pœniteret,

ret : Nequaquam, inquit, vlla pœnitentia tangor. *Bruſon. libro 2. capit. 1.*

*Ariſtonymus* perinde facere dicebat, qui ex oratione libertatem tollit, ac ſi ex abſynthio tolleret acrimoniam. *Anton. & Maxim. ſerm de liberat. reprehen.*

*Menedemus Eretrienſis* à Nicocreonte Cypri tyranno vocatus ad ſolemne conuiuium, cum Aſclepiade amico, cæteriſque philoſophis, dixit : Si honeſtum eſt tales conuocare viros, oportuit id quotidie fieri : ſin minus, etiam nunc fruſtra fit. Ad id quum tyrannus reſpondiſſet, diem illum eſſe ſibi feſtum, eoque ſingulo quoq; menſe vacare audire philoſophos : liberius reſpondit Menedemus, Hoc poſtulare ſacrificium, vt per omne tempus audiret philoſophos. Quid multis ? Eo proceſſit hominis libertas, vt niſi tibicen quiſpiam eos auocaſſet perituri fuerint. In naui quum periclitarentur, Aſclepiades dixit, Tibicinis modulatio ſeruauit nos, Menedemi libertas perdit. *Laertius libro ſecundo, capite 18.*

*Phocion* cum per totam vrbem diſſeminatum eſſet à Delphico oraculo reſponſum eſſe : Vnum Athenis virum eſſe, qui aduerſo omnibus aliis ciuibus animo eſſet : & cui præſentium rerum adminiſtratio inuiſa eſſet, ac cum hinc inde quærerent, quiſnam is eſſet ? Ego ſum, inquit, cui plane nihil placet eorum, quæ id tempus in adminiſtranda veſtra Republica geruntur. *Plutarchus*

*Demoſthenes*, Ingenuis hominibus nihil infelicius accidere poſſe dicebat, quam ſi dicendi libertatem amitttunt. *Stobæus ſermone 11.*

*Phocion*, Cum aliquando Athenis non ad gratiam, ſed ad vtilitatem concionaretur, ei Demades orator dixiſſe dicitur : Si populus inſanierit, te occidet. Cui Phocion : Te vero, ſi ſapiet. *Max. ſerm. 51.*

*Simonides.* Pauſaniæ Lacedæmoniorum Regi ſubinde de rebus à ſe geſtis glorianti, tandem & Simonidem per irriſionem hortanti, vt aliquid ſapienter ipſum admoneret. Moneo, inquit, vt te memineris eſſe hominem. *Eraſmus libro ſexto Apophthegmatum.*

*Lycurgus* ob generis nobilitatem liberior erat in dicendo, quam, vt populus interdum ferre poſſet. Itaque, cum aliquando populi ſtrepitu exploderetur, e ſuggeſtu, exclamauit, O Corcyræa ſcutica, quam multis talentis digna es ! Notans populum, à quo eiiciebatur, magnæ quidem authoritatis ac nominis eſſe, ſed inutilem rebus gerendis, *Eraſmus libro octauo apophtheg. ex Plutarch.*

*Theocritus*, quendam ineptum poetam recitantem carmina auſcultans, interrogatus ab eo, quænam ei placerent ? Reſpondit, Quæ omiſiſti. *Antonius in Meliſſa parte prima ſermone quinquageſimo.*

*Pelopidas* ab Alexandro Pheræo captus, cum haud arcta cuſtodia teneretur, per id tempus populos Alexandro ſubditos ſolicitare non deſinebat, monebatque breui Alexandrum pœnas daturum. Quod cum Alexander reſciuiſſet, miſiſſetque qui Pelopidam monerent, niſi linguam compeſceret, fore vt ei mortis cauſſam afferret : nuntio reſpondit, Alexandro referret, Pelopidam mirari, quod tam diu diſtuliſſet, cum ipſe adeo in eum hoſtili animo eſſet, vt ſi vnquam euadendi facultas daretur, ad dandas pœnas pro eis quæ impie in populos ſuos nulla eorum culpa ederet, ipſum coacturus eſſet. Paulo poſt Pelopidæ opera Alexander à ſuis interemptus fuit. *Fulgoſius libro ſexto ex Plutarcho.*

*Idem* ab Alexandro captus, tyranno nuntiauit, abſurdum eſſe vt alii interficerentur, ipſe autem ſolus ſuperſtes eſſet. Alexander igitur re intellecta, interrogat, cur mortem optaret ? Reſpondit Pelopidas, Tu diis omnibus inuiſus cum ſis, cur non prius mori optas ? *Bruſonius libro ſecundo, capite ſecundo ex Plutarcho.*

*Idem* : Thebe Alexandri Pheræi vxor, cum ad viſendum Pelopidam, qui ab Alexandro in vinculis tenebatur, deſcendiſſet, ac dixiſſet Pelopidæ, Miſeret me tuæ vxoris : & me (reſpondit Pelopidas) tui, quod libera cum ſis, Alexandrum feras. *Plutarch. in apoph.*

*Philotes* cum à Lyſandro, qui eum bello ceperat, interrogaretur, quid is meritus eſſet, qui de Lacedæmoniis tantum, vt ei vitio dabatur, oblocutus eſſet ? Interritus reſpondit, O Lyſander, noli accuſare, qui iudice careat, ſed iam tandem aduerſum me id exequere, quod ipſe iam in te feciſſem, ſi iam tu in mea manu eſſes, quam ego in tua ſum. Quamobrem eum Lyſander occidi iuſſit. *Fulgoſ. lib. 6. ex Plut.*

*Philoxenus.* Cum Dionyſii carmina paulo liberius reprehendiſſet, ob eam cauſſam lapidicinis adiudicatus eſt. Deinde reuocatus ac iterum ad eius carminum recitationem admiſſus, non multum immoratus ſurrexit. Quærenti autem Dionyſio, quonam abiret ? Ad Latomias reſpondit. *Stobæus Sermone vndecimo.*

*Themiſtocles* puer adhuc cum quodam tempore è ludo literario rediret, obuiam Piſiſtrato tyranno factus, de via decedere noluit, Vnde cum grauiter à pædagogo obiurgaretur libere reſpondiſſe fertur : Nunquid hæc via ei non ſufficit ? *Ælian. de var. hiſt. lib. 3.*

*Demaratus*, Improbo quodam intempeſtiuis eum interrogationibus cauillante, ac idem ſæpius iam rogante, qui optimus eſſet Spartanorum ? Qui tibi, inquit, longe diſſimillimus eſt. *Plutar. in Lacon. Bruſ. lib. 3. c. 16.*

*Idem*, Eo tempore quo Philippus Macedonum Rex ortis diſſidiis cum vxore & filio diſſidebat, interrogatus à Philippo, quam bene inter ſe Græciæ ciuitates conuenirent ? Libere reſpondit, Magnæ ſane tibi curæ eſt, Philippe, vt de Græcorum concordia certior fias. Siquidem id ad te pertinet, poſtquam cum coniuge tua ac filio tam concorditer, tantoque in amore viuis. *Fulgoſ. lib. 6. ex Plut.*

*Chæreas*, cum ei aliquando iratus Ptolemæus Rex atrociter minaretur, ſuam libertatem non minoris faciens quam potentiam regiam reſpondit : Ægyptiis impera, ego te tuamque ſiam nil moror. *Philo. Iudæus lib. Quod omnis probus.*

*Dercillidas* miſſus à Spartanis ad Pyrrhum Regem legatus, cum Pyrrhus grauibus verbis eum vrgeret, vt Lacedæmonii Cleonymum Regem, quem pepulerant, in regnum reciperent nulla regiæ dignitatis ratione habita reſpondit, Si Deus es, Pyrrhe, nobis minime timendum à te ducimus, nam cum iuſtam habemus cauſſam, Deus qui iuſtus eſt, nihil aduerſus nos molietur : quod ſi non Deus, ſed homo es, melior profecto non es, & propterea tantopere nobis formidendum non eſt. *Fulgoſius lib. 6. ex Plut.*

*Theodorus Philoſoph.* Lyſimachus Macedo cum mortem ei minatus eſſet, Theodorus ad Regem ait, iſtis purpuratis & amicis tuis mortem tam crudelem minare, qui digni ſunt, vt inhoneſto mortis genere claudant diem extremum. *Bruſonius libro ſecundo cap. 1.*

*Anonymus.* Antipater cuidam ruſtico librum de felicitate exhibenti, non otium ſibi eſſe dixit. Cui ille, Ne regna quidem igitur, ſi non frueris otio. *Stob. ſerm. 11.*

*Epicharmus.* Hiero tyrannus cum aliquot è familiaribus occidiſſet, paucis poſt diebus Epicharmum vocauit ad cœnam, cui ille nimium libere : At nuper, inquit, cum immolares amicos, non me vocabas. Solent, qui ſacrificant, ſplendidum epulum apparare, atque id rogare amicos. Periculoſa libertas, quæ plus laudis affert ferenti, quam dicendi. *Plut. in apoph.*

*Diogenes.* Quum Alexander Magnus ad Diogenem veniſſet, eumque ſalutaſſet, percontatus eſt Diogenes, quiſnam eſſet ? Quumque ille reſpondiſſet, ego ſum Alexander ille Rex. At ego, inquit, Diogenes ille canis. Non minus ſuperbiens ſua libertate quam Alexander ſuo regno. Interrogatus autem, cur nam canis vocaretur ? Quoniam, inquit, dantibus blandior, non dantibus oblatro, malos etiam mordeo. Iterum Alexandro quærente, num quid vellet ? Secede pauliſper, inquit, nec mihi vmbram facito. *Laert. lib. 6. c. 2. Seneca Plutarchus.*

*Paulus Æmilius.* Conſul aduerſus Perſeum Macedoniæ Regem creatus, cum mos eſſet in eiuſmodi rebus populo Romano gratias agere : vt ſuam in dicendo libertatem ſeruaret, virtute & innocentia ſua fretus, ad populum dixit de duobus conſulatibus, quos erat adeptus : Primum ſe ſui ipſius gratia, petiiſſe, hunc autem ſecundum ab ipſo populo delatum eſſe. Huius igitur poſtremi cauſſa gratia non agere. Quin potius ſi quem meliorem ad eam expeditionem populus inueniret, eum eligeret. Verum ſi quid in eius virtute ſpei repoſuiſſet, ſine verbis dicto eius audiens eſſet. *Plut. in eius vita.*

*Scipio Africanus* interrogatus quid de Tiberii Gracchi morte (cuius ſororem in matrimonio habebat) ſentiret ? Iure cæſum, reſpondit. Cuius dicto cum concio tribunitio furore inſtincta violenter ſucclamaſſet, Taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt. Orto deinde murmure : non efficietis, ait, vt ſolutos verear, quos allegatos adduxi. *Paterculus & Plut. item Valer. Max. lib. 6. c. 2.*

*Q. Flaminius* cum aduerſus Philippum Macedoniæ Regem bellum gereret, & in tractanda pace delectus ad colloquium locus eſſet, philippus fraudem veritus, obſides à Flaminio petiit, affirmans Romanis multos eſſe Flaminios, ſed apud Macedonas eſſe vnum Philippum. Ad quam Flaminius ſtatim reſpondit, id ipſius Philippi culpa accidere, qui & amicos & propinquos omnes interemiſſet, Romano, id eſt, libero verbo crudelitatem atque perfidiam Philippo improperauit. *Plut.*

*Granius*, quum P. Naſica tum conſul, cuius iuſſu inſtitium in medio foro edixerat præco Granius, rogaret eum domum deſcendentem, quid triſtis eſſet ? An quod auctiones eſſent ? Imo vero, inquit Granius, quod legiones : notans eum, quod armis rem gereret. Libera ſane vox præconis in conſulem, ſed eximiæ moderationis exemplum, hoc impune licuiſſe præconi. *Eraſ. lib. 6. apoph.*

*Iulius Cæſar.* L. Sylla ſedente pro Tribunali, cum prætor eſſet, atque Cæſari adhuc priuato iratus diceret, ſe officio ſuo vſurum : reſpondit Cæſar, Recte tuum appellas officium, quod pecunia tua comparaſti. Neque enim magiſtratus maieſtate deterritus eſt, qui

ei quâ arte magiſtratum eſſet aſſecutus coram exprobraret.

*Priuernatum legati.* C. Plautius conſul de Priuernatibus, qui à Romanis defecerant, ad Senatum retulit: ac variantibus ſententiis eorum Priuernatum legatos percontatus eſt, quam pœnam viderentur meruiſſe? Eam, inquit, è legatis vnus, quam merentur qui ſe libertate dignos cenſent. Hic conſul: Quid, inquit, ſi vobis pœnam remittimus, qualem vobiſcum pacem habituri ſumus? Si bonam dederitis, inquit, & fidelem & perpetuam: ſin malam, haud diuturnam. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Cn. Piſo.* Cn Piſo, iuuenis etiamnum, Manilium Criſpum reum agens, euidenter nocentem: eumq; licet præpotentem multis ac magnis criminibus vrgebat, quod videret illum eripi gratia Pompeii, qui Manilio reo aderat. Itaq; quum Pompeius velut exprobrans iuuenilem temeritatem Piſoni, qui non vereretur nobilem & opulentum, atq; ipſi cum primis amicum, ad iudices pertrahere, dixiſſet: Quin eadem opera me quoq; accuſes: intrepide reſpondit Piſo. Da vades Reipub. te ſi poſtulatus fueris ciuile bellum non excitaturum, tuum nomen prius quam Manilii deferam. *Hic elegans epiphonema ſubiicit Valerius Maximus.* Eodem, inquit, iudicio, duos ſuſtinuit reos accuſatione Manilium, libertate Pompeium: & alterum lege peregit, alterum profeſſione. *Valerius Maximus lib. 6. cap. 2.*

*Cato Vticenſis.* Laudatus à Senatu, quod populi tumultum oratione ſua prorſus ſedaſſet: At ego inquit, vos P. C. nequaquam laudo, qui me prætorem in tanto periculo deſeruiſtis. *Plut. in eius vita.*

*Cicero.* In Pompeium multa liberrime dixit. Cuius hæc de iis diſſa referuntur: Ego quem fugiam quidem, habeo: ſed quem ſequar, non habeo, *Macrobius libro ſecundo Satur.* Et cum ad Pompeium veniſſet, dicentibus eum ſero veniſſe: reſpondit. Minime ſero veni, nam nihil adhuc paratum video. *Macrobius.*

*Petronius.* Cum Catonem ſibi obſtrepentem in carcerem eſſet coniecturus, & multi eſſent quibus hoc factum maxime diſpliceret, inter alios M. Petronius increpatus à Cæſare, quod ſenatu non dimiſſo abiret. Malo, inquit Petronius, in carcere cum Catone, quam hic tecum eſſe. Quo audito, Cæſar ſtatim Catonem, affectus pudore, dimiſit. *Dionyſius Nicæus in Pompeio.*

*Laberius* ex equite Romano factus mimus, annos iam natus ſexaginta, huc adigente Nerone, in actione quadam induxit habitum Syri, qui veluti flagris cæſus, ac proripienti ſe ſimilis exclamabat:

*Porro Quirites libertatem perdidimus.*

Ac paulo poſt adiecit:

*Neceſſe eſt multos timeat, quem multi timent.*

Ad has voces populus vniuerſus oculos & ora conuertit in Cæſarem intelligens, illius impotentiam his dictis lapidatam. Hoc modo, quo licuit, Laberius vltus eſt ſortem ſuam. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Anonymus.* Tiberio Cæſari cunctanter, & ægre ſuſcipienti delatum imperium, quidam in os auſus eſt dicere Cæteri quod pollicentur, tarde præſtant: tu quod præſtas, tarde polliceris. *Ex Sueto.*

*Marcellus.* Tiberius Imperator cum in edicto quodam verbo parum Latino eſſet vſus, interrogauit latinæ linguæ peritos, num in Latinæ linguæ puritatem peccaſſet? Cui reſpondit Atterius Capito: Quanquam hoc verbo nemo vſus eſt antehac, tamen id tua cauſa recipiemus in poſterum. Marcellus autē quidā reſpondiſſe dicitur, Hominibus quidem potes dare ciuitatem Romanam, Cæſar, Latinæ verba non potes. Hunc Tiberius, quanquam libere locutum, nullo tamen damno affecit. *Dionyſius.*

*Batto.* Dalmatis ſæpenumero defectionis author fuerat, & Romanis magna damna attulerat A Tiberio intterrogatus, cur ei deficere, tamque diu contra Romanos bellare viſum eſſet? Vos, inquit, cauſam dediſtis, qui ad greges veſtros cuſtodiendos non mittitis canes aut paſtores, ſed lupos. *Dionyſius in Auguſto.*

*Clemens ſeruus Agrippæ,* Is, domino quantum ad lineamenta oris attinet, plane perſimilis, cum ſe Agrippam eſſe diceret, atque eo pacto magnam pecuniam conflaret, comprehenſus tandem à Cæſare Tiberio interrogatuſq; quomodo Agrippa factus eſſet? Eodem (reſpondit) modo factus ſum Agrippa, quo tu Cæſar Romanus, ſignificans: Tiberium fraude imperatoriam dignitatem eſſe nactum. *Dionyſius in Tiber.*

*Subrius Flauius.* Is, tribunus ſtipatorum militum apud Neronem interrogatus, cur cum cæteris in Imperatoris ſui mortem conſpiraſſet: ad Neronem dixiſſe fertur: Quia te & dilexi, & odio proſequutus ſum ſupra omnes homines. Dilexi autem, quod te ſperabam bonum principem fore: odi autem, quod Tyrannum te eſſe factus ſim expertus, quo factum eſt, vt aurigæ atque citharœdo ſeruire noluerim. *Xiphilinus in Nerone Tacitus.*

*Sulpitius Aſper,* Eadem dignitate qua Flauius, & idem pari culpa inſimulatus, cum ſimiliter, qua re motus conſpiraſſet, rogaretur? Reſpondit non minus libere: Se non aliam rationem finiendorum eius immenſorum ſcelerum inuenire potuiſſe. *Sueton. in vita Neronis.*

*Burus,* cum intellexiſſet, Neronem Imperatorem Octauiam Auguſtam propter Sabinam pellicem repudiaſſe, ad Neronem dixiſſe fertur: Si repudiaſti, redde etiam dotem, hoc eſt, principatum. *Xiphilin. in Neron.*

*Pythias,* Nerone regnante, cum omnes famuli, præter Pythiam, vna cum Sabina pellice, Octauiam Auguſtam inuaderent, quod eā contemnerent afflictam fortuna: & illi, cuius magna poteſtas erat, aſſentaretur: ſola Pythias, licet acerrimis tormentis coacta, noluit in dominam mentiri, cumq; Tigellinus Sophronius, homo petulantiſſimus, atq; homicida crudeliſſimus, inſtaret vehementius, faciem eius conſpuit: Mundior eſt (inquit) Tigelline, vulua Octauiæ dominæ meæ, quam os tuum impudentiſſimum. *Xiphilin. in Nerone.*

*Anonymus.* Gallus quidam ſutor cum vidiſſet Caligulam Imperatorem nunc deorum, nunc mulierum veſtitu turpiter incedentem, atq; in ſolio eminentiſſimo tanquam Deum ſedentem, Iouis chlamyde amictum, tantam inſolentiam irriſit. Qua re animaduerſa, Caius ad ſe vocatum hominem, rogauit quid ſibi videretur? Reſpondit Gallus, Hanc magnam dementiam videri. Sed Imperator, eo quod ſutoris dictum ſatis liberum eſſet, æquo animo tulit. *Xiphil in Calig.*

*Anonymus.* Græculus quidam cauſam agens apud Claudium Cæſarem, inter altercandum commotus hanc vocem in illum emiſit καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός, id eſt, & tu ſenex es, & ſtultus. Vſque eo ſumma poteſtas ob ſtultitiam & paſſim & propalam euiluerat, vt hoc in os dixerit, non ſenator, ſed ignotus Græculus, & dixerit impune. *Eraſ. li. 6. apoph.*

*Anonymus.* Quidam bubulcus ſeruus, ſenio pene confectus, cum iam aſſumpto ad imperium Veſpaſiano domino, propter nouæ fortunæ felicitatem meritum ſe putaret, quem dominus munere dignaretur, venienti in vrbem Veſpaſiano ſe obtulit, & libertate ſe donari petiit. Cum autem minime aſſentiri Veſpaſianum videret, continere ſe ſeruile pectus nequiuit, quin vt poterat dominum vlciſceretur Magna enim voce exclamauit, vero adagio dici, Vulpem pilos quidem mutare, ſed mores nequaquam. Ita enim veteris domini auaritiam natura inſitam exprobrauit.

*Fulgoſ. lib. 10.*

*Iun. Mauritius.* Nerua Cocceius in cœna ciui aſſidebat Veiento, qui ſub Domitiano conſularem dignitatem fuerat adeptus, ſed multos clam apud illum detulerat, quum orta Catuli mentione, qui calumniator inſignis fuerat, diceret, Quid faceret Catulus, ſi Domitiano ſuperuixiſſet? Iunius Mauricus reſpondit, Nobiſcum, inquit, cœnaret. Satis libere ſubmonens Imperatorem, quod Veientonem haberet familiarem, ſimillimum Catulo, quem vt calumniatorem execrabatur. *Eraſ. li. 8. apoph.*

*Fronto.* Is Conſul Romanus poſt Domitiani peſſimi principis mortem, de Cocceio Nerua, principe optimo atque eodem patientiſſimo, pari libertate locutus eſt. Nam cum videret nimium populo indulgeri, permittique vt in eius eſſet manu vel accuſare, vel occidere, quem Domitiani miniſtrum fuiſſe ſciret, clara voce dixiſſe fertur: Malum eſſe ſub principe viuere, qui nihil agi permitteret: ſed longe deterius, ſub eo, qui fieri nihil prohiberet. Quod cum Nerua audiuiſſet, modum accuſationibus impoſuit. *Fulgoſ. li. 6.*

*Traianus* Valentis, crudeliſſimi in Chriſtianos Imperatoris, Dux contra Gotthos miſſus, cum poſt male in eo bello res geſtas rediret Domum atq; obiurgaretur ab Imperatore qui grauiter hominis ignauiam accuſabat, reſpondit: Non ego, ô Imperator, victus ſum, ſed tu potius, qui contra Deum inuictum bellum ſuſcipis, atq; tua impietate à te ipſo omnem victoriam reiicis. *Nicephorus Calliſtus lib. 11. Eccl. hiſtor. cap. 49.*

*Papinianus.* Baſſianus Antonius Imperator magna laborabat inuidia, quod fratrem occidendum curaſſet. Eoque Æmilio Papiniano prætorii præfecto, ob eximiam iuris prudentiam ſummæ apud Romanos authoritatis negotium dederat, vt hoc facinus apud ſenatum defenderet. At is reſpondit: multo facilius parricidium perpetrari, quam defendi: ob hanc liberam vocem Baſſianus occidit virum immortalitate dignum. *Eraſmus 8. apoph.*

*Geta,* Baſſiano tum ioco tum ſerio dicenti, omnes cum liberis occidendos: Geta puer dixit, Tu qui nulli parcis, potes etiam fratrem occidere. Id dictum tunc contemptum eſt, poſt cognitum eſt fuiſſe vaticinium, nam parricidium poſtea commiſit. *Spartianus.*

*Heluius Pertinax.* Quum Antoninus Caracalla ambitioſe ſibi multa cognomina aſſereret, Germanici, Parthici, Arabici, & Ale-

manici, Heluius Pertinax, belle iocatus fertur: Adde etiam, inquit, ſi placet, Geticus Maximus, quod Getam fratrem occidiſſet. *Ælius Spartian.*

*Anonyma.* Adrianus Romanorum Imperator cum forte in foro eſſet, audiuit mulierem clamantem, Audi me Cæſar. Verum is quum reſpondiſſet, Non eſt otium modo: illa altius clamauit, Noli ergo imperare. Ad hanc igitur vocem reſtitit, & mulierem audiuit. *Ex Dione Caſſio.*

*Apollodorus.* Inſignis architectus, cum Romæ præclara quædam ædificia erigeret, atq; Adrianus Imperator inepte hominem neſcio qua in re reprehenderet, reſpondiſſe fertur: Abi Imperator, ac cucurbitas pinge, nam quidem ædificandi artem plane ignoras. Quam loquendi libertatem adeo ſiniſtre interpretatus eſt Imperator, vt ſtatim cogitaret quo mortis genere hominem interficeret. *Dion. Nicæus, & Xiphilinus in vita Adriani.*

*Pollenius Sabinus.* Is homo omnium mordaciſſimus, cum audiuiſſet Seuerum Imperatorem adſcriptum eſſe Marci familiæ: inGratulor tibi, inquit, Cæſar inuictiſſime, quod patrem demum ueneris, quaſi antea patrem non habuiſſet propter ignobilitatem & obſcuritatem generis *Xiphilinus in vita Seueri.*

*Anonymus.* Galienus iunior patris mortem inultam reliquit. Itaq; quum Rex Perſarum quaſi captiuus per pompam duceretur quidam ſcurræ miſcuerunt ſe Perſis diligentiſſime ſcrutantes omnia, & cuiuſq; vultum diligenter contemplantes. Qui interrogati quid agerent? Patrem, inquiunt, principis quærimus, notantes, à Galieno neglectum fuiſſe. Id vbi delatum eſt ad principem, ſcurras viuos exuri iuſſit. Exemplum impietatis in Cæſare, periculoſæ libertatis in ſcurris. *Trebellius Pollio.*

*Mares Epiſcopus* Iulianus Imp. cum Conſtantinopoli in Fortunæ ſacello ſacrificaret, palam à Mare Epiſcopo Chalcedonenſi, apoſtata & ἄθεος, vocatus eſt. Is autem debilitatus viſu, alterius ducebatur manu. Volens igitur Imperator lacerare blaſphemiis Deum conſuete dixit, Neq; Galilæus tuus curare tibi viſum poteſt. Cui reſpondens Mares dixiſſe fertur. Ego Deo meo pro cæcitate gratias ago: quia hoc ideo factum eſt, ne te videam pietate omni nudatum. *Sozomenus li.6 Eccl. hiſt. ca.6.*

*Terentius.* Is ducum omnium fortiſſimus, & pietate ſimul, ac rerum contra Armenios geſtarum gloria in primis inſignis, cum ad Valentem Imperatorem contra Gotthos iam belligerantem veniſſet, atq; optionem Imperator obtuliſſet, vt à ſe quicquid vellet peteret: nihil aliud petiit, quam vt Antiochiæ vnam ſaltem Eccleſiæ Catholicæ propugnatoribus concederet Eccleſiam. Quod cum Valens audiuiſſet, petitionis libellum (vt homo erat impius, atque Chriſtianæ religioni infenſiſſimus) iam lectum lacerauit, atq; aliud illum petere iuſſit. Tum Terentium libelli partibus recollectis: Habeo, inquit, ô Imperator & donum teneo, neq; aliud petam. Cōſilii enim mei iudex erit, qui iudex eſt omnium. *Nicephorus Calliſtus lib. 11. Eccl. hiſt. ca. 49.*

*Sigiſmunduo Imp.* Cum dixiſſet aliquando, aſſentatores ſe veluti peſtem odiſſe: Imo, inquit Brunorius Veronenſis, nullum genus hominum magis amas, nam quid apud te poſſent M. Banus, Laurentius Palatinus, Vrſatius, & alii, niſi aſſentando, tuam gratiam meruiſſent? Cum Sigiſmundus, Brunori, ait, ſic comparatum eſt, cum vitandos eſſe adulatores dicimus, tum maxime illis aures damus. Nec enim tu mecum tam diu fuiſſes, niſi mihi blandiri aſſueuiſſes. *AEneas Sylu. lib. 3. commentarior. de rebus geſtis Alphonſi.*

*Anaſtaſius Epiſcopus* interrogatus à quodam, cur ita profuſe pecuniam ſacram dilapidaret, & non potius in vſus decentes eam impendens, ita vti opus eſſet diſpergeret, libere reſpondit per cauillationem: Ideo conſumo, ne à communi pernicie Iuſtino auferatur, *Nicephorus Calliſtr. libro decimo ſeptimo capite 36. hiſtor. Eccleſiaſt.*

*Achemenides*, qui & Homiſdas dictus eſt: cum in Perſia fidem Chriſtianam profiteretur, vocatus à Varane Rege, atq; abnegare Chriſtum iuſſus, reſpondit: Imperata tua, Pex potentiſſime, non ſolum iniqua ſunt, ſed incommoda etiam. Cui enim ea neceſſitas imponitur, vt facillime vniuerſitatis huius Deam abiuret: huic longe facilius fore puto, Regem deſpicere, atq; ad alium tranſire: Rex namque etiam homo cum ſit, fatis ſubiectus eſt: cum Deus nullis rebus plane ſubiectus ſit. Magis igitur eſt crimen, diuinam quam regiam lædere maieſtatem. *Nicephorus lib. 14. capit. 10. Eccleſiaſt hiſtor.*

*Iſacius Monachus.* Cum Valentem Imperatorem vna cum exercitu contra Gotthos, qui Chriſtianam religionem acceperant exeuntem vidiſſet, manu frenum equi, quo ille vehebatur, arripiens, voce magna dixiſſe fertur: Quoniam, ô Imperator! proficiſceris? Qui aduerſus Deum bellum geris, neque illius opem tecum trahis: Nam ille quodammodo contra te hoſtem excitauit quoniam tu aduerſus illum impiorum hominum peregrinas & blaſphemas linguas exacuiſti, & Catholicos ex ſacris ædibus eieciſti. *Plura leges apud Nicephorum libro 11. cap. 50. Eccleſia hiſtor.*

*Agapetus Roman. Epiſcopus.* à Theodato, qui in Italia Gotthorum Rex erat Conſtantinopolim placandi Iuſtiniani gratia [...] cum Imperatorem Eutychiana hæreſi laborantem, fruſtra [...] prehendere ſe intellexiſſet: Ad Iuſtinianum Chriſtianiſſimum Imperatorem me veniſſe arbitrabar, inquit, ſed quantum tueri poſſum, ad Diocletianum me veniſſe video. *Fulgoſ. libro 6.*

*Demades* in pugna ad Chæroneam à Philippo captus, [...] commodatus, cum Philippus inter pocula hæc verba iactaret [...] bi nunc eſt nobilitas & præſtantia ciuitatis Athenienſium! Cog[...] ſceres. dixit, ô Rex, ciuitatis vim, ſi Philippus Athenienſibus [...] res autem Macedonibus imperaret. *Stobæus ſermone quinquageſimo ſecundo.*

*Anonymus.* Colonienſium Epiſcopus & dux, cum iter armatus per Germaniam faceret, multis ſtipatus equitibus, incidit in bubulcum quendam, tantum deridentem exercitum. At vbi hominem interrogaſſet, cur tantopere rideret? Reſpondit bubulcus, [...]ror ſane Petrum Apoſtolum, veſtri ordinis principem, in tanta [in]opia mortuum eſſet, vt poſteros in eo ordine tantopere locupletaret. Dicente vero Epiſcopo, ſe ſimul & ducem eſſe, & Epiſcopum: reſpondit bubulcus, Vellem equidem declarari mihi cum [...]um hunc ducem, cuius perſonam modo geris in inferno eſſe con[...]tigerit, quo putes Epiſcopum eſſe iturum? Libero autem reſponſo oſtendit, quam ſtultum ſit, in eodem ſubiecto duas diuerſæ profeſſionis perſonas agere velle. Et ſi altera peccaret, putare ſe in altera pœnas errati non ſenſurum. *Fulgoſ. l. 6.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Syrazida.* Sicut diurnæ curæ gignunt ſomnia: Ita multa verba ſtultam faciunt orationem. *Eccl. c. 5.*

*Sicut* in multis ſomniis multa ſunt vana: Ita & in multis verbis. *Eccleſ. c. 5.*

*Nazianzeni.* Non indocte docemus, neque iniuriis docemus, quemadmodum accidit multis, qui ſermone pugnam contra loquentes, prauitatemq; intellectus iniuriis quandoque deteg[unt]. Illi enim ſermones, quemadmodum & ſepiæ atramentum, [...] ſeipſos expuunt, quo effugiant venantes, aut latitent indagantes. *orat. poſt reditum ex agro.*

*Plutarchi* Vt procliue non eſt, auem è manu amiſſam recipere aut cohibere: Ita nec dictum ſemel ab ore profectum, propterea quod ab aliis volat ad alios. *in Moral.*

*Non vt* nauem arreptam fluctibus, ancora licet ſiſtere: Ita verba è portu velut in altum emiſſum *in Moral.*

*Vt pars corporis* vitiata, attrahit etiam à vicinis vitioſos. Sic garrula lingua ſemper ardens, & inflammata, ſecretorū aliquid vndique colligat ad ſeſe. *in Moral.*

*Iaculos* & viperas proprii rumpunt fœtus: Sic garrulus vel cum ſua pernicie promit arcana. *in Moral.*

*Vt triticum incluſum* in vaſe, menſura auctum inuenitur, ſed vitiatum: Sic garrulus accepto ſermoni ſemper addit, & maiorem [...] reddit, ſed fide iam carentem *in Moral.*

*Qui aliis interrogatis*, ipſe præripiunt reſponſionem: perinde faciunt ac ſi quem ab alio volentem oſculari, priores occupent. *In Moral.*

*Erat porticus* in Olympia, quam ſeptiuocam vocant, quod pro vna voce multas redderet, Ita locutuleii quidam, vel vno prouocati verbo, ſermonem immenſum referunt. *In Moral.*

*Vt vbi dolet*, ibi manum habemus: Ita ſi quid delectat, ibi linguam habemus, id eſt, libenter eius rei facimus mentionem. *In Moral.*

Quemadmodum ſemen hominum libidini venereę addictorum fere infecundum eſt: loquacitas ſermonem futilem & ſtultum efficit. *Plut. in Lycurgo.*

*Seneca.* Vt qui per ſpinoſa ingrediuntur loca, ſuſpenſis pedibus eant neceſſe eſt: Ita de rebus friuolis aut moleſtis loquenti breuiter eſt tranſiliendum ad vberiora, gratioraque. *Apud Eraſmum.*

*Plinii.* Muta cicada pro miraculo eſt, quod ipſum genus ſit garrulum: ſunt autem huiuſmodi in agro Rhegino, Sic magis admiramur conſtantiam & ſilentium in fœmina, quod ipſum genus mutabile ſit & loquax. *lib. 11. c. 27.*

In Aſphaltite Iudææ lacu, item in Aritiſſa Armeniæ maioris, nihil mergi poteſt. Ita quidam quicquid commiſeris, in propatulo gerunt, neque quicquam celare poſſunt. *Libro ſecundo capite* 1006.

*Eraſmi Roterodami.* Infantes qui celerius loquuntur tardius ingredi incipiunt: Ita qui ad, dicendum promptior eſt, ad rem gerendam minus eſt paratus. *in Simil.*

*Vt vitrum* quia pellucidum, nihil cælat: Ita quidam, nihil tegere, nihil diſſimulare norunt: quicquid in animo eſt, id omnibus protinus eſt palam. *in Simil.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

*De loquendi libertate.*

*Serarii.* Vt minime ſolem è mundo: Ita neq; dicendi fiduciam ... inſtitutione tollere conuenit. *Apud Stob. ſerm.* 11.

*...ſenzme.* Quemadmodum abſynthium nomen omne amit-... amaritudinem tollas: ſic oratio, ſi libertatem loquendi amit-... *Apud Stob. ſer.* 11.

¶ ADAGIA.

Breuitas grata, Laconiſmus. Tribus bolis Minore finire pomœ-... Numero dicere. Vno faſce complecti. Tribus verbis.

Pauciloquus, ſed eruditus.

*In eum, qui pauca quidem, ſed tamen auditu digna loquitur, ... Homer. illud.*

Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως, ἐπεὶ οὐ πολύμυθος.

Id eſt,

*Non is multa quidem, verum argutiſsima, quippe. Pauciloquus. Menelaus dicit.*

*Vide tit. Garrulitas.*

Leuiſſima res, oratio.

*Homerus,* ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. *Id eſt, Verba velocia dixit, vel ... quod facile euolent, atque reuolare neſciant.*

Horatius.

*Et ſemel emiſſum volat irreuocabile verbum.*

¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Lacedemoniis* peculiaris erat verborum paucitas: vnde & ab ea ... breuiloquentia Laconiſmus dicitur. Cum igitur Abderita-... legatus apud Agidem multa locutus, vix tandem dicendi fi-... feciſſet rogaretque quid ciuibus ſuis eſſet renuntiaturus: Agis ... inquit, renuncia: quantum temporis tibi fuit opus ad dicen-... tantum me ſilentem audiſſe. Hoc dicto exprobrauit ſtolido ora-... inanem loquacitatem reſponſo indignam. *Eraſ. l. apoph.*

*Quum Sophiſta quiſpiam* apud eum dixiſſet, orationem eſſe re-... omnium præſtantiſſimam, videlicet prædicans artem, quam ... fitebatur: Ergo, inquit Agis, tu, cum taces, nullius es pretii, ſigni-... ficans, multo præclarius eſſe res magnificas gerere, quam habere ... linguam ad magnifice loquendum expeditam. *Idem. li.* 1.

*Quum quidam* Ephoris oportuna quidem loqueretur, ſed pluri-... bus quam iat erat, Anaxandridas, Hoſpes, inquit, re neceſſaria, in ... non neceſſario vteris, ſignificans, quod per ſe rectum eſt, & vtile, ... non egere prolixa oratione, quod ipſa cauſæ bonitas facile ſeipſam ... commendet. Quod ſi vſquam locus eſt loquacitati, eam oportet ad ... inhoneſtas cauſas adhibere. *in eod. l.* 1.

*Gellius li. 12. c. 2. Noct. Attic.* recitat verba *M. Catonis,* contra quen-... dam Albinum, breuiloquentiam quisquis in dicendo colat. Laco-... niſmus, prouerbium pro breuiloquentia, pro eo, quod eſt, paucis ... & compendio dicere. *Vide Chiliad. Eraſ.*

*Ægyptiorum regem* periclitandi gratia, cuiuſmodi foret in Pit-... taco prudentia, proditum memoriæ eſt, integri animalis carnes ad ... eum tranſmiſiſſe petentem, ſecerneret inde, quod optimum cenſe-... ret, rurſuſq; quod peſſimum. At is vnam modo linguam eximens ... ad eum referri iuſſit: ſymbolice innuens atque aperte, in ea corpo-... ris parte portioneq; ingentium ſæpe bonorum latere fomites: nec ... deeſſe tamen, ſi prodiga ſit & infrenis maximarum cladium orga-... num, ac ſcelerum quodammodo indelebilium ſcenam. Hinc apud ... Euripidem, Ino audacius adſtruit, tenere ſe tacendi tempora, at-... que item loquendi. *Cælius Rhodiginus libro 3. lectionum antiqua-rum c.* 5.

¶ EXEMPLA BIBLICA

Loquacitatis exempla, Eua, *Gen.* 3. 2. Dalila Samſonis vxor, *Iud.* 14. v. 16. 17. & 16. v. 16. 17. Cognati Tobiæ, *Tob.* 2. 15. ancilla Saræ filiæ Raguelis *Tob.* 3. 7. Vxor Iob, *Iob.* 2. v. 9. 10.

*Vide Garrulitas, lingua.*

# Longæuitas.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LOngæuitas, annoſitas, Senectus prouecta, μακροβιότης, πολυετία. Longæuos homines Hebræi vocant *Babaiamim,* i. multorum dierum, vt qui in vitæ præſentis curriculo dies aliquot multiplicarint. Senes certe ſunt filii multorum dierum, ſed mille anni ſenibus piis ſicut dies vnus: viuunt enim & ſtant in eo qui longitudo dierum illis eſt, & in cuius oculis omnia ſecula velut horæ momentum. Longæuos plus æquo mortem metuere ſtoici paſſim increpant. Summa eſt à Cicerone expreſſa *in Catone de Senectute,* O miſerum ſenem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

¶ POETICÆ SENTENTIÆ.

Antholog Sacr. Iac. Bill.

*Eſte procul lachrymæ, procul hinc procul effuge luctus:*
*Tu mihi blanda Venus, tu mihi Bacche veni.*
*Ad veniam Deus eſt facilis, cum tarda ſenectus*
*Aduenient. recti mens mea carpet iter.*
*Ah miſer, an ſummi quoniam propenſa parentis*
*Ad veniam eſt bonitas, in ſcelus omne ruis?*
*Nonne times, ne te ſeram implorante ſalutem,*
*Rideat & lachrymas, & tua vota Deus.*

Pios viros vitæ huius longinquitatem moleſte ferre.

*Ante diem cupit Elias, decedere vita,*
*Ante diem Dauid, Paulus & ante diem,*
*Tædiaque exilii lachrymis teſtantur acerbis:*
*Quodque moras faciat mors tenebroſa dolent.*
*Poma velut domini dextram matura requirunt,*
*Arbore præque ſuo pondere ſæpe cadunt:*
*Sic pietate graues, meritiſque inſignibus, optant*
*Ante diem vitæ claudere morte dies*

¶ ADAGIA.

Neſtorea ſenecta.

*In longæuos & viuaces: de quibus lege Lucianum de Macrobiis, & Plin. li. 7. c. 48.*

Vltra penſum viuit. ὑπὲρ τὸν ἄτρακτον ἤδη βιοῖ.

*Id eſt: Viuit vltra fatalem diem. Alluſio eſt ad fuſos Parcarum. Lucianus, in Philopſeude. Non admodum abludit ab hac forma, quæ Germanis vulgo eſt celebris.* Die Seele iſt in ihm verwurtzelt.

Vltra catalogum. ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ: *Suidas.*

*Dicitur de eo, qui multum ætatis viuit, vt iam præſcriptum illũ annorum numerum præteriiſſe videatur.*

Vltra linum. ὑπὲρ τὸν λίνον.

*Id eſt: Vltra decretum fatale. Rurſus alluſio ad Parcarum fila. Vide vltra penſum.*

Cornicibus viuacior. ὑπὲρ τὰς κορώνας βεβιωκώς.

*Dicitur de vehementer annoſis: eſtque deſumptum à prodigioſa cornicum viuacitate. Vide Plinium li. 7. Et Plut. de Oraculorum defectu.*

Heſiodi ſenecta. Ἡσιόδειον γῆρας.

*Longæua viuaxque ſic appellabatur. Videatur Epigram. Pindari de longæuitate Heſiodi.*

Tithoni ſenecta. Τιθώνου γῆρας.

*Ex fabula Tithoni deſumptum: paulo aliter Suidas refert. Seneca: Tithono profundius.*

Phœnice viuacior. τοῦ Φοίνικος ἐτηβιώς.

*Dicitur etiam in ſenectam viuacem & longæuam. Phœnicem enim Heſiodus ſcribit nouem corui ætates viuere.*

Sibylla viuacior, Tireſia viuacior, Seribus viuacior.

*His prouerbiis longæuitas indicatur. Propert. de Sibylla cecinit, At me non ætas mutabit tota Sibyllæ. Poetæ fingunt Tireſiam ſex hominum ætates tranſegiſſe. Hiſtorici tradunt Seres Aſiæ orientalis populos tercentos annos viuere.*

Facies tua computat annos.

*Dictum a Iuuenale in vetulam Libidinoſam.*

Senis caluaria, aſtaphis, i. vua paſſa. *Senile corpus inualidum deſignatur, eſt enim ex hauſto ſucco, carnibuſque adeſis.*

*Significatur hoc etiam prouerbio ætas quantumuis longa. Propertius.*

*At me non mutabit tota Sybilla.*

Alterum pedem in cymba Charontis habere.

*Dicitur de hominibus extremæ decrepitæq; ſenectæ. Lucianus in Sectis.* τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῇ σορῷ ἔχων. Er gehet auff der Gruben. Er gehet auff der Baar Er hat einen Fuß ſchon im Grab.

Mature fias ſenex. *Cicero Mature fias ſenex ſi diu velis eſſe ſenex.*

*Monet adagium, vt in integra adhuc ætate à laboribus deſiſtamus iuuenilibus, maxime autem vitiis iuuentæ, libidine, bibacitate: vitæ turbulentia, & ſimilib. Germani non inuenuſte dicant.* Es muß ſich zeitlich krümmen / was ein gutter Hag werden ſoll.

Vitiat lapidem longum tempus. Σήψει καὶ πέτρην ὁ πολὺς χρόνος.

*Docet adagium, nihil in rerum eſſe natura ſic durabile, quin tẽporum abſumi diuturnitate queat.*

Senex bos non lugetur. γέρων βοῦς ἀπένθητος ὅ ὅμως.

*Hoc eſt: Mors ſenum, quod tempeſtiua videatur, ab amicis non lugetur.*

Viuum cadauer. ἔμψυχος νεκρός. *Item:*

Viuum ſepulchrum. ἔμψυχος τάφος. *Sophocles & Lucian.*

*Vtrumque in eos commode dicetur, qui ſic viuunt, vt nihil vita dignum agunt.*

Viro ſeni maxillo baculus. Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία.

*Dicitur in ſenes, qui ob defectas ætate vires copioſiore pariter & delicatiore victu coguntur vti* Der Kifel iſt der alten Stütze.

Limen ſenectæ γήραος οὐδός. *Homer.*

*Notatur hoc adagio extrema & decrepita ſenectus.*

Seneſcit bos, at opera multa bouis. γηρᾷ ὁ βοῦς, τὰ δ' ἔργα πολλὰ τοῦ βοός.

*Vſus huius prouerbii eſt, quoties aliquis ob ætatis imbecillitatem inutilis redditur ad munus demandatum obeundum. Germani eadem pene metaphora dicunt.* Er mag ſchier nicht mehr ziehen.

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Longæuitati exempla: Adam vixit annos 930. *Geneſ.* 5. *verſi.* 4. 5. Seth annos 912. *ibid. verſicul.* 6. 7. Enos 905. *verſ.* 10. 11. Cainan 910. v. 13. 14. Mahalaleel 895. *verſ.* 16. 17. Iared 962. *ver.* 19. 20. Henoch 365. v. 23. Mathuſalem 969. *verſic.* 28. 27. Lamech 777. *verſic.* 30. 31. Noe 950. *Geneſ.*

950. *Geneſ.*9.*v.*28.29. Sem.600. *Gen.*11.*v.*10.11. Arphaxad.438.*v.*12.13 Sale 433.*v.*14.15. Heber.464.*v.*16.17. Phaleg.239.*v.*18.19. Rehu. 209. *v.*20.21. Sarug.230.*v* 22.23. Nachor 148. *v.* 24. 25. Thare 202.*v.*31.22. Sara, 127. *Gen.*23.1. Abraham 175. *Gen.*25.7. Iſmael 137.*v.*17. Iſaac 180. *Gen.*35.28. Iacob 47. *Gen.*47.28. Ioſeph 110. *Gen.*50.26. Leui 137. *Exod.* 4.16. Caath 133. *v.* 8. Amram 137.*v.* 20. Aaron 157. *Nu.*33.38 Moyſes 120. *Deut.*31.2 & 34.7. Ioſue 110. *Ioſ.*24.29 *Iud.*2.8. Eli 98.1.*Sam.*4.*v.*15.18. Ioiada 130.2.*Paral.*24.15. Tobias ſenior. 120. *Tob.*14.*v.*1.2. Tobias iunior 99. vel vt alii 127.*v.*16. Iudith 150. *Indith.* 16. 28. Iob. 140. *Iob* 42.16. Matathias 146.1.*Macch.*2,7. Antiochus 140.2.*Macchab.*6. Eleazarus 90.*v.*24.

## ¶ EXEMPLA HISTORICA.

*Muſicani Indiæ populi* centum & triginta annorum ætatem agunt. *Sabellicus.*

*Seres* Indi tam longæ dicuntur vitæ, vt ducenteſimum annum excedant. *Strabo li.*5.

*In Tmoli* montis cacumine locus eſt Tempſis dictus, in quo vulgo 150. annos viuunt. *Plin. li.*7.*c.*48.

*Cyrmos* Indorum genus Iſigonus annis centenis quadragenis viuere tradit. Æthiopas, item Macrobios & Seras, & qui Athon montem incolant: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaq; nec capiti, nec veſtibus eorum noxia corpori ineſſe animalia. Cteſias tradit, gentem ex his Pandoræ in conuallibus ſitam, annos ducentos viuere, in iuuenta candido capillo, qui in ſenectute nigreſcat. *Plinius li.*7.*c.*2. & *Valer. Max. li.*8.*c.* 41.

Septentrionales populi licet ſub frigidiſſimo cœlo, vulgo cētum ſexaginta & amplius annos viuunt. *Olaus li.*4. *cap.* 4, *Septen. regionum.*

*Iſtandenſes*, quamuis Ichthyophagi ſine medicina, etiam ſupra centum annos viuunt. *Olaus li*, 21.*c.*4.

*Ephorus* Arcadum reges quoſdam 300. annis vixiſſe teſtatur. *Pli. li.*7.*c.*48.

*Cyntras* rex Cypriorum 160. annos vixit, *teſte Anacreonte.*

*Hiero.* Siciliæ rex amicus Rom. Pop. ad nonageſimum peruenit annum. *Val. Max. li.*2.*c.*4.

*Attila* Hunnorum rex 124. annos natus, in nuptiis periit, vt ſupputat *Nicolaus Olaus in eius vita*, Sabellicum reprehendens, qui 56. annos tantum ei tribuit.

*Hippocrates* Cous medicus vixit apud Perdiccam Macedoniæ regem, exceſſit annos natus 104. Lariſſæ. *Volater. libro* 6. *Vrban. comment.*

*Vide, Vita,*

---

# Luctus.

## ¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LVctus, Græce κλαυθμὸς, οῦ, ὁ, & ὀδύρομαι, lugeo dicitur, Hebr. *Ebel*, à verbo *Abal*, contriſtatus eſt, fleuit, luxit. Alia nomina Græca & Hebræa vide in trilingui Etymol. Lugdun. pag. 436. Eſt autem luctus dolor, qui exterius proditur vultu ipſo atq; aſpectu, à lugeo. Sæpe ipſe habitus, vultus atque veſtis, luctus dicitur,

Luctus eſt planctus pro mortuis. *ſecundum B. Thomam ſuper Pſ.* 34.*c.*10.

Luctus eſt ægritudo, ex eius, qui charus fuerat, interitu acerbo. *ſecundum Cic. li. Tuſcul. Quæſt.*

## ¶ BIBLICI LOCI.

Luctus mortuorum qualis tempore Chriſti, *Matth.*9.23. Lugentes beati: 5.5. Luget Dauid Annonem filium, 2.*Sam.* 13. 37. Lugendi non ſunt mortui, 1.*Theſſ.* 4.13. Lugentibus conſolatio promittitur. *Luc.*6.21.

## ¶ SENTENTIAE BIBLICAE.

*Lugendum ſuper peccato amare.*

Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus: non enim quaſi homo, ſic Deus comminabitur. *Iud.*8.

Nunquid non paucitas dierum meorum finitur breui? Dimitte ergo me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam *Iob.*10.

Laboraui in gemitu meo. Diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. *Pſ.*6.

Deus vitam meam annunciaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo.55.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt die legem tuam.118.

Tempus flendi. *Eccl.*3.

Vox in viis audita eſt, ploratus & vlulatus filiorum Iſrael, quoniam iniquam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui. *Ierem.*3.

In fletu venient, & in miſericordia reducam eos. 31.

Nunc ergo, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio & fletu, & in planctu, & ſcindite corda veſ[tra] & non veſtimenta veſtra, *Ioel.*2.

*Super proximo fructiſere.*

Non deſis plorantibus in conſolatione, & cum lugentibus ambula. *Eccl.*7.

Quod ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorant plorabit anima mea à facie ſuperbiæ. plorans plorabit, & deducet [lachrymas] oculus meus, quia captus eſt grex Domini *Iere.*13.

Flere cum flentibus, *Rom.*12.

Et qui flent, tanquam flentes. 1.*Cor.*7.

Et lugeam multos ex iis, qui ante peccauerunt, ſed non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam geſſerunt. 2.*Cor.*12.

*Super mortuo moderate.*

Mortuum lamentetis, quod ſit luce priuatus, non minus res ſtultum, quod ſenſum amiſerit. *Eccl.*22.

Modicum plora ſuper mortuum, quoniam requieuit. [Luctus] mortui ſeptem dies. *ibidem.*

Fili, in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus plorare: propter delaturam autem amare fer luctum illius [...] & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum eius, vno die vel duobus propter detractionem. A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem.38.

*In Inferno miſere.*

Filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Matth.*8.

Partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus & [ſtridor] dentium, 24.

Væ vobis! qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. *Luc.*6.

Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miſeriis veſtris, quæ aduenient vobis. *Iac.*5.

## ¶ POETICAE SENTENTIAE

Euripidis.

*Ἀλλ' ἐςὶ γὰρ δὴ καὶ κακοῖσιν ἡδονὴ*
*Θνητοῖς ὀδυρμοὶ δακρύων τ' ἐπιῤῥοαί.*
*Ἀλγηδόνας δὲ ταῦτα κουφίζει φρενῶν,*
*Καὶ καρδίας ἔλυσε τοὺς ἄγαν πόνους.*
*Eſt etiam in malis aliquid voluptatis*
*Hominibus, nempe luctus & lachrymarum defluxus*
*Hæc enim leuant animi dolores,*
*Et nimios pectoris labores ſoluunt.*
*Καὶ γὰρ πέφυκε τοῦτ' ἐν ἀνθρώπου φύσει,*
*Ἢν καὶ δίκῃ θνήσκῃ τις, οὐχ ἧσσον ποθεῖ*
*Πᾶς τις δακρύειν τοὺς προσήκοντας φίλους.*
*Hoc à natura ingenitum eſt hominibus:*
*Et ſi quis iure mortem obierit, nihilominus tamen cupit*
*Vnuſquiſq; amicos ſibi aſtrictos deflere.*

## ¶ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Luctus eſt animi ægritudo ex eius acerbo interitu concepta, qui nobis charus fuerit. *Franc. de reg. li.*5.*c.*17.

Luctus in Legibus XII. tabularum prohibitus erat, & mulieribus & viris eiulatus & fletus funebris. *idem, ibid.*

Luctu carere debet interitus eorum, quorum vita clariſſima fuit, & mors ſplendida. *ibid.*

Lugendo & mœrendo nil aliud aſſequimur, niſi vt leuiores [...] videamur: & corporis habitu indecori. *ibid.*

## ¶ APOPHTHEGMATA.

*Solon*, cum ex amicis quendam grauiter mœrentem videret, in arcem perduxit, hortatuſq; eſt, vt per omnes ſubiectorum in[fra] ædificiorum partes oculos circumferret, quod vt factum animaduertit: Cogita nunc tecum, inquit, quam multi luctus ſub his tectis olim fuerint, hodieq; verſentur, inſequentibuſq; ſeculis ſint habitaturi: & mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. Qua conſolatione demonſtrauit, vrbes nihil eſſe aliud, quam humanarum cladium concepta miſeranda. *Val. Max. li.*7.*c.*2.

*Idem* aiebat, ſi in vnum locum cuncti mala contuliſſent, futurum vt propria ſua quiſq; deportaret domum, priuſquam ex omnium miſeriarum aceruo vllam aliam portionem ferre mallent. Quo colligebat, non oportere quenquam, quæ fortuito patiatur, tanquam præcipuæ & intolerabilis amaritudinis mala iudicare. *idem.*

*Lucius Sophiſta.* Herodes ſophiſta vxoris Regillæ mortem [tulit] impotentius, adeo picturas & ornamenta domus coloribus atratis velis pullis tegeret, ac lapide Lesbio obſcuraret omnia: nam is funeſtus ac niger eſt. Quodam igitur die, cum Lucius, qui fruſtra conatus fuerat Herodi perſuadere vt lugeret moderatius, pueros videret in fronte ædibus vicino lauantes raphana, rogabat, cui pararetur ea cœna: qui reſponderunt Herodi, Tum Lucius: iniuriam facit Regillæ, qui albis radiculis veſcatur in atra domo. Id vbi renunciatum eſt Herodi, amouit ab ædibus funeſtam ſpeciem, ne apud probos viros traduceretur. *Philoſtrat. in Sophiſt.*

*Sextus Philoſophus*, dolorem ex prioris filiæ Panathenaidis obitu conceptum, vtcumque lenierant Athenienſes, intra vrbem

eam

...ſepelientes: & obitus diem ceu funeſtum ex anno ſuſtollentes ...cum Elpinicen alteram filiam exanimem indecore lüge... proiectus humi, ac vociferans: Quas inferias tibi faciam filia, ...tecum ſepeliam, Superueniens Sextus Philoſophus: Maximũ, ...munus dederis filiæ, ſi moderate lugeas. *Philoſtratus.*

*Demonax* Herodem Sophiſtam immodice lugentem Pollucis ...um præmaturum, cum vellet illi currus & equos velut aſcenſu... ...gere, atq; etiam cœnam apparere, adiit Demonax. En tibi, in... ...à Polluce literas, exhilarato Herodi & quid vellet Pollux ſci... ...incurſat, inquit, te, quod cuncteris ad ipſum venire, ſignifi... ...Pollucem ad ipſum non rediturum: ſed recte parari currum, ſi ...ſequi defunctum. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*Quirinus Sophiſta.* Amicis eum de morte filii conſolantibus: Quando inquit, potius apparebo vir, quam nunc? Sentiens, dolorẽ ...dem eſſe acerbum, ſed hoc fortitudinis laudem fore ſplendidio... ...*Philoſtratus.*

*Anonymus.* Hominem Spartanum, ſed ruri agentem quidam ...gauit, quod prorſus fletui & lachrymis ex intimis viſceribus ...tibus indulgeret. At is libere, reiectaq; animi diſſimulatione, ...dit: Quid facerem, inquiens: non enim ego, ſed natura mea ...factum excutit. *AElian. li. 8. de Var. hiſt.*

*Amaſis* ad quendam filio priuatum dixit: Si non triſtatus es, cũ ...dum filius eſſet, ne nunc quidem dolere debes, cum non am... ...eſt. *Stob. ſerm.* 121.

*Demonax* quendam filii mortem inconſolabiliter lugentem, & ...tenebris abditum, adit, certo promittens ſe filii vmbram ab infe... ...reuocaturum, ſi tres ex hominum numero ſibi nominare poſſet, ...qui nullius luxiſſent obitum. Cumq; is cogitationem per omnes ...circumferens, ne vnum quidem reperiſſet luctus expertem: Quid igitur, inquit, te ipſum diſcrucias homo, quaſi nouum ali... quid acciderit? *Eraſ. li. 8. apoph.*

## ❡ SIMILITVDINES.

*Auari*, cum multa congruant, non fruuntur præſentibus, ſubla... ...deplorant: ſic qui lugent extinctos, viuis non fruuntur. *Plutarchus.*

*Vt ſuus* cuique arbori fructus: ita luctus non eſt alius fructus, quam lachrymæ. *Plut.*

*Vt ſemel* admiſſum intra hoſpitem, non facile expellas: ita lu... ...ctum receptum tua ſponte non poſſis, cum velis, depellere. *Plutarchus.*

*Qui lippiunt*, aut alioqui laborant oculis, non ſinunt alios ad... ...molin manum: at qui lugent, quibuſuis ſeſe tractandos exhibent vt ...malum, quo laborant, exacerbetur. *Plut.*

*Vt mæſtis* conducit, ſi ſe ad lucem conferant à tenebris: Ita lu... ...gentibus, ſi à triſtibus cogitationem ad læta transferant. *Plutarchus.*

*Luctus*, ſiue *Lugentium exempla*: Abraham luget Saram, *Gen* 32 ...Iacob Ioſephum, 37. 33. 34. filii Iacob patrem, 50. 10. Iſraelitæ tranſ... ...greſſionem, *Exod.* 33 4. *Num.* 14. 39. Moſis obitum, *Deut.* 3. 4, 8. fi... ...liam Iephtæ, *Iud.* 11. 39. 40. Samuelem Saulem, 1. *Sam.* 15. 25. Iſraeli... ...tæ Samuelem, 1, *Sam.* 28. 3. Dauid Saulem & Ionatham, 2. *Sam.* 1. 17. ...liti Abiam, 1. *Reg.* 14. 17. 18. Ioſiam, 2. *Chron.* 35. 24. Sacerdotes pu... ...blicam calamitatem. *Ioel.* 1. 8 Ieremias vrbis & templi excidium, in ...lamentat. c. 1. *ad finem libri.*

*Vide, Mœror, Triſtitia.*

---

# Ludus.

## ❡ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LVdus dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis. Græce παι-διά, à verbo παίζω, ludo. Paucis multa complexus eſt Etymologici trilinguis Lugdun. collector. pag. 6. & 37. Hebræas & Græcas voces, diſtinctiones & acceptiones varias tum verbi, tum nominis diligenter indicans. Pauca quædam delibare viſum eſt, vt lectori ...ſtimam moueamus. Ludorum ſeu exercitiorum publicorum varia nomina & ſpectacula fuerunt & ſunt apud populos innumeros, à Lydis qui ex Aſia in Hetruriam traieciſſe leguntur, ludos fuiſſe dictos quidam exiſtimat. At ludus pro ioco, riſu, cachinno, irriſione, illuſione, ſumitur. Latini ludere, ludos ludificabiles facere dicunt. Galli vario admodum ſenſu efferunt hæc verba, *iouer, ſe iouer des ...eux, ſe iouer de quelqu'vn, &c.* Hebræi Ludum ſeu irriſionẽ *Sechoq*, appellant, à verbo *Sachaq*, deriſit, riſit, luſit, cachinno dicta vel facta proximorum excepit Gr. σιγχάζομαι & σικχινομαι: derideo ludo, & per radicis Hebr. metatheſin (idiotiſmorum variorum mutationibus familiarem) καγχάζω, cachinnor, & generali verbo παίζειν, ludere, illudere, ludos facere, ἐντρύφαν, Gall. *Se truffer de quel'vn.* ...: & nomen παιδία A verbo alio Hebræo *Tſachaq*, quod in bonam & malam partem ſumitur, fluit *Tſechoq*, riſus, ludus, ſubſannatio, *Geneſ.* 21. 6. *Ezech.* 23. 32. Præterea Hebræi ludicra puerilia exercitia, luſiones vocant *Tahhalulim*, i. infantias, quod Galli dicunt *ieux d'enfans, enfantillages.* Infantes apud Eſaiam *c. 3. v. 4.* appellantur *Tahhalulim*, nempe filii annorum multorum, qui prudentia vacui, ſtultitia pleni alios regere ſummo cum opprobrio ſtudent. Infantes (inquit ſacer vates) imperitabant eis: nomine deducto ab *halal*, verbo, i. infantiliter locutus eſt. Hinc Græc. λαλέω, loquor vt infans, garrio. Quid autem fuerunt & ſunt ludi pleriq; fere omnes, tum in dictis, tum in factis conſiſtentes, aliud quam nugæ canoræ, infantiæ, ludi ludificabiles, exercitia ludicra, ſed & vt plurimum noxia?

Spectaculum ſacrum & ludus Deo gratiſſimus deſcribitur, 2. *Sam.* 6 2. *&c.* Dauide coram arca Dei ludente & ſaltante contra ludos plane AEgyptiacos legimus, *Exod.* 32. 6. Iſraelitis poſt epulas coram vitulo aureo ludantibus choreas & ducentibus.

## ❡ POETICAE SENTENTIAE.

Horat. 1. Epiſt. 19.

*Ludus enim genuit trepidum certamen & iram?*
*Ira truces inimicitias, & funebre bellum.*

Ouid. 2, Art,

*Sic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor,*
*Et reuocat cupidas alea ſæpe manus.*

Ouid. 3. Art.

*Tunc ſumus incauti, ſtudioque aperimur ab ipſo,*
*Nudaque per luſus pectora noſtra patent.*
*Ira ſubit deforme malum, lucriq; cupido,*
*Iurgiaque & rixæ, ſollicituſque dolor.*
*Crimina dicuntur, reſonat clamoribus æther,*
*Inuocat iratos & ſibi quiſque Deos.*
*Nulla fides tabulis, quæ non per vota petuntur.*
*Et lachrymis vidi ſæpe madere genas.*

Hor. ſerm. 51.

*Luſum it Mæcenas, dormitum ego, Virgiliuſque,*
*Namque pila lippis inimicum, & ludere crudis.*

## ❡ SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Ludus aliquando ſtadii, requies eſt. *Plat. in Phileb.*

Ludos pueri qui mutant, viri facti aſſueti nouationibus, aliam vitam quærunt. ea quæſita alias leges cupiunt, ideo pueris perſuadendum eſt, non cupere alias imitationes in ſaltationibus, & melodiis: nec quis hoc ipſis perſuadeat, qui varias voluptates adducat, *idem de leg, Dial. 7,*

Quia ei, qui laborat, neceſſaria eſt requies, & ludus requietis cauſa comparatus eſt, negotiaq; cum labore & contentione animi coniuncta ſunt: ob eam cauſam iocus adhibendus eſt, obſeruata vſus eius occaſione, vt tanquam medicinæ loco adhibeatur. *lib. 8. de Repub. c, 3.*

Ludus relaxationis cauſa comparatus eſt, & relaxatio voluptate afficitur: quippe quæ moleſtiis iis, quæ ex laboribus capiuntur medicinam afferat. *li. 8. de Repub. c. 5.*

Multum ſtudii curæque ponere, & laborem ferre, vt ludas, ſtultum quiddam, & nimium puerile eſt. At ludere, vt ſerias res gerere poſſis, Anacharſidis ſententia æquum eſt. *li. 10. Ethi. c. 6.*

Videtur in hominum vitam requies & iocus inuectus neceſſario *li. 4. Ethi. c. 8.*

De pilæ ludo. DIAL. XXVI.

*Franciſci Petrarchæ.*

GAVD.

At delectat pilæ ludus. R. En aliud clamandi ludibrium, ſaltandiq;. G. Libenter pila luſito R. Odioſa vobis (vt videtur) eſt requies, vndiq; labores aucupamini, decoros vtinam, Nam ſi exercitio ludus hic quæritur, vtrum precor honeſtiorem fatigationem furibunda iactatio, in qua nihil animo geri poteſt, an ambulatio tranquilla præſtaret, vbi & membrorum motus vtilis & ingenii agitatio honeſta eſt? Quem morem Philoſophorum quidam ſic fecerunt ſuum, vt hinc ſecta famoſiſſima nomen ſumpſerit. An tu vero Dionyſium Syracuſium, quam Stagiritam Ariſtotelem ſequi mauis? quando vt ſtudioſa deambulatione Philoſophorum, ſic tyrannum ludo hoc turbido delectari ſolitum accepimus, quamuis & modeſtos interdum animos voluptas hæc ceperit. Itaq; & Quintus Mutius Scæuola ille augur, elegantiſſime hoc ipſum fecit, & diuus Auguſtus poſt finem ciuilium bellorum ab exercitiis campeſtribus ad pilam tranſiit. Et M. Aurelius Antonius (vt de eo ſcribitur) pila luſit appprime. Nec tamen vel quia ille diuini, atq; humani iuris peritiſſimus, vel hi doctiſſimi atq; optimi principes fuerunt, ideo ludus præceps & clamoſus placet. Siquidem motus omnis vehementior, præſertim ſi clamore permixtus ſit, honeſtum dedecet ingenium.

De ludo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

De ludo palæſtrarum. Dial. xxix.

G a v.

Palæſtricis delector ludis. R. Si ſpectator vanus, ſi luctator inſanus. G. Palæſtricis exercitiis vaco. R. in ſingulis verbis, cuius domini mancipium ſis, apparet. Nempe hæc, vt ſuperiora corpori ſeruiunt quod vt paulo ante commemini, & aliquando honeſtius ſine impetu & ſine ſtrepitu fieri poteſt. Et eſt agitatio quædam animi nobilior, quam ſi noſſes, hos corporeos conatus ſperneres & odiſſes, ſed vos animum quaſi hoſpitem degenerem atq; inuiſum, corpus vt dominum generoſum ac dilectum colitis, illi ſeritis, illi metitis, illi aratis Iure id quidem, illud iniuſtius, quod eo omnia refertis, curaq; animi poſthabita noctes illi inſomnes agitis. illi ſuſpiratis, vota illi facitis, ingenuaſq; artes illi diſcitis, illi demum obſequimini, ac ſeruitis ſumptuoſiſſimo dominorum omnium atque ingratiſſimo, cui nec vnquam ſatis aliquid, nec ſi quid aliquando defuerit, vlla vnquam memoria ſit accepti, huic tamen tali domino, quicquid iuſſerit, paretis, atq; eſuriente animo huic vni non tãtum neceſſaria, ſed ſuperuacua vndiq; ac nociti-ra conuehitis, neq; ea ſolum, quæ ad victum pertinent, ac veſtitum, de quibus ſuo egimus loco, ſed quæ ad ludos etiam, variamq; libidinem: non vidẽtes, quam veſtris aduerſa conſiliis ipſa ſit veritas, quæ diſertiſſimo Ciceronis ore loquitur, vnde appareat, quod qui corpus negligit, non ſe ille, ſed fragile caducumq; domicilium, atqui animum, ille ſeſe vere negligit. Neq; enim ait, tu is es, quem forma iſta declarat, ſed mens cuiuſq;, is eſt quiſq;, non ea figura, quæ digito demonſtrari poteſt. G. Palæſtræ delector exercitio. R. Quadrigarum ferũt, & equorum ſtrepitus, & ardentes rotæ per anguſtias inoffenſæ, & luctantium plauſus, atq; colliſio, oleum, ſudor, puluis mirabilis, ſeu illa quidem oculorum, ſeu aurium, ſeu narium voluptas, hebetatiq; ſenſus indicium ingens, qui ſi ſanus integerq; eſſet, non clamorum, atq; tumultuum officinæ, quas palæſtras vocant, ſed obſeruatio diligens palæſtræ huius, quam naſcentes ingrediuntur, quam viuentes atterunt, vnde digrediuntur obeuntes, atq; vtilior quædam, honeſtiorq; ſuauitas delectaret. G. Studio deditus ſum palæſtrico. R. Fuit hæc quidem apud veteres non vltima gloria, ſed tam magna, vt ſeni illi Rhodio Diagoræ, qui ipſe palæſtrita inſignis fuerat, cum duos vno die filios palæſtricis inſignitos victoriis conſpexiſſet, quaſi nihil clarius iam reſtaret, quo aſpirare poſſet in vita, Amicus alter Lacedæmonius ſenex diceret: Morere Diagora. Non enim in cœlum aſcenſurus es, tam magnum tamq; altum cenſebat tres ſimul vnius familiæ palæſtritas eſſe Leuicula prorſus, & Græcula veræ laudis exiſtimatio, ſed communis adeo, vt magna etiam turbaret ingenia. Vnde & Plato tantus Philoſopus Olympionices clarus fuit: Inque hac arte multis notus euentibus, adoleſcens tamen. Amplitudo quidem (vnde Platonis nomen ortum putant) roburque corporis, & ætatis feruor iuuenilem animum impulerant ad experimentum virium. vbi cum ſummis quoq; par eſſet, acceſſu temporis cognito, quid ageret, ad meliora ſe tranſtulit, Socratiq; ſimilis fieri maluit, quam Miloni, & ſane multa ætas excuſat. Facile teneris annis ignoſcitur. Vanitatis excuſatio nulla eſt viro. G. Palæſtræ ſtudium delectat, R. In hoc ſæpe viliſſimus omnium ſuperior fuit, & corporea mole animi virtus eſt oppreſſa. Quem tu mihi ducum vel heroum proferes, quem Milo non ſuperet? qui per ſtadium bouem viuum geſtans humeris cucurrit, eundemq; nudæ ictu manus occiſum vno die ſolus haud grauatim integrum comedit. Mira re dictu, ſed apud hiſtoricos vulgata. Quis huic igitur in palæſtræ ſuæ regno par occurrerit? Atq; nihil indignius, quam generoſos ſpiritus tali belluæ ſuccumbentes cernere, & idcirco nobilibus animis bene ſibi fidentibus ſummopere prouidendum eſt, ne ſua ſponte deſcendant, vbi ab ignauiſſimis vinci queant. Quin tu, ſi contentionibus gaudes, id tibi ſume certamen, in quo ſemper fere ſuperior, qui melior, non de corporum viribus, aut omnino de re vlla, vbi peior idem eſſe poſſit & victor, non de opibus ergo, non de dignitate de potentia ſed de ſcientia ac virtute contende, atq; eo animo, non ſit cuiuſquam famæ obſtrepas, ſed vt alienæ laudis æmulatio tibi ſit calcar ad gloriam: Nullæ ibi ſint penitus partes inuidiæ, ſed virtutis. Habes & hic exemplum Catonis huius vltimi, de quo Criſpus, non diuitiis, inquit, cum diuite, neq; de factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo de virtute, cum modeſto de pudore, cum abſtinente, de innocentia certabat. Honeſtiſſimum hoc palæſtræ genus, quo te exerceas, non tantum Olympiæ, ſed vbiq;, non minus in thalamo, quam in foro, nec minus in otio, quam in actu, neque cum præſentib. modo, ſed cum abſentibus quoq;, cumq; ætatum omnium ac terrarum viris illuſtribus, ſemper enim memorabile ac magnificum illud Scipionis apud Liuium iudicaui. Maximo, inquit, cuiq; id accidere animo certum habeo, vt ſe non cum præſentibus modo, ſed cum omnis æui claris viris comparet. Tu quoq; vel de grege præſentium ſi occurrat, quod vix ſpero, vel ex omni memoria vetuſtatis quemlibet tibi parem delige, cum quo non vlnis aut cœſtibus, ſed ingenio ac virtute luctabere ſine metu periculi, ſed immarceſcibilis ſpe coronæ: hoc de palæſtris conſilium: hæc ſententia mea eſt.

Homines, quamuis in rebus turbidis, tamen ſi modo homines ſunt, interdum animis relaxantur. *Cic. 2. Philip.*

Otii non minus, quam negotii ratio extare debet. *Idem pro Planco.*

Cum iuuenes relaxare animos, & dare ſe iucunditati [...] ueant intemperantiam, meminerint verecundiæ. *Cicero 1. O[...] rum.*

Ludendi eſt quidam modus retinendus: vt ne nimis om[...] fundamus, elatiq; voluptate, in aliquam turpitudinem dilab[...] *Cic. 1. Offic.*

Ludo & ioco vti illis quidem licet, ſed ſicut ſomno & q[...] cæteris, tum, cum grauibus ſeriiſq; rebus ſatisfecerimus, [...] genus iocandi ingenuum ac facetum eſſe decet, non profuſum [...] immodeſtum. Et ſemper in ipſo ioco aliquod probi ingenii [...] eluceat. *Cic. 1. Offic.*

Datur conceſſu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipſa [...] profundit adoleſcentiæ cupiditates: quę ſic ita erumpunt, [...] vitam labefactent, nullius domum euertant, faciles & tolerab[...] haberi ſolent. *Cic. pro M. Cælio.*

Detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior, non om[...] ptatibus denegentur: non ſemper ſuperet vera illa & directa [...] vincat aliquando cupiditas, voluptaſq; rationem, dummodo [...] hoc genere præſcriptio moderatioq; teneatur: pareat iuuen[...] dicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, [...] re trucidetur: ne incurrat in alterius domum atq; famam, [...] brum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne qu[...] terimat, ne interſit inſidiis, ſcelere careat: poſtremo, cum pa[...] voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum ætatis, atq; a[...] anes haſce adoleſcentiæ cupiditates: reuocet ſe aliquando ad [...] rei domeſticæ, rei forenſis, Reipublic. vt ea, quæ ratione an[...] perſpexerat, ſatietate abieciſſe, experiendo contempſiſſe vide[...] *Pro M. Cælio.*

Si volumus, magna ſæpe intelligemus ex paruis, ex oculor[...] tuitu, ex remiſſis aut contractis ſuperciliis, ex mœſtitia, exhila[...] ex riſu, ex locutione, ex contentione vocis vel ſummiſſione, & [...] ris ſimilibus, facile iudicabimus, quid eorum aptum fiat, qu[...] ab officio diſcrepet. *Cic. in Rhet.*

Sicut pueris non omnem ludendi licentiam damus, ſed eam [...] honeſtis actionibus non ſit aliena, ſic in ipſo ioco aliquod probi in[...] genii lumen eluceat. *L. 1. de Offic.*

Non ita generati à natura ſumus, vt ad ludum & iocum fa[...] videamur, ſed ad ſeueritatem potius, & ad quædam ſtudia gra[...] ra atq; maiora. *ibidem.*

¶ Apophthegmata.

*Socrates* cum luderet ſuppoſita cruribus arundine cum pu[...] Alcibiade irriſus: Noli, inquit Socrates, cuiquam dicere, quo[...] do à me videris, donec ipſe tibi etiam liberos procreaueris. [...] Socrates, paternum in filios ſuos affectum, quo eo ductus eſt, [...] filiis ludere nequaquam erubuerit, vir alioqui ſapientiſſimus [...] *ſon. li. 3. ca. 38. Plut & alii idem Ageſilao adſcribunt.*

*Demonax.* Senex quidam Romanus bene robuſto corpore [...] matus: ſeſe ad palum exercuerat, rogauit Demonactem, num [...] gna vehementia videretur depugnaſſe? Nimirum inquit, [...] ſiis hoſtem ligneum: Innuens, illum in vera pugna fore me[...] ſum. *Eraſ. l. 8. apoph.*

*C. Cæſar* pila ludens cum Cæcilio, acceptis ab eo quinque[...] ſeſtertiis, cum colluſoribus aliis centum dediſſet: Quid, inqui[...] ego vna tantum manu luſi? *Eraſ. l. 3. c. 18.*

*Caligula* alea ludens, plus mendacio atq; etiam periurio [...] batur, & quodam tempore proximo colluſori demandata vice [...] progreſſus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites [...] manos locupletes: ſine mora corripi confiſcariq; iuſſiſſet, ex[...] dus in domum rediit, glorians ſe nunquam proſperiore alea [...] *Eraſ. l. 6. apoph.*

¶ Similitudo.

*Chryſoſtomi.* Idem accidit perinde, ac ſi quis expurgare locum [...] lit, in quem fons ſuperpoſitus cœnum ſuperne demittat. [...] quantacunque purgaueris, rurſum aliud influit: Idem & hic [...] dit. Cum ingreſſus à theatris immunditiam reportantes [...] uerimus, eo rurſus abeuntes maiorem ſuſcipiunt ſordem, &c. [...] *mil. 40.*

# Lucrum.

¶ Definitio et Etymolog.

LVcrum, Græce, κέρδος, εος, τὸ & κερδαίνω, lucror dicitur. A [...] verbo venit Cerdo, nempe quicunq; artes illiberales ex[...] quæſtus gratia, qui Græce κέρκωψ, ωπος, ὁ, hoc eſt, aſtutus, [...] quaſi κερδῶμα dicitur. Cercopa Græci vocant, quem noſtri lucro[...] nem vocant, id eſt, lucrari vndiq; cupientem.

Lucrum

…um, Quæſtus, commodum, compendium, vtilitas. Hebr. … corratio, lucri captatio, auaritia, vbi opes per fas & nefas … a verbo. *Batſahh*, raſit, abraſit, corraſit, & metaphorice, … auaritiæ pecunias corradendo. Vide *Iob.27.8.Pſ.10.3.* & 119. … *Prou.15.27.Ezech.22.12.27.Ier.22.17.* … eximium, *Matth.18.15.1.Cor.9.20 Philip.1.21.* & *3.7.8.Lu-* … *dimoſum,1.Tim.3.8.Tit.1.7.11.1.Petr.5.2.*

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Plautus in Aſinaria,

*Neceſſe eſt facere ſumptum, qui quærit lucrum.*

Heſiodus.

Μὴ κακὰ κερδαίνειν, κακὰ κέρδεα ἶσα ἄτησιν.
*Noli male lucrari, mala lucra æqualia damnis.*
Βίον πορίζου πανταχόθεν, πλὴν ἐκ κακῶν.
*Victum acquire vndiq; præterquam ex malis.*
Βέλτιστον τὸ κέρδος ἐν πᾶσι σκοπεῖν.
*Optimum eſt lucrum non ſpectare in omnibus.*
Ἦθος πονηρὸν φεῦγε καὶ κέρδος κακόν.
*Morem malum fuge & lucrum malum.*
Κέρδος πονηρὸν μὴ λαβεῖν βούλου ποτέ.
*Lucrum malum ne carpere velis.*
Κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει.
*Lucrum malum damnum ſemper fert.*
Τὰ μικρὰ κέρδη μείζονας βλάβας φέρει.
*Paruum lucrum maiora damna fert.*
Τὸ κέρδος ἡγοῦ κέρδος, ἂν δίκαιον ᾖ.
*Lucrum puta lucrum, ſi iuſtum ſit.*
Τὰ δ' αἰσχρὰ κέρδη συμφορὰς ἐργάζεται,
*Turpia autem lucra calamitates pariunt.*

Sophocles in Aiace.

Μὴ χαῖρ' Ἀτρείδη κέρδεσιν τοῖς μὴ καλοῖς.
*Ne gaudeas Atride lucris non honeſtis.*
*Si lucri quid detur, potius rem diuinam deſeram,*

Terent. Adelph.

*Pecuniam in loco negligere maximum interdum eſt lucrum*

Ouid.2.Remed.

*Munera, quæ dederas, habeat ſine lite iubeto:*
*Eſſe ſolent magno damna minora bono.*

Plaut.Capt.

*Non ego omnino lucrum omne eſſe vtile homini exiſtimo.*
*Scio ego multos iam lucrum luculentos homines reddidit.*
*Et etiam vbi profecto damnum præſtat facere, quam lucrū.*
*Odi ego aurum, multa multis ſæpe ſuaſit perperam.*

Iuuenal.14.Satyr.

*Nec credas ponendum aliquid diſcriminis inter*
*Vnguenta, & corium: lucri bonus eſt odor ex re*
*Qualibet.*

Hor.4.Carm.12.

*Verum pone moras, & ſtudium lucri.*
*Nigrorumq; memor dum licet ignium.*

Homer.7. Iliad.

*Parua lucra maiora detrimenta afferunt:*
*Spes mali lucri, initium eſt iacturæ.*

Xenophon.

*Lucrum iuſtitiæ præferunt impij.*

Heſiod.

*Turpia lucra fuge: nam ſunt æqualia damnis,*

Tibull.Eleg.9.lib.2.

*Lucra petens habili tauros adiungit aratro,*
*Et durum terræ ruſticus vrget opus.*
*Lucra petituros freta perque patientia rectis*
*Ducunt inſtabiles ſydera certa rates.*

¶ PHILOSOPHICÆ SENTENTIAE.

Auarus animus nullo ſatiatur lucro. *Sen.epiſt.*

Nullus, niſi ex alterius damno, quæſtus eſt. *Idem de Ira l.2.*

Sordidi putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod ſtatim vendant: Nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. *Cic.1. Off.*

Malo emere, quam rogare.

Emptum cum male eſt, ſemper pœnitet. *Act.6.in Verrem.*

Quid non facit, aut patitur mercator? *Plin.iunior.*

Lucrum turpe, accuſatio naturæ eſt: omnis homo lucri cupidus … *Plat.*

Lucrum eſt indigentiæ auxilium. *Ariſt.Ethic.8.*

Fidelis terra, infidele mare, inſatiabile lucrum eſt. *Demetr.*

Damnum potius, quam turpe lucrum eſt eligendum. *Diogen.*

Niſi lucrum eſſet, nemo improbus eſſet. Non in omnibus lucrum … propónas. *Deiphobus apud Volat.*

Lucrum quodlibet in magnanimo duce non eſt probandum. *Ammi. Marcell l.30.*

Magnam vim in hominum natura cum alia habent multa, tum … eſt lucri cupiditate ad cogendos animos valentius. *Pauſ.li-* 4.

Aduerſorum caſuum aciem & ardorem lucrum obtundit. *Heliodor.lib.2.*

Iudico lucrum eſſe pulcherrimum, quod cum nulla iactura præbentis ditiorem efficit accipientem. *idem,l.5.*

Impudentiam definire licet, famæ neglectum, turpis lucri gratia. *Theophraſtus in charact. Ethicis.*

Iuſtitiæ commutatiuæ, quæ in contractibus & permutatione rerum ſeruat proportionem arithmeticam repugnat turpe lucrum, idque multiplex: vt fraus varia in pactis, vſura propter mutuationis officium ſupra ſortem, exacta rapina, ſacrilegium, contractus iniuſti, explicationis immoderatæ, merces iniqua, ſtipendium iniuſtum, ignauia ſeruorum publicorum & priuatorum, mendicitas improba; Omne denique lucrum iniuſtum, quod male partum, male dilabitur, de quo fertur Heſiodi verſus.

*Non male lucreris; mala lucra æqualia damnis.*

¶ APOPHTHEGMATA.

*Thales* nolebat homines per iniuriam diteſcere, quod lucrum fraude partum, damnum ſit, non lucrum. *Laert.l.1.c.1.*

*Chilon* dicere ſolebat, damnum turpi lucro ſemper præferendum eſſe. Illud enim ſemel dolere, hoc autem ſemper iactura facta ſarciri commode poteſt, addita induſtria; fama autem mala ex lucro inhoneſto profecta, nunquam apud bonos viros diluitur. Et ſic lucrū ſcelere, damnum eſt, non lucrum. *Laert.l.1.c.4.Stob.ſer.2.Ant.par 1.ſer.31.Meliſſæ.*

*Anonymus.* Quoniam ex annonæ caritate quidam diteſcebant aulici, multum & hinc inuidiæ Neroni conflatum eſt: cum itaq; forte accidiſſet, vt in publica fame diceretur Alexandrinam nauim appuliſſe: quidam dixit, illam aduexiſſe puluerem luctatoribus aulicis. Quo dicto ſimul notatum eſt, in Cæſare rerum ſcenicarum ſtudium, & monopolia quorundam per Cæſaris fauorem publico damno lucrantium. *Suet.*

¶ ADAGIA.

Vſuræ nauticæ.

*De lucro turpi & iniuſto: ſæpius dicitur, quod vſuræ nauticæ ſortem ipſam aliquoties æquent, immo etiam ſuperent,*

Tribulis potiora

*Dicebatur, quando quis ex malefactis & iniquitate commodum ingens reportaret.*

¶ SIMILITVDNIES.

*Socratis.* Qui lucrum factis turpibus acquiſitum honeſtis adminiſtrationibus expendentes accommodant, ſimile quiddam faciunt cum illis, qui ſacrilegia in diuinos cultus conuertunt. *Apud Stob. ſer.3.de temperantia: & Anton.Maximus in Meliſſ.part.1.ſerm.35.*

*Seneca.* In labyrintho properantes ipſa implicat velocitas: Sic qui vitæ commodis ſtudent, magis inuoluuntur incommodis. *Apud Eraſmum.*

*Roterodami.* Qui tigridis catulos rapuit, bene ſecum agi putat, ſi vel vnum inſequenti matri auferat impune. Ita qui alienam inuaſit poſſeſſionem, etiamſi cogatur reddere, lucrum tamen facit, ſi vel portionem aliquam retineat. *in Simil.*

*Alutarium* piſcem ſemper ſequitur piſcis nomine Sargus, qui illo cœnum fodiente, excitatum deuorat pabulum: Ita ſunt, qui ſe miſceant alienis negotiis, vt eis laborantibus, fructum ipſi præripiant, *in Simil.*

¶ FABVLA.

Cornix & Canis.

Cum rem diuinam faceret cornix pecude Mineruæ mactata, ad cœnam inuitat canem. Quid tu vero Deam, canis inquit, fruſtra ſollicitas, & ſine cauſa ſumptus facis? Ita enim illa te vehementer odit, vt ex omnibus tui generis animantibus vni tibi fidem augur detraxerit. Ideo igitur cornix, huic, inquit, ſacra fero, vt mecum placata in gratiam redeat.

Docet fabula, eſſe multos, qui lucri ſpe inimicos colere & munerari non dubitent.

*Vide Auaritia, Diuitiæ.*

---

# Lumen. Lux.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

LVmen, Græce φῶς, φωτὸς, τὸ, φωστὴρ, ῆρος, ὁ, luminare dicitur. Eſt autem lumen qualitas inhærens diaphano, ſecundum quam diaphanum eſt actu tranſparens. *ſec. Ariſt.lib.2.de anima.*

Lumen eſt color perſpicui, ſecundum accidens, per aliud, ſcilicet à corpore lucido. *ſec.Ariſt.lib.de ſenſu & ſenſato.*

Luminare dicitur eſſe corpus lucens, & radios emittens, vt ſol, luna, & omnes ſtellæ. Non corpus diaphanum, nec opacum, *ex B.Tho. ſec.ſent.diſt.15.q.1.art.1.*

Eſt lux non corpus, nec eſt euidentia coloris. *ſec. B.Thom. prima parte q.67.art.2.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lux differt à lumine, radio, & ſplendore. *ſecundum eundem. ſec. ſent. diſt.* 13. *q.* 3.

¶ Biblici Loci.

Lumen, *proprie* eſt lux à Deo primo opificii die creata, vel poſtea humano artificio accenſa, tenebras exteriores illuſtrans. Naturale & artificiale lumen frequenter propoſitum occurrit in ſanctis ſcripturis. Vide 1. *cap. Gen. Eſai.* 13.10. *Ier.* 31.35. *Ezech.* 32.7. *Matth.* 10.27. & 24.29. *Luc.* 8.16. *Act.* 16.29. *Epheſ.* 5.13. *Apoc.* 21.5.

Lumen *figurate* dicitur *Oculus* & videndi facultas: *Iudic.* 16.28. *Pſ.* 38.11. Lux cœleſtis, *Act.* 12.7. & 22.9.11. & 26.13. *Apoc.* 21.11. Chriſtus redemptor, nobis via ad felicitatem, veritas ad ſalutem, vita ad gloriam æternam, *Eſai.* 6.1.3. *Luc.* 1.32. *Ioan* 1.8. & 12.13. *Apoc.* 15.24. Deus Iſraelitas illuminans & ſanctificans, *Eſai.* 10.17. Doctor veritatis, *Ro.* 2.19. Lætus rerum ſucceſſus, ex Dei benignitate fluens: pax & proſperitas glorioſa, *Iob.* 22.28. & 25.3. & 29.3. *Pſ.* 4.7. & 36.10. & 89.16. & 1.2.4. *Eſai.* 58.8.

Lumen, lux ſpiritualis, ſeu cognitio veritatis in verbo Dei patefactæ, *Pſalm* 110.104. *Eſai.* 2.5. & 50.10. *Ioan.* 8.12. *Act.* 26.13. 1. *Petr.* 2.9.1. *Ioan.* 2.8.10. Lux naturalis in conſcientia, *Iob.* 24.13. Intelligentia ſeu ſapientia carnis quam animalis homo veritati diuinæ opponit. *Eſai.* 50.1. Mentis iudicium, ratio, *Matth.* 6.23. *Luc.* 11.5. Regnum cæleſte, in quo lux gratiæ, gloriæ & vitæ beatæ, *Coloſſ.* 1.12. Spes liberationis, *Amos,* 8.9. Vita humana, pace quadam externa gaudens, *Prou.* 20.21. *Ier.* 25.16. Dona ſpiritualia nobis collata, *Iac.* 1.17.

Lux Hebr. *Or,* & *Orah,* lumen, luminare: in plurali *Oroth,* luminaria. *Vrim* dicti ſunt duodecim lapides precioſi in pectorali ſummi ſacerdotis ſub lege fulgentes & lucentes ſicut flamma ignis. etiam nominatur focus in quo lucet & fouetur ignis, aut flamma. Inde Lat. Vro, Lux enim illuminat, calefacit & vrit. Plura de Luce & lumine ſuppeditat ſtudioſo lectori Etymologicon trilingue Lugduni editum, *pag.* 441. & 441.

Lux pro doctrina Euangelii, *Act.* 26.23. pro Filio Dei, *Ioa.* 1.8. pro lucis ipſius creatore, *verſ.* 5. pro vi illa rationis & intelligentiæ in hominum animis accenſa, *v.* 4. pro cognitione gloriæ Dei, 2. *Cor.* 4.6. pro cœleſti gloria, & ſpirituali Angelorum intelligentia, 2. *Cor.* 6.14. pro vitæ ſanctimonia, *Matth.* 5.16. Lux eſt Chriſtus, *Eſai.* 9.2. & 42.6. & 49.6. & 60. *v.* 1.19. *Ioan.* 1.5.8.12. & 9.5. & 12. *v.* 35.46.1. *Ioan.* 5. & 2.8. Lux ſunt & Chriſtiani, *Prouerb.* 4.18. *Matth.* 5.15. *Rom.* 8.19. *Epheſ.* 5.8. *Philipp.* 2.15. idque quibus de cauſis. Lux ſunt gentes poſt Chriſtum cognitum, *Epheſ.* 5.8. in luce incedere, 1. *Ioan.* 1.7. dicuntur fideles, quatenus ipſis radii illius lucis, quæ ibidem eſſe, & in qua dicitur Deus, ad æternam beatitudinem contendentibus prælucent: Lucis opera omnis bonitas, *Epheſ.* 5.9. ſocietatem cum illa habere, 1. *Ioan.* 1.7.

Lumen eſt Euangelium. *Act.* 16. *v.* 18.23. Lumen pro præſtanti & eximio bono, *Iac.* 1.17.

Luminaria, Sol, Luna & ſtellæ creantur. *Gen.* 1.14. Luna creatur, *Gen.* 1.16. Lunam adorantes occidebantur, *Deut.* 3.5. Luna coram Deo ſplendida non eſt. *Iob.* 25.5.

Lunæ officium. *Geneſ.* 16. *Pſalm.* 103.20. Lunæ & aliis ſtellis ſacrificat populus, I*erem.* 44.18. Lunæ gloria alia quam Solis, 1. *Cor.* 15.14.

¶ Sententiae Biblicae.

*Lux Deus in ſe incomprehenſibilis.*

In manibus abſcondit lucem, & præcepit ei, vt rurſus adueniat. Annunciat de ea amico ſuo, quod poſſeſſio eius ſit, & ad eam poſſit aſcendere. *Iob.* 36.

Amictus lumine ſicut veſtimento. *Pſal.* 103.

Ego ſum lux mundi. *Ioan.* 8.

Lucem habitat inacceſſibilem, quam nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium in ſempiternum, 1. *Timoth.* 6.

Quoniam Deus lux eſt, & tenebræ in eo non ſunt vllæ, 1. I*oannis* 1.

*Lux gratiæ illuminat intellectum.*

Multi dicunt, quis oſtendit nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui. *Pſal.* 4.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt. 88.

Exortum eſt in tenebris lumen rectis, 111.

Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lumen magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. *Eſa.* 9.

Dedit te in lucem gentium: vt ſis ſalus mea. 49.

Quis ambulauit in tenebris, & non eſt lumen ei? ſperet in nomine Domini, & nitatur ſuper Deum ſuum, 50.

Surge illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. 60.

Surgam, cum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. *Micheæ* 7.

Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam. *Matth.* 4.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem [in] hunc mundum. *Ioan.* 1.

Surge, qui dormis & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. *Epheſ.* 5.

*Inflammat affectum.*

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. *Pſ.* 42.

Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. 96.

Domus Iacob venire, & ambulemus in lumine Dei noſtri. [E]*ſaiæ* 2.

Et ambulabunt gentes in lumine tuo. 60.

Quamdiu ſum in mundo, lux ſum mundi. *Ioan.* 9.

Ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ compre[hen]dant. Et qui ambulat in tenebris neſcit quo vadit. Dum lucem [ha]betis, credite in lucem, vt filii lucis ſitis 12.

Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino [vt] filii lucis ambulate. Fructus enim lucis eſt in omni bonitate & [iuſti]tia. *Epheſ.* 5.

Vos autem fratres non eſt in tenebris, vt vos illa tanquam [fur] comprehendat. Omnes enim vos filii lucis eſtis, & filii diei. Non [ſu]mus noctis neque tenebrarum. Igitur non dormiamus ſicut cæ[teri] ſed ſobrii ſimus & vigilemus. 1. *Theſſ.* 5.

Si dixerimus, quoniam ſocietatem habemus cum eo, & in tene[bris] ambulamus, mentimur & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, ſicut ipſe eſt in luce, ſocietatem habemus ad in[vi]cem. 1. I*oan.* 1.

Iterum mandatum nouum ſcribo vobis, quia verum eſt, & in i[p]ſo, & in vobis: quia tenebræ tranſierunt, & verum lumen iam lu[cet]. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in tenebris eſt adhuc. Qui diligit fratrem ſuum, in lumine manet, & ſcandalum in eo non eſt. 1. *Ioan.* 2.

*Lux gratiæ malis eſt odibilis.*

Ipſi fuerunt rebelles lumini, neſcierunt vias eius. *Iob.* 24.

Auferetur ab impiis lux ſua. 38.

Hoc eſt autem iudicium, quia lux venit in mundum: & dilexe[runt] homines magis tenebras, quam lucem: Omnis enim, qui male agit, odit lucem: & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. I*oan.* 3.

*Lux naturalis iucunda.*

Et ait Tobias: Quale gaudium mihi eſt, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video? *Tob.* 5.

Lux oculorum lætificat animam. *Prou.* 15.

Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem. *Eccleſiaſtici* 11.

Ego Dominus, & non alter, formans lucem, & creans tene[bras], pacem, & creans malum, *Eſa.* 45.

*Lux exemplaris.*

Lux oculorum exhilarat cor. *Prou.* 15.

Vos eſtis lux mundi. Sic luceat lux veſtra coram hominibus, [vt] videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem, qui in cœlis eſt. *Matth.* 5.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifeſtentur opera eius, quia in Deo ſunt facta. *Ioan.* 3.

Ille erat lucerna ardens & lucens 5.

¶ Sententiae Philosophicae.

Lumen ex ipſo bono eſt, & bonitatis imago. Ideo ipſum bonum luminis cognomento laudatur, tanquam imagine quadam exemplar expreſſum. *Dionyſius Areopagita de diuin. nomin.*

Lumen eſt actus quidam lucidi corporis ad extrema procedens, & ipſum lumen talibus corporibus inſitum, quæ primo talia ſunt, eſt eſſentia ſecundum ſpeciem corporis primo luci[di]. *ibidem.*

Lumen vbicunque ſit, eſt actus diaphani, in corpore luminoſo, eſt actus tanquam forma, & qualitas eius propria, in diaphano non luminoſo naturaliter lumen intromittitur, non tanquam huius forma, vel paſſio vera, ſed quaſi paſſio. *Priſ. in Tim. capite* 18.

Lumen non eſt corpus, cum repente totum impleat orbem, ſine vlla offenſione, aeris & aquæ corpus penetret. & ſordibus immixtum non inficiatur, quæ corporum naturæ non conueniunt. *Plato.*

Lumen eſt actus, perfectio rei perlucidæ, quæ ex parte perlucida eſt. Lumen quaſi color eſt naturæ translucidæ. *Libro* 7. *de anima. c. T.* 69.

Natura, quæ re ipſa perlucidum aliquid reddit, lumen eſt. *ibidem T.* 73.

Lumen & tenebræ ſic inter ſe affecta ſunt, vt contraria eſſe videantur, *ibidem* 70.

Abſque lumine nihil cernere oculis licet. *Lib.* 3. *de anim. capit.* 4. *T.* 62.

Luminis quidem natura in non definita ac terminata re, quæ perlucida ſit, cohæret. *Lib. de ſenſ. cap.* 3.

Luxuria

# Luxuria. Luxur.

## ❡ DEFINITIO. ET ETYMOL.

LVXVRIA. Græce ἀσωτία, ας, ἡ, & ἀσώτως, luxurioſe, & ἄσωτος, ου, luxurioſus. Heb. Luxuria & Luxus iiſdem vocibus deſignantur. 1. Serach, exceſſus, Exod.26.12. à verbo Sarach, extenſus eſt in latitudinem, ſuperabundauit in latum, exceſſit, redundauit. Vt auaritia in defectu, ita luxus in exceſſu rerum peccat. 2. *Haghab*, amor inordinatus & inſanus, qualis eſt luxurioſorum & luxui addictorum, à verbo *Haghab*, flagrauit amore inſano. 3. *Taznuth*, fortaſſe à verbo *Zanah*, ſcortatus eſt, epulatus eſt, cœnauit laute: nam ſine cerere & Baccho friget Venus. Luxurioſus ab Hebræis *Zoneh*, id eſt, Scortator ac comeſſator nominatur.

Luxus & Luxuria damnantur à lege Dei, *Exod.*20.14. *Matth.*5.27. *Marc.*7.21.22. *Rom.*13.13. 2. *Cor.*12.21. *Gal.*5.18.19. *Epheſ.*4.19. & 5.18. 1. *Pet.*4.3. 2. *Pet.*2.7.18.

Eſt autem luxuria ſolutio in voluptates. *ſec. Iſid. l. Etym.*

Luxuria eſt concupiſcentia experiendæ voluptatis, vel concubitus deſiderium ſupramodum vel contra rationem afferens. *ſecun. Hugonem lib. de. Sacramentis.*

Luxuria eſt appetitus inordinatus venereorum *ſecun. B. Thom. ſecunda* Sec. *q.*153. & *in q. de malo q.*15.

Luxuria, ſiue luxuries, ſiue luxus eſt immoderata appetitio cuiuscunque rei gratæ, rationi non obtemperans. Capiturque pro immoderata profuſione Cicero: *Intelligimus, quam ſit turpe deſluere luxuria, delicate ac molliter viuere.* Sumitur etiam pro nimia rei abundantia. Vnde luxuria quoque modo profundere, modo nimium abundare ſignificat. Virg.

*Luxuriem ſegetum tenera depaſcit in herba.*

Reperitur etiam luxurior, luxuriaris, & luxor, luxaris in eadem ſignificatione. Dicuntur autem hæc à luxo, quod ſignificat ſoluo, à quo etiam luxa, & luxata membra dicuntur ſoluta, & ſuis locis mota. Item luxuriari, quorum membra ſuis locis mota ſunt. *Altea radix decocta luxatis prodeſt.*

Luxus, q. d. laxus, quod luxu perditi frenos voluptatibus laxent, & genio nimium indulgeant,

Luxuria principaliter eſt circa voluptates venereas: Secundario autem dicit exceſſum in aliis. *B. Thom. ſecund. Secund. quæſtio.*153. *artic.*1.

Luxuria, luxus, luxuries, eſt laſciuia, petulantia, voluptatum deliciarumque immodicus vſus, nimiaque non modo in rem veneream, verum etiam in molliorem veſtitum lautioresque epulas profuſio.

## ❡ DIVISIO.

Luxuria peccatum:
- *Mortale eſt, quandocunque eſt cum deliberatione.*
- *Veniale, quando non adeſt conſenſus rationis.*
- *Generale, quia habet ſpecies, quæ ſunt:*
  - *Fornicatio.*
  - *Stuprum.*
  - *Adulterium.*
  - *Raptus.*
  - *Inceſtus.*
  - *Sacrilegium.*
  - *Vitium cõtra naturam eſt: a quo impoſſibilis eſt generatio prolis, & fit quatuor modis. ſecunda Sec. qu.* 154. *art.*1.5.
    - *Si procuratur pollutio venerea delectationis cauſa, abſque concubitu, & dicitur Mollicies.*
    - *Si fiat cum illicito concubitu ad rem non eiusdem ſpeciei, & dicitur Beſtialitas.*
    - *Si fiat per concubitum & indebitum ſexum, & dicitur Sodomia.*
    - *Si non ſeruetur naturalis modus concumbendi, aut quantum ad inſtrumentum inconueniens, aut quantum ad alios beſtiales & monſtroſos concumbendi modos: & eſt innominatum.*
  - *Impudicitia, quæ pertinet ad actus circumſtantes actum Venereum, ſicut oſcula, tactus, & alia huiusmodi.*
- *Capitale: quia ſecundum B. Greg.* 3. *moralium. inde oriuntur octo vitia, quæ ex luxuria.*
  - *Rationis actus 4. deordinantur, ſcilicet.*
    - *Simplex intelligentia apprehendens aliquem finem, vel bonum, quæ maxime per luxuriam deordinatur, & hæc dicitur Cæcitas mentis.*
    - *Conſilium, quod eſt inquiſitio eorum, quæ ſunt ad finem. Cuius deordinatio dicitur* Præcipitatio.
    - *Iudicium de agendis, quod eſt quædam determinatio iuſti, eorum quæ ſunt ad finem: & hæc deordinatio dicitur Inconſideratio.*
    - *Præceptum de agendis, quod eſt quædam velox executio eorum, quæ præconſiliamus, vel præiudicamus: & dicitur Inconſtantia.*
  - *Voluntatis actus, quantum ad*
    - *Appetitum finis. Cuius deordinationem ſequitur*
      - *Amor ſui inordinatus, quando aliquis inordinate appetit delectabilia carnis.*
      - *Odium Dei, quoniam licet in ſe conſideratum nemo valeat odiſſe, poteſt tamen, in quantum prohibet, & punit delectabilia carnis.*
    - *Appetitum eorum, quæ ſunt ad finem, ſequitur*
      - *Affectus præſentis ſæculi, in quantum ſcilicet aliquis vult frui voluptate.*
      - *Horror futuri ſæculi, & hæc ſequitur ex priori.*

## ❡ PATRVM SENTENTIAE.

Luxuria non eſt vitium, corporum pulchrorum vel ſuauium, ſed animæ peruerſæ amantis corporeas voluptates, neglecta temperantia qua aptamur ſpiritualibus. *Aug.*12. *de ciuitate Dei.*

Certe non in voluptate tua modo aquæ luxuria dilatas, cum te quis ſequatur ignoras? Acceptum tempus impuris deſideriis perdere non debes, quia quam citius pertranseat, neſcis. *De conflictu vitiorum.*

Quanti & quales Epiſcopi, & Clerici poſt Confeſſionum & victoriarum calcata certamina, poſt magnalia & ſigna mirabilia vsquequaque monſtrata, noſcuntur cum his omnibus naufragaſſe, quum volunt in naui fragili nauigare. Quantos leones domuit vna infirmitas delicata, id eſt, luxuria, quæ cum vilis & miſera, de magnis efficit prædam. *De ſingularit. cleric.*

Commiſtio ſororum & fratrum, quanto ſit antiquior compellente neceſſitate, tanto poſtea facta eſt damnabilior religione prohibente. *lib.*15. *de Ciuit. Dei.*

Sicut iniquum eſt auiditate poſſidendi transgredi limitem agrorum ita & iniquum eſt libidine concumbendi ſubuertere limitem morum. *ibid.*

Luxuria eſt inimica Deo, inimica virtutibus, perdit omnem ſubſtantiam, & ad præſens voluptatem deliniens, futuram non ſinit cogitare paupertatem. *de doctrina Chriſti.*

Sæuus criminum ſtimulus libido eſt, quæ nunquã manere quietè patitur affectũ. Nocte feruet, die anhelat. *Amb. de Abel. & Cain.*

Ex voluntate peruerſa facta eſt libido: & dum ſeruitur libidini, facta eſt conſuetudo: & dum conſuetudini non reſiſtitur, facta eſt neceſſitas. *Aug. lib. confeſſionum.*

Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt, & ferreas mentes libido domat, quæ maiorem in virginibus patitur famem, dum dulcius putant omne quod neſciunt. *Hier. matri & filiæ.*

O quam acerbus fructus luxuriæ, amarior felle, crudelior gladio. *idem in epiſt.*

Libido transacta ſemper ſui relinquit pœnitudinem, & nunquã ſatiatur, & extincta reaccenditur, vſu creſcit & deficit, nec rationi patet, quæ impetu ducitur. *ibid.*

O ignis infernalis luxuria! cuius materia gula, cuius flamma ſuperbia, cuius ſcintillæ parua colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis immunditia, cuius finis gehenna. *ibid.*

Quælibet alia fient bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immenſitate huius criminis obruuntur. *Greg. in mor.*

Malum luxuriæ & cogitatione perpetratur, aut opere: callidus enim aduerſarius noſter, quum ab effectu operis expellitur, ſecreta cogitatione polluere nititur. *ibidem.*

Ex quo luxuria ſemel mentem alicuius occupauerit, vix eum bona cogitare permittit. Sunt enim deſideria viſcoſa, quia ex ſuggeſtione oritur cogitatio, ex cogitatione affectio, ex affectione delectatio ex delectatione conſenſus, ex conſenſu operatio, ex operatione conſuetudo, ex conſuetudine deſperatio, ex deſperatione peccati defenſio, ex defenſione gloratio, ex gloriatione damnatio. *ibid.*

Alia eſt carnis luxuria, qua caſtitate corrumpimur: alia cordis, qua de caſtitate gloriamur. *Bern. in ſerm.*

Luxuriæ currus quadriga voluitur vitiorum, ingluuie ventris, libidine coitus, mollitie veſtium, otii ſoporiſque reſolutione: trahitur equis æque duobus, proſperitate vitæ, & rerum abundantia: & qui his præſident duo, ignauiæ torpor, & infida ſecuritas. *ſup. Can.*

Vitium libidinis facile ex otio naſcitur: nam definitio amoris hæc eſt. Animæ vacantis paſſio. *Chryſoſt. ſuper Matth.*

Tamdiu ſpiritu fornicationis animum neceſſe eſt impugnari, donec ſe bellum gerere ſuper vires agnoſcat. Nec labore, vel ſtudio proprio victoriam obtinere ſe poſſe, niſi Dei fuerit auxilio ac protectione ſuffulta. *Caſſ. ex collatione Abbatis Moyſi.*

Breuis eſt voluptas fornicationis, ſed perpetua pœna fornicationis. *Beda de templo. Sal Hugo.*

Luxuria eſt immoderata carnis petulantia, dulce venenum, importuna lues, pernitioſa potio, quæ humanum corpus debilitat, & virilis animi robur eneruat *ibid.*

Venus eſt illecebroſa voluptas, adulterina iucunditas, quæ mel habet in ore, fel in corde, aculeum in dorſo. *ibid.*

O extrema libidinis turpitudo! quæ non ſolum mentem effœminat, ſed corpus eneruat, non ſolum maculat animam, ſed fœdat perſonam. Omne namque peccatum, quodcunque fecerit homo extra corpus ſuum eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. Semper illam præcedunt ardor & petulantia, ſemper comitatur fœtor & immundities, ſemper ſequitur dolor & pœnitentia. *ibid.*

Quis eius multiplices ſpecies enumerare valeat? hæc enim Pentapolim cum adiacenti regione ſubuertit: Sichem cum populo interemit: hæc filios Iudæ percuſſit: Iudæum & Madianitidem pugione transfodit: tribum Beniamin pro vxore Leuitæ deleuit: filios Heli ſacerdotis in bello proſtrauit, hæc Vriam occidit: Ammon interfecit: plurimos lapidauit: hæc Ruben maledixit: Samſonem ſeduxit? Salomonem peruertit. Verum eſt ergo, quod legitur: Propter ſpeciem mulieris multi perierunt. *ibidem.*

## ¶ Poeticæ Sententiæ.

Ouid. lib. 2. de remedio amoris.

*Nec minus erucas aptum eſt vitare ſalaces,*
*Et quicquid Veneri corpora noſtra parat.*
*Vtilius ſumas acuentis lumina rutas,*
*Quam quicquid Veneri corpora noſtra parat.*

Idem epiſt. Briſeidis ad Achillem.

*Eſt aliquid ſolitis collum tetigiſſe lacertis:*
*Præſentiſq; oculos admonuiſſe ſinu.*

Propert. lib. 3. Eleg. 11.

*Certa quidam tantis cauſa eſt manifeſta ruinis,*
*Luxuriæ nimium libera facta via eſt.*

Martial. lib. 9. in Ponticum.

*Pontice quod nunquam fatuis, ſed pellicea aua*
*Vteris & Veneri ſeruit amica manus:*
*Hoc nihil eſſe putas? ſcelus eſt (mihi crede) ſed ingens*
*Quantum vix animo concipis ipſe tuo.*
*Nempe ſemel fatuit, generaret Horatius vt tres:*
*Mars ſemel vt geminos Ilia caſta daret.*
*Omnia perdiderat ſi mas turbatus vterq;*
*Mandiſſet manibus gaudia fœda ſuis.*
*Ipſam crede tibi naturam dicere rerum.*
*Iſtud quod digitis, Pontice perdis, homo eſt.*

Lucan. 4. Pharſal.

*O predigia rerum*
*Luxuries nunquam paruo contenta paratis.*
*Et quæſitorum terra pelagoq; ciborum.*
*Ambitioſa fames, & lautæ gloria menſæ,*
*Diſcite quam paruo liceat producere vitam.*

Seneca tragœd. 9.

*Totum per orbem maximum eſt exortum malum;*
*Luxuria peſtis blanda.*

Claud. 2. Stil.

*Nec te iucunda fronte feſellit*
*Luxuries prædulce malum, quæ dedita ſemper*
*Corpora arbitrijs, hebetat caligine ſenſus,*
*Membraq; Circæis effœminat acrius herbis,*
*Blanda quidem vultu, ſed qua non tetrior vlla*
*Interitus fucata genas, & amicta doloſis*
*Illecebris toruos auro circumligat hydros.*
*Illa voluptatum multos intexuit hamis.*

Sen. Oct. act. 2.

*Totum per orbem maximum exortum eſt malum,*
*Luxuria peſtis blanda: cui dedit vires,*
*Roburq; longum tempus atq; error grauis.*

Iuuenal. 6.

*Nil non permittit mulier ſibi, turpe putat nil,*
*Cum virides gemmas collo circumdedit, & cum*
*Auribus extenſis magnos committit elenchos.*

Lucan. 1.

*Namq; vt opes nimias mundo fortuna ſubacto*
*Intulit, & rebus mores ceſſare ſecundis,*
*Prædaq; & hoſtiles luxum ſuaſere rapinæ:*
*Non auro, tectiſve modus, menſaſq; priores*
*Adſpernata fames cultus geſtare decoros,*
*Vix nuribus rapuere mares: ſecunda virorum*
*Paupertas fugitur, totoq; arceſſitur orbe,*
*Quo gens quoq; perit.*

Sen. Hipp. act. 1.

*Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis,*
*Fluitq; luxu, ſemper inſolita appetens,*
*Hunc illa magnæ dura fortunæ comes*
*Subit libido: non placent ſueta dapes,*
*Non tecta ſani moris, aut vilis cibus;*
*Cur in penates rarius tenues ſubit*
*Hæc delicatas eligent peſtis domos?*
*Cur ſancta paruis habitat in tectis Venus,*
*Mediumq; ſanos vulgus affectus tenet,*
*Et ſe coercent modica? contra diuites,*
*Regnoq; fulti, plura quam fas eſt, petunt?*
*Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimium poteſt.*

Silius 15.

*Inde aſpice late*
*Florentes quondam luxus quas verterit vrbes,*
*Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hoſtes,*
*Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.*

Claud 3. Stil.

*Nam cætera regna*
*Luxuries vitij, odijsq; ſuperbia vertit.*
*Sic male ſublimes fregit Spartanus Athenas,*
*Atq; item Thebis cecidit, ſic Medus ademit*
*Aſſyrio, Medoquo tulit moderamina Perſes,*
*Subiecit Perſen Macedo, ceſſurus & ipſe*
*Romanis, hæc augurijs firmata Sibylla.*

Idem 3. de rapt. Proſerp.

*Sed quod diſſuaſor honeſti*
*Luxus, & humanas oblimat copia mentes,*
*Prouocet vt ſegnes animos.*

Ouid. 1. Pont. 11.

*Nec vires adimit Veneris damnoſa voluptas,*
*Non ſolet in mæſtos illa venire toros.*

Perſius 5.

*Hic campo indulget, hunc alea decoquit: ille*
*In Venerem putris, ſed cum lapidoſa chiragra*
*Fregerit articulos veteris ramalia fagi.*
*Tunc craſſos tranſiſſe dies, lucemq; paluſtrem,*
*Et ſibi iam ſeri vitam ingemuere relictam.*

Ouid. 1. amor. 9.

*Quæ bello eſt habilis, Veneri Luoque conuenit ætas*
*Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor.*

Sen. Hipp.

*O tetrum genus!*
*Non vlla vinctum lege melioris ſoli.*
*Feræ quoq; ipſa Veneris euitent nefas,*
*Generiſq; leges inſcius ſeruat pudor.*

Ouid. 1. Metamorph.

*Nec vaccam vaccæ, nec equas amor vrit equarum,*
*Vrit oues aries, ſequitur ſua fœmina taurum,*
*Sic & aues coeunt, interq; animalia cuncta.*
*Fœmina fœmineo correpta cupidine nulla eſt.*

## ¶ Philoſophicæ Sententiæ.

De Luxuria. Dial. cx.

*Franciſci Petrarchæ.*

Dol.

Æſtu quatior libidinum. R. Atqui libidinem torpor gignit [...] autem illam parit. Quid miri igitur, filiam poſt parentes ſequi [...] lam certe & luxuriam, communes vobis eſſe cum beluis, maxime [...] beſtialem vitam veſtram facere, ſapientibus viſum eſt. Itaque cum [...] ſint alia grauiora mala; nullum vilius. D. Libidini rapior. R. Quo [...] vero, niſi ad mortem animæ, & corporis, & infamem notam, [...] que pœnitentiam, & fortaſſe inutilem. I. nunc igitur, & raptantem [...] ſequere, quæ te tales raptet ad exitus. Cogita autem innumerabiles [...] caſus miſerabiles ac famoſos, non modo ſingularium hominum, ſed vrbium, & regnorum, qui tibi partim viſu, partim auditu & ma- [...] xime lectione debent eſſe notiſſimi, raptanti nequaquam, [...] tror, manum dabis. Audi enim, quid hinc doctiſſimi viri ſenſerint ac ſcripſerint. Voluptates, ait Cicero, blandiſſimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent. In hoc, inquit Seneca, nos [...] plectuntur, vt ſtrangulent, non aliter ergo quam latrunculi [...] bus inſidiantes, eoſque ſeducentes, ac perimentes declinandæ [...] In quod valde proderit, ſi illud præclariſſime apud Liuium à Scipione Africano dictum Maſiniſſæ dictum, ſibi quiſquis hæc peſte [...] borabit, accipiat. Vince, inquit, animum. Caue deformes, multa [...] na vno vitio, & tot meritorum gratiam maiore culpa, quam cauſa culpæ eſt, corrumpas. Idque facilius fiet, ſi quis acriter rei vilitatem, obſcœnitatem, breuitatem, finem cogitet, ac longum dedecus [...] ræq; fugacis, forſitan, aut momenti vnius illecebras multorum pœ- nitentia, vel æterno fortaſſe ſupplicio puniendas.

Meretrix nonaria eſt inferni ianua, via iniquitatis, ſcorpionis per- cuſſio, viſcarium ſcelerum, puteus interitus. *Boetius de ſcholaſtica diſciplina.*

Demoſthenes ſtomachum Laidis nobiliſſimæ meretricis [...]

…ſuppalpitans, & quæritans. Hoc quantum, illa dicente, Mille … reſpondit, Ego pœnitere tanti non emo. *Laert. de vita & … philoſ.*

… etiamſi conſiderare velimus, quæ ſit in natura hominis ex… & dignitas, intelligemus, quam ſit turpe diffluere luxuria, … ac molliter viuere, quamque honeſtum parce, continen… ſobrie. *Cic. lib. 1. de Offic.*

… vero, cum omni ætati ſit turpis, tum maxime ſenibus … eſt. *ibid. lib. 2.*

… eſt maleficium, ſtuprare ingenuam, quam ſacrum legere, … alterum propter egeſtatem, alterum propter intemperatam … fiat. *Idem Rhet. nouor. lib. 2.*

… intemperansque adoleſcentia effœtum corpus tradit … *idem in lib. de Senectute.*

… triumphales, victores gentium, luxuria vicit. *Macrobius … lib. 3.*

… quæ aliquando ceſſiſſe videtur, deinde frugalitatem … ſollicitat, atq; in media parſimonia voluptates non dam… felicitas petit: & quidem eo vehementius, quo occultius. … 55.

… alicui magnum animum irá producere, videatur & lu… operi ſuſtineri vult, purpura veſtiri, auro tegi, terras trāſ… concludere, flumina præcipitare, nemora ſuſpendere? … *Ira, lib. 1. c. vlt.*

Nulla res magis iracundiam alit, quam luxuria intemperans & … *idem, l. 2. c. 26.*

… luxuria, & impotentia Scænam deſiderant. Sanabis ita … *idem epiſt. 94.*

… exiſtimas noſtri ſeculi eſſe vitium luxuriam, & negligen… boni moris, & alia quæ obiicit ſuis quisque temporibus. Ho… ſunt iſta, non temporum. *idem, epiſt. 97.*

Conuiuiorum, cum & veſtium luxuria ægræ ciuitatis indicium. … *epiſt. 144.*

Licet in vim vnguentoque luxurioſi tenebras ſuas exigant, licet … in multa quidem fercula diſtinctis totum peruerſæ vigi… tempus diducant, non conuiuantur, ſed iuſta ſibi faciunt. *idem …*

Vomunt, vt edant, edunt vt vomant. Epulas, quas toto orbe con… nec concoquere dignantur. Iſta ſi quis requirit, quid illi paupertas nocet? Si quis concupiſcit, illi paupertas etiam prodeſt. … *conſolat. ad Heluiam.*

Ferum iam potente luxuria, ſpecula totis paria corporibus auro … callata ſunt, denique gemmis adornata: & pluris vnum … fœminæ conſtitit, quam antiquarum dos fuit illa, quæ pu… dabatur imperatorum pauperum filiabus. *Id. Natural. quæſt. …*

Nihil poteſt ingenioſæ luxuriæ placere niſi earum. *libro quarto …*

Quum mollitiem ſuorum poſt adeptas tot victorias Alexander … aduerteret, mirari ſe aiebat, quod tot tantisq; certaminibus … non meminiſſent ſuauius dormire eos qui alios defati… quam qui defatigati eſſent, neq; ex comparatione ſuæ cum … vitæ ratione perſpicerent, nihil magis ſeruile quam luxu… *Plut. in Alexandro.*

Diuerſis duobus vitiis, auaritia & luxuria ciuitas laborat: quæ … omnia magna imperia euerterunt. *Liuius, Decad. 4. libro …*

Luxuria non nota tolerabilior eſt, quam erit, legum vinculis, ſic… fera beſtia, irritata, deinde emiſſa. *idem, ibid.*

Inſtrumenta luxuriæ tympana & crepundia. *Iuſtin. hiſt. lib. 30.*

Blandum malum luxuria, quam accuſare aliquanto facilius eſt, quam vitare. *Val. Max. l. 9. c. 1.*

Luxuria & libidine nihil fœdius, nihil damnoſius: his virtus atte… victoriæ langueſcunt, ſopita gloria in infamiam conuerti… animique pariter & corporis vires expugnantur. Adeo vt ne… ab hoſtibusne, an ab illis capi pernicioſius habendum ſit. *idem, ibid.*

Qui ventri & fœdiſſimis voluptatibus indulgentes propterea patrimonium abſumpſerunt, dedecus & detrimentum Reipub. ſunt … æſtimandi, & Reſpub. magnum factura eſt quæſtum, ſi ipſi vltro … vrbe excedant. *Dionyſ. Halic. lib. 5.*

In luxu mulieres inſipientes, vitæ beatitatem, honeſtatis ignora… … ponunt. *Plut. in Agide.*

Natura in primis docet neceſſaria: quæ ſi non deſint, ſed benigni… fortunæ ſuperſint, tum naturæ prouidentia veluti per æmula… tionem rurſus excitatur ad ea diligenda, quæ ſenſibus magis blan… diuntur. Quorum vbi ſatietas cœperit, ad ſuperuacanea deflectit, … ambages atque illecebres varietatem & compoſitiones multi… plices Machinatur, & præſtigias quasdam arcanæ voluptatis conſe… ctatur, ne luxuriæ continuatio grauis & moleſta fiat. *Nicephor. Gre… hiſt. lib. 2.*

Cum apud cæteras gentes cunctis mulieribus argentea multa … inferret delicta redimendi, Zaleucus Locrenſium legislator argu… … quadam pœnæ penſione earum compreſſit intemperan… tiam. Quibus ſic licentiam præſcripſit: Mulierem liberam vna non … pediſſequa comitari debere, niſi cum temulenta fuiſſet, nec vrbem noctu egredi, niſi cum mœchos adire pararet: neque aureis componi ornamentis, neque contextis indumentis arteq; laboratis venuſtari, niſi cum ſcortari atq; amatorem moliri ſtuduerit: neque, viros annulis aureis ſplendeſcere, neq; Iſomelia veſte contegi, niſi cum lenocinari, aut adulteria committere niterentur. Ita facillimo pœnæ genere, vituperio ſcilicet probri, perniciem deliciarum omnem atq; intemperantiæ labem coercuit: excluſitque licentiæ procacitatem, maxima impudentiæ irritamenta. Nemo enim tam perditæ libidinis inueniri poterat, qui domeſtica atteſtatione & proprio ſuæ turpitudinis teſtimonio, vellet ſe perpetua inter ciues probro ludibriove damnare. *Diodor. Sicul. hiſt. lib. 12.*

Minime mirum eſt nec Oppiam, nec aliam vllam inter veteres legem deſideratam eſſe, quæ modum ſumptibus mulierum faceret, cum aurum & purpuram data & oblata vltro non accipiebant. Si nunc cum illis donis Cyneas vrbem circumiret, ſtantes in publico inueniſſet quæ acciperent. Atque ego (inquit Cato cenſorius) nonnullarum cupiditatum ne cauſam quidem aut rationem inire poſſum. nam vt quod alii liceat, tibi non licere, aliquid fortaſſe naturalis aut pudoris aut indignationis habeat: ſic æquato omnium cultu, quid vnaquæque veſtrum veretur ne in ſe conſpiciatur? Peſſimus quidem pudor eſt vel parſimoniæ vel paupertatis, ſed vtrunq; lex vobis demit, cum id quod habere licet, non habetis. *Liu. Decad. 4. lib. 4.*

Simul lex modum ſumptibus vxoris tuę facere deſtiterit, tu nunquam facies. *idem, ibid.*

Blandum eſt malum luxuria, quam accuſare aliquanto facilius eſt, quam vitare. *Val. Max. l. 9. tit. de Luxuria.*

At Campana Luxuria perquam vtilis ciuitati noſtræ fuit. Inuictum enim armis Annibalem illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tribuit. *idem, de Annibale.*

Blandum malum luxuria, quod accuſare aliquanto facilius eſt quam vitare. Quæ inuictum Annibalem armis illecebris ſuis complexa, vincendum Romano militi tradidit, illa ducem vigilantiſſimum, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, vnguentorum fragrantia, Veneris vſu laſciuiores, ad ſomnum & delicias euocauit. Quid his ergo vitiis fœdius? quid etiam damnoſius quibus virtus atteritur, victoriæ languent: ſopita gloria infamiam conuertitur, animi & corporis vires expugnantur: adeo vt neſcias, an ab hoſtibus, an ab illis capi pernitioſius habendum ſit *Val. Max. l. 9.*

Eſus carnium, & potus vini, ventrisq; ſaturitas, ſeminarium libidinis. *ibid.*

## ¶ Apophthegmata.

*Pythagoras.* Dicebat, in ciuitates primum irrepſiſſe delicias, mox ſaturitatem, deinde violentiam, poſtremo exitium. *Laert. l. 7 cap. 1.*

*Ariſtippus.* Quum quidam illi probro darent, quod ſplendide exquiſiteque viueret philoſophus: Id, inquit, ſi vitium eſſet, in celebritatibus Deorum nequaquam fieret. In his enim & magnifice veſtiri, & lautiſſimo ciborum apparatu ſolent vti. Porro cum Dii ſint infenſi vitiis, non placarentur, ſed irritarentur eiusmodi magnificentia, ſi ea cum vitio eſſet coniuncta. Sic ille quidem eluſit conuitium, non oſtendit, quid eſſet optimum. *Laertius libro ſecundo cap. 8.*

*Zeno Citicus* quendam audiens, luxuriam ſuam ſic coram bonis viris excuſantem, vt diceret, ſe ex eo, quod ſuperfluum ſibi eſſet ſumptum facere, argutiſſime reſpondit: Age dic, dares etiam veniam coquo tuo, ſi cum obſonia plus æquo ſalſa daret, diceret ſibi copiam ſalis eſſe? Senſit vir prudentiſſimus, nequaquam ex multa rerum copia victum moderandum eſſe, ſed ex neceſſitate naturæ, quæ paucis contenta eſſe ſolet. *Laertius lib. 7. capit. 1. Maxim. ſermone 61.*

*Crates* quendam deliciis luxuique deditum, ita per locum admonuit: Ne pro lenticula ſemper augeas patinam, ne in ſeditionem nos coniicias. Sentiens, à luxu cupediisque plerunque naſci diſſidia. Lenticula Philoſopho cibus eſt, λόπας carnes habet, & in diuitum menſis circumfertur. *Laert. l. 6. c. 6.*

*Antiſthenes*, quodam prædicante delicias: Hoſtium, inquit, filiis contingat, in deliciis viuere: artem peſtilentem deteſtans, quod plerique pro ſummo bono amplectuntur. *Laertius libro ſexto capite 1.*

*Diogenes* inuiſerat Lacedæmonem: inde Athenas reuerſum, quidam percontabantur, vt fit, quo iret, & vnde veniret? A viris, inquit, ad fœminas: notans Athenienſium deliciis effœminatos mores, quum Lacedæmonii dure inſtituerentur. *Laertius libro ſexto.*

*Idem.* Videns delicatum quendam hominem à ſeruo calceari: Nondum, inquit, ſat beatus es, niſi te etiam abſtergeat, id autem erit, ſi mancus fueris. *Laert. lib. 6.*

*Idem.* Luxurioſum quempiam in diuerſorio conſpiciens, veſcentem oleis. Si ſic prandiſſes, inquit non ita cœnares, ſentiens, non eſſe frugalitatis, quod ederet oleas: ſed quod ſtomachus nimis lauto prandio grauatus, nihil appeteret in cæna, vel potius, quod ingenti opum vi prodigaliter abſumpta, tenuiter viuere deinceps

cogeretur. Nam tenue prandium optime condit cœnam. *Laert. libr.6.*

*Idem* ad eum, qui obſoniis & luxui plus æquo indulgebat, illud Homericum accommodabat:

Ὠκύμορος δή μοι τέκος ἔσσεαι. id eſt:

Nate mihi fueris breuis æui: ſignificans, illum ſibi luxu mortem acceleraturum. *Laert.lib.6.*

*Idem*, eos, qui per luxum in coquos, nepotes, ſcorta, & adulatores facultates ſuas profunderent, ſimiles dicebat arboribus per præcipitia naſcentibus, quarum fructus homo non guſtaret, ſed à coruis & vulturibus ederentur: ſentiens, eos, qui gulæ ventrique ſeruiunt, non eſſe homines. *Laertius idem Crateri tribuitur à Stob.*

*Idem*, Stomachabatur in eos, qui pro bona valetudine Diis munera offerrent, & in ipſo ſacro omnibus voluptatibus ſe obruentes perderent. *Laert.lib.6.*

*Idem* aiebat, faciles eſſe Deos ad donandum hominibus vitam, cæterum hanc ignorari ab his, qui quærunt dulciaria vnguenta, aliaſque hoc genus delicias. His enim qui fruuntur, credunt viuere: quum veram vitam tranquillam ac ſuauem ſola præſtet ſapientia. Non igitur dii ſunt incuſandi, ſed homines, qui per ſtultitiam non poſtulant ab illis vitam, ſed voluptates. *Laert.lib.6.*

*Idem.* Qui ſcopum non attingunt, hi vulgo ἀτυχεῖν, id eſt, fruſtrari dicuntur. At Diogenes negauit illos fruſtrari, qui aberrarent à ſcopo: ſed eos, qui curas ſuas ad voluptates velut ad ſcopum dirigerent. Nam ab iis petunt beatitudinem, cum per eas deueniant in ſummam miſeriam. *Laert.lib.6.*

*Heraclitus*, in ſeditione rogatus, vt apud populum ſententiam diceret, quo pacto ciuitas redigi poſſet in concordiam, conſcenſo ſuggeſtu, popoſcit calicem aquæ frigidæ, & paululum farinæ inſperſit, mox de glechone admiſcuit, quod eſt vel pulegii ſylueſtris, vel leguminis genus. Deinde epoto calice diſceſſit, nec verbum addidit: hoc pacto innuens, ita demum ciuitatem carituram ſeditionibus, ſi repudiatis deliciis, aſſueſcerent paruo contenti eſſe. Et hic Heraclitus ſuo reſpondet nomini. Nam σκοτεινὸς dictus eſt, id eſt, tenebricoſus. *Referatur & hoc inter ἄφωνα apoph. Eraſm. apoph. ex Plut.*

*Socrates* dicebat, eos, qui ſe ad continentiam ac frugalitatem exercuiſſent, & longe plus habere voluptatis, ac minus dolorum, quam qui ſumma cura vndique pararet oblectamenta, quod voluptates intemperantiam, præter animi ſibi male conſcii cruciatum, præter infamiam ac paupertatem, frequenter ipſi etiam corpori plus adferant moleſtiæ, quam delectationis. Contra, quæ ſunt optima, eadem fiunt iucundiſſima, ſi quis aſſueuerit. *Laert.lib.2. cap.5.*

*Plato*, generoſum conſpicatus adoleſcentulum, patrimonio conſumpto ad fores pandochii panes edentem, & aquam bibentem. Si inquit, ſic moderate prandiſſes, nunquam ſic cœnares. *Maxim. ſermone 61.*

*Idem* conſpiciens Agrigentinos magnis impenſis ædificare, eodemque modo cœnare: Agrigentini, inquit, ædificant, quaſi ſemper victuri, & comedunt quaſi ſemper morituri. Dicit autem Timæus, eos lecythis argenteis & ſtrigilibus vſos eſſe, menſas totas burneas habuiſſe. *Ælian.lib.12.de var.hiſt.*

*Ariſtippus.* Sophiſta Polyænus ingreſſus ædes Ariſtippi, quum videret illic mulieres pulchre ornatas, ac magnifice inſtructum conuiuium, cœpit reprehendere tantum in philoſopho luxum. Ariſtippus diſſimulata obiurgatione aliquanto: poteſne, inquit, hodie nobiſcum eſſe? Cum ille non recuſaſſet: Quid igitur, inquit, incuſas? Videris enim non lautiorem menſam reprehendere, ſed impendium. Nam ſi conuiuium ob hoc ipſum diſplicuiſſet, quod eſſet lautius, recuſaſſet eſſe conuiua. Porro probare quidem apparatum, ſed offendi ſumptu, non frugalis, ſed auari hominis eſſe videtur. *Laert.l.2.c.8.*

*Menedemus* Antigono conſulenti, deberetne ad comeſſationem quandam adire: poſt ſilentium nihil aliud reſpondit, quam, Regis filius es. Subindicans, luxum indecorum eſſe regno natis: nec potentibus licere quod libet. *Laert.l.2.c.18.*

*Dionyſius ſophiſta* familiaribus dicere conſueuit, mel ſummo digito, non caua manu guſtandum eſſe. Sentiens, voluptates quam parciſſime admittendas. *Philoſtrat.in ſophiſt.*

*Arceſilaus Scytha* percontanti, qui fieret, vt ab aliis ſectis multi deficerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli deſciſcerent ad alios: Quoniam, inquit, ex viris Galli fiunt, ex Gallis viri nequaquam ſentiens, homines eſſe proniores ad voluptatem, quam ad virtutem. Gallos dixit ſacerdotes Cybeles euiratos. Porro voluptatem amplecti, fœminarum eſt potius, quam virorum. *Laertius libro quarto, cap.6.*

*Iſæus ſophiſta Aſſyrius*, cum primum ætatem dicaſſet voluptatibus, ſimul vt ad virilem peruenit, veluti alius ſubito factus miram induit morum ſeueritatem. Itaque percontanti cuidam, num illa (fœminam oſtendens) videretur formoſa? πέπαυμαι, inquit, ὀφθαλμιῶν, id eſt, deſij laborare ab oculis. Ab altero quopiam interrogatus, quis piſcis, aut quæ auis eſſet ad veſcendum ſuauiſſima? πέπαυμαι, inquit, ταῦτα σπουδάζειν, id eſt, iſta curare deſij. Et adiecit: ξυνῆκα γὰρ τοῦ Ταντάλου κήπους τρυγῶν, id eſt, ſenſi enim me è Tantali hortis fructus colligere. Subindicans, omnes eiuſmodi voluptates quibus iuuentus capitur, nihil aliud eſſe, quam vmbras ac ſomnia qualia de Tantalo fabulantur Poetæ. *Philoſtrat.*

*Stratonicus* Rhodios cum videret deliciis diſſolutos, & calido potu vtentes, appellauit albos Cyrenæos, & ciuitatem illorum appellauit procorum ciuitatem, quod colore quidem differrent à Cyrenæis, qui nigri ſunt, luxu, & voluptatum ſtudio ſimiles. Sic ... quidam appellabant albos Mauros. *Athen.*

*Idem.* Cum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum delicias... dicebat illos ædificare vt immortales, obſonare, quaſi breue tempus victuros. Auidius enim fruimur his, quæ breui ſcimus auferenda. *Eraſ.6.apoph.ex Plut.*

*Philoxenus.* Is fuit inſignis ganeo, qui cum in caupona ollam vidiſſet, in qua delitiæ coquebantur, odore captus, iuſſit filium ollam emere. Filio dicente, eam ollam magno pretio vendi: Hoc ſuauior, reſpondit, & iucundior erit, quo maiori pretio eam emeris. *Ælianus lib.10.de var.hiſtor.* Idem collum longius ſibi quam gruis fieri exoptabat, vt in guſtu magis oblectaretur. *Ariſtot. in Eth. Bruſ.l.3.c.1.*

*Alexius poeta.* Callimedontem rhetorem, vt deliciis deditum, taxauit his verſibus:

Ὑπὲρ πάτρας μὲν πᾶς τις ἀποθνήσκειν θέλει,
Ὑπὲρ δὲ μήτρας Καλλιμέδων ὁ Κάραβος.
*Pro patria vel quilibet velit mori:*
*At metra amore Callimedon ſolus cupit.*

Perit Latinis ioci gratia: nam πάτρα patriam ſignificat, μήτρα non matrem, ſed vuluam aut piſcem ſonat. Piſces olim erant in deliciis. *Eraſ.l.6.apoph.*

*Lycurgus*, cum ſtatuiſſet inuadere delicias, luxumque, & illis quoque tollere diuitiarum admirationem, inſtituit ſyſſitia, hoc eſt conuiuia publica. Percontanti vero, cur ea conſtituiſſet, & cur ſingulis conuiuiis pauci cum armis diſcumberent: Vt, inquit, expediti ſint ad parendum imperatis; & ſi quid tumultus inciderit, penes paucos ſit delictum, ſitque inter omnes potus ac cibi æqualitas: denique non ſolum in eſculentis ac poculentis, verum ne in ſtratis quidem, aut vaſis, aut alia re quacunque plus haberet diues quam pauper. His rationibus cum diuitiis detraxiſſet admirationem, poſtquam nemo erat, qui vel vti poſſet illis, vel oſtentare, dicebat amicis: Quam præclarum eſt, ô amici! ipſa re declaraſſe, cuiuſmodi ſint diuitiæ, ſi quando cœcæ ſunt, carentque ſpectatoribus & admiratoribus. Interim obſeruabat, ne quis prius domi ſumpta cœna veniret ad publica conuiuia, expletus aliis cibis, aliove potu. Quod ſi quis cum cæteris non biberet, ederetve, eum vituperabant, vt qui ... eduliis delinitus, abhorreret à victu communi. Porro qui ... conuictus eſſet id feciſſe, ei mulcta dicebatur. Vnde Agis ... poſt Lycurgum tempore rex fuit, debellatis Athenienſibus ... reuerſus, cum vellet quadam die cœnam capere cum vxore, ... tiis poſcenti, præfecti militiæ non miſerunt. Ea res cum ... innotuiſſet Ephoris, mulctam illi dixerunt. In eodem ... num exemplum nobis eſt proditum: primum frugalitatis, ... ſeueritatis, cum in cauſa non graui leges, nec regi pepercerint. *Plut. in Lacon.*

*Ageſilaus*, cum audiret quendam mirari, cur rex cum cæteris Lacedæmoniis tam frugali cibo veſtituque vteretur? Pro hac frugalitate, inquit, optimam meſſem metimus libertatem. Quo demonſtrare voluit, nihil æque libertati contrarium eſſe, ac voluptatem. *Plut.in Lacon.*

*Lyſander*, cum filiabus ſuis non permitteret, vt veſtes à Dionyſio datas induerent, interrogatus, Quamobrem hoc faceret? Ne, inquit, luxuria conſpicuæ, torpiores videantur, quam fuerunt ante. *Bruſ.l.3.c.33.*

*Epaminondas* à quodam ad cœnam inuitatus, quum bellariorum, obſoniorum & vnguentorum apparatum inueniſſet, e veſtigio abiit, dicens: Ego te ſacrificare, non laſciuire putabam. *Plut. in apoph.*

*Idem*: Quum coquus impenſæ rationem collegis redderet, maximum olei ſumptum duntaxat ægre tulit: ſed collegis admirantibus, impenſam quidem ſibi non diſplicere, dixit, ſed quod tantum olei intra corpus ipſe accepiſſet. Damnauit autem luxuriam in ... lo magis, quam in ſemetipſo, quem adeo prodigum olei ſuiſſe in vnctione corporis fatebatur, vt hac in re omnes facile ſuperarit. *Plutarch. in apoph.*

*Cyrus.* Perſæ, quoniam regionem habebant montuoſam aſperamque, cupiebant eam campeſtri ac molliore commutare. Id non paſſus eſt Cyrus, dicens: Quemadmodum plantas ac ſemina, ſic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens, ſe velle duros homines, & laboribus accommodos. Nam mollis ac fertilis regio, molles & ignauos gignit homines. *Plut.in apoph.*

*Xerxes* iratus Babyloniis, quod à ſe defeciſſent, poſtquam illos in poteſtatem ſuam redegit, interdixit, ne ferrent arma, ſed pſalteriis tibiiſque canerent, ſcorta alerent, cauponas haberent, ac ſinuoſis tunicis vterentur: quo voluptatibus molliti non molirentur denuo defectionem. *Plut.in apoph.*

Demo-

*Demetrius Phalereus* conſpicatus iuuenem luxurioſum, Ecce, [illegible] quadratam ſtatuam, habentem ſyrma, ventrem, pudenda & [illegible]. *Stob.*

*Alexander* Darii regiam ingreſſus, quum vidiſſet ſublime cu[illegible], & in eo ſtratum, menſas, cæteraque omnia artifico orna[illegible] :Hoccine, inquit, erat imperare? Sentiens, non eſſe re[illegible], huiuſmodi deliciis indulgere. *Plutarchus in Alexandro.*

*Craſſus.* Brutus quidam quum balneas patrimoniumq́; omne [illegible] vendidiſſet, pecuniamque luxurioſe dilapidaſſet, diceretq; ſe [illegible], Craſſus orator reſpondit: Non mirum eſt (inquit) quod ita [illegible], modo enim exiſti de balneis. Notauit autem hominis lu[illegible] qui in cauſſa erat, vt balneum, & alia diuendere coactus eſſet. *[illegible] lib. 5. c. 33.*

*[illegible] minor*, cum non ignoraret luxuria & voluptatibus mili[illegible] vires, omnem luxum & voluptatem è caſtris ſuis a[illegible] iuſſit, voluitque, vt milites ſtantes cœnarent obſonium, [illegible] coctum. *Plut. in apoph.*

*Cato*, Albidium quendam qui omnia ſua bona dilapidauerat, [illegible] conquerentem, domum ſibi incendio conſumptam eſſe: [illegible], inquit, fecit. Erant autē Proteruia, apud veteres Ethnicos [illegible], in quibus mos erat, vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne [illegible] conſumerent. *Bruſ. lib. 3. c. 1.*

*Idem* eam Rempublicam nequaquam ſaluam fore dicebat, in [illegible] pluris quam bos venderetur. Senſit autem vir prudentiſ[illegible] nihil æquè in Republica peſtiferum eſſe, quam ſi ciues luxu [illegible] diffluant. Præcipuus enim luxus erat in piſcibus, vnde le[illegible] mullum ſex nammum millibus emptum. *Plut.*

*Idem*, Quendam, qui agros mari vicinos ob luxum vendere co[illegible] ſe mirari, quaſi plus noſſet quam ipſum mare, quod [illegible] vix paulatim aſſuebat, ille facile deuorarat. *Eraſm. lib. 5. apoph. ex Plut.*

*Lucullus*, quum œconomus Lucullo cœnam modeſtam appa[illegible] obiurgauit: illo dicente, Non putabam ſumptuo[illegible] apparatu opus eſſe, quum ſolus eſſes cœnaturus. Quid ais, inquit [illegible], an ignorabas, apud Lucullum hodie cœnaturum Lucul[illegible]? *Plut. in apoph.*

*Tiberius Cæſar*, Attilio Butæ viro prætorio, quum ad inopiam [illegible] luxum ac ſocordiam redactus, fateretur, ac deploraret pauper[illegible] ſuam: Serò, inquit, experrectus es. Dormiunt temulentiæ ac [illegible] dediti, verius quam viuunt, nam vita vigilia eſt. *Seneca in e[illegible].*

*Caligula* luxu prodigioſo vtens, vt calidis rigidiſque vnguentis [illegible], precioſiſſimas margaritas aceto liquefactas ſorberet, [illegible] ex auro panes & obſonia apponeret, nummos non medio[illegible] è faſtigio baſilicæ Iuliæ per aliquot dies ſpargeret in [illegible] plebem. Liburnicas naues gemmatis puppibus, & verſicoloribus [illegible] fabricaretur: ſubinde dicebat, Aut frugi hominem eſſe opor[illegible] Cæſarem. *Eraſ. lib. 6. apoph. ex Sueton.*

*Heliogabalus*, adhuc priuatus, cum luxurioſus, omnibusque vo[illegible] deditus eſſet, reprehenſus à quodam, qui dicebat: An [illegible] vir luxurioſiſſime, ne poſt tot delicias pauper fias? Quid [illegible], inquit, quam vt ipſe mihi hæres ſim, & vxori meæ? *Rom. hi[illegible] Scriptores.*

*Alphonſus rex Arrag.* Eques quidam ingens patrimonium per [illegible] ac libidinem abſorbuerat, atq; inſuper magnam æris alieni [illegible] contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibuſdam apud Al[illegible] regem, ne ſaltem, quæ debebat, corpore luere cogeretur, Alphonſus reſpondit: Si tantam pecuniam vel in ſui regis obſe[illegible], vel patriæ commodis, vel ſubleuandis propinquis impen[illegible], audirem. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par [illegible], vt luat corpore. *Eraſm. lib. 6. apoph.*

## § Similitudines.

*Chryſoſtomi.* Tale eſt in ventrem cibos mittere, quale quiſquam [illegible] proiiciebat. Magis autem non tale, ſed multo peius: [illegible] fumum operatur, ſine tua læſione, illic autem plurimos [illegible] plurimasque procreat ægritudines. Quod facit fames, hoc [illegible] plenitudo ciborum, magis autem multo peiora: fames [illegible] in paucis diebus aufert hominem, & liberat ex hac vita pœ[illegible] exceſſus verò ciborum conſumit, & putrefacit corpus huma[illegible], & macerat ægritudine diuturna, & tunc cum morte crudeli [illegible]. *homil. 29. epiſt. ad Hebræos.*

Sicut terra, quæ valde humecta eſt, generat vermes & fimos, cum [illegible], vel cum plurimum ſibi humorem retinet: terra vero, quæ libera eſt ab humoribus, fructuum fœcunditate decoratur, ſi [illegible] abundantia non corrumpatur aquarum: ac ſi etiam non cola[illegible], vltro tamen gramina ſubminiſtrat: ſi verò colatur, fructuum fœcunditate pollebit. Obſecro igitur, ne noſtrum corpus vitioſum & inutile faciamus, neque ei vitia inſeramus, ſed fructus vtiles, & ar[illegible] fructuoſa, ne ea diſſoluamus per immoderationem ciborum. Immoderatio quippe pro fructibus vermes facit. Sic inſita nobis cupiditas, amores turpes, & voluptates turpiores generat. *homil. 29. in epiſt. ad Hebræos.*

*Baſilii.* Niſi forte dicturus es illud, quod naucleri facilius ſeruant nauim ſarcinis onuſtam, quam eam, quæ ad curſum expedita eſt, a leuis. Nam oneris magnitudine grauatam quamuis exiguus fluctus adoriens demergit. Contra quæ modicis ſarcinis temperata eſt, facile ſuffert vndarum impetum, eo quod nulla res impedit eam, quo minus fluctum in altum ſurgentem ſuperet. Eundem ad modum & hominum corpora, aſſidua expletione degrauata, facile à morbis demerguntur. Cæterum, quæ facili leuique vtantur alimonia, non modo malum, quo à morbo imminente expectabatur, velut tempeſtatis aſſultum effugiunt, verum etiam præſentem iam ægritudinem, veluti turbinem quendam coorientem diſcutiunt. *de ieiunio.*

Fumus abigit apes, Dona verò ſpiritualia fugat luxus. *de ieiunio.*

His, qui bellicis in rebus exercentur, quiq́ue palæſtris luctando deſudant, conuenit, vt ciborum copia reddant ſeipſos corpulentos, & obeſiores, videlicet quo validioribus neruis labores queant capeſſere: contra verò, quibus non eſt colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, aduerſus ſpirituales malitias, hos oportet per ſobrietatem ad ieiunium ac certamen exerceri. Leuius periculum eſt, ſi quis rhipſaſpis appelletur, quod clypeum in acie abiecerit: quam ſi magnam illam armaturam ieiunium videatur proieciſſe. *homil. 2. de ieiunio.*

Quod equis accidere ſolet, id hominibus quibuſdam, vt quo copioſius ipſis ſuppetunt neceſſaria, hoc euadant ferociores. *homil. 2. de ieiunio.*

*Hieronymi.* Tale quid & iſraelitico feciſſe populo Dominum, vt cupientibus Ægyptias carnes, vſque ad nauſeam & vomitum præberet examina coturnicum: multoſque ſeculi prius homines, facilius carere experta corporis voluptate, quam eos, qui à pueritia libidinem neſciunt. Ab aliis enim nota calcari, ab aliis ignota appeti. Illos vitare pœnitudo ſuauitatis inſidias, quas fugerunt: hos carnis illecebras, dulci titillatione corporis blandienteis: dum mella petant, venena noxia reperire. Mellè enim diſtillare labia meretricis: quod ad tempus impinguat veſcentium fauces; & poſtea felle amarius inuenitur. *Ad Gaudentium.*

*Hugonis de S. Victore.* Duobus modis ignis extinguitur, ſcilicet dum ſubtrahuntur ligna, vel aſpergitur aqua: Sic luxuriæ flamma dum ſubtrahuntur carnis incentiua, vel dum mens irrigatur lachrymarum affluentia, ſuffocatur, ne noceat. *libr. de Carnal. nupt. vitandis.*

*Hippocratis.* Quidam impudentia confuſi, cum ſuos amores habeant [illegible], alterius lecto furtim tabeſcunt. Alios inſanabilis auaritiæ morbus cruciat Alii in viſcera cum impetu ruunt. Nonnulli gloriæ ſtudio ad aſtra vſq; elati, vitiorum mole ad imum vſq; corruunt. Quidam fodiunt, vt ædificent, ac ædificando gaudent: quos poſtmodum [illegible] operum ſuorum. Amicitiæ iura tollunt, atq; illa in odium [illegible]. Proximos expugnant pariter & propinquos. Et harum rerum [illegible] author eſt. Et cum nihil differant à ludo puerorum, qui nihil conſilio per ætatem agunt, ſed quæ ſibi iucunda videntur, per cupiditatem tantum ſequuntur, à brutis animalibus ſeparantur. Nam animalia bruta, cum ſuæ cupiditatis ſaturæ ſunt, pro tempore quieſcunt, nec vt plus habeant, quærunt. Nullus vnquam leo humi aurum abſcondit: Sitit aper, quouſq; aqua ſatur ſit. Lupus, quod ad ſe expleat, deuorat: ſed ſatur factus, poſtmodum quieſcit. Pardus vltra expletionem nihil tunc vlterius quærit. Taurus paſcendo expletus, pabulo deſiſtit. At homini, vt ſe expleat, nec dies, nec noctes ſatis ſunt. *In epiſt. ad Damagetum.*

*Plutarchi.* Vt polypi non extendunt ſua flagella, niſi ad eſculenta: Sic quidam omnem felicitatem cibo potuq; metiuntur. *in Moralibus.*

*Abominamur* fœminas vtentes veneficiis in nos; & amplectimur ciborum artifices. *in Moral.*

*Qui* cibi duntaxat cauſa ad conuiuium accedunt, quaſi vas adducunt imperium. *in Moral.*

*Vt Mathematici* centro, ac ſpacio: Ita quidam omnem voluptatem ventre circumſcribunt. *in Moral.*

*Vt axillarum* titillatio riſum gignit, ſed inſuauem, & ſpaſmo ſimilem: Ita voluptates iniucundæ, quas corpus ab animo extimulatum non ſponte capit. *in Moral.*

*Vt nautæ* nimium onerantes nauem, deinde in exhaurienda ſentina laborant: Ita qui corpus onerant cibis, ac deinde clyſteribus inaniunt. *in Moral.*

*Vt qui ſacram* pecuniam vertunt in vſus belli, voluptatem transferunt ad neceſſitatem: Ita qui ad vſum edunt ac bibunt. *in Moralibus.*

*Vt ager ferax*, ſed quem oporteat multo impendio colere, non multum iuuat colonum: Sic homo quæſtuoſus, ſed idem ſumptuoſus haud multum reponit hæredi profuturum. *in Similibus.*

*Folengii*

*Folengij.* Quemadmodum ij, qui in lubrica gradientes via, facilè cadunt: Ita qui in immodica diuitiarum luxuria ſunt, nihil in ſuis ſtudiis aut actionibus, quod firmum eſt, ſtatuere norunt. *in Pſalmum* 73.

*Thriueri.* Quemadmodum ager fimo nimio luxuriatur, ad fructum ferendum parum idoneus, calce vero purgatur: Sic homines nimio cibo ac potu inſoleſcunt, ad res arduas ac laudabiles planè inepti, frugaliore autem vita manſuetiores fiunt. *in apoph.* 4.

*Honores*, diuitiæ, atque miniſtrorum numerus & varietas, nihilo ſecius animum afficiunt, quam vmbra corpus. Ergo nihilo ſecius valet, qui horum varietate pollet, quam qui caret. Nam neque is plus valet, qui longam quam qui breuem corporis vmbram ducit. *in apoph.* 82.

*Quemadmodum* alia vitia multa animum corrumpunt: Ita luxuria egregiè corpus effœminat, quodammodo vitioſum reddit. *in apoph.* 86,

*Vt in panno* holoſerico plus eſt oſtentationis, quam vtilitatis: Sic in apparatu obſoniorum plus ſumptus, quam ſanitatis, aut etiam dum voluptatis. *in apoph.* 98,

*Quemadmodum* diuitiarum copia plurima parit incommoda, quæ dira rerum neceſſitas tollit: Sic voluptas ac abundans rerum copia, infinita progenerat mala, quæ ſobrietate ſola tolluntur. *in apoph.* 115.

*Vinea putata* magis eſt frugifera: & per luxuriam rerum reddita eſt ſterilis Eccleſia. *in apoph.* 77.

*Paupertas* inſolentem redarguit, atque erudit; ſapientem autem rerum copia infatuat ac dementat. *in apoph*, 119.

## § Adagia.

Indulgere genio.

*Prouerbiales ſunt figuræ. Defraudare genium. Pro eo, quod eſt, negare naturæ, quod appetit. Indulgere genio, pro eo, quod eſt, Animo obſequi.*

Vita macerata. Βίος μεμυλαγμένος, *Diogen.*

*De molliter viuentibus quibus ex facili omnia ſuppetunt,*

Curare cuticulam. *Horatius.*

*Ire domum, atque pelliculam curare iube.*

*Num qui voluptati ſtudent magis quam famæ, vnum hoc curant, vt cutis ſumme niteat. Perſius.*

*Et aſſiduo curata cuticula ſole.*

Pontificialis cœna.

*Olim cœnas ſumptuoſas opiparasq; Pontificiales appellabant.*

Prægræcari.

*Pro eo, quod eſt, genialem agere vitam. Plaut.*

Semper Leontini iuxta pocula. ἀεὶ Λεόντινοι περὶ τοὺς κρατῆρας.

*In voluptuarios quadrabit, aut in eos, qui ſemper ſunt iiſdem ſtudijs addicti.*

Thericlei amicus. Θηρικλέους φίλος,

*Dictum in biboſos,*

Sale perunctus hic adiuuabitur. ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὀναιτ' ἂν οὗτοσί. *Ariſtoph.*

*Dicebatur in eos, qui vel ætate vel vino delirarent.*

E clibano boues. ἐκ κλιβάνου βοῦς. *Idem.*

*Vſus erit, quoties efferemus ſplendorem conuiuij, aut inſignem edacitatem.*

Theſſalorum alæ. Θεσσαλικαὶ πτέρυγες.

*Prouerbiali ioco quondam dicebatur in veſtes manicatas, quas Græci χειριδωτοὺς vocant, quod hoc genere per luxum ac delicias vterentur Theſſali.*

Sapientia vino obumbratur.

*In prouerbijs item duo referentur, quæ ſapientem etiam dementent: Vinum & mulieres.* Wenn Wein eingehet/ſo gehet Weißheit auß.

Sine Cerere & Baccho friget Venus.

*Terent. in Eunucho: Cibus enim & potus irritamenta ſunt libidinis.* Vor eſſen wird kein Tantz. Wann die Sackpfeiffe nicht voll iſt/ſo kürret ſie nicht. Ohne Frawen vnd Wein kan niemand frölich ſein.

Heterognathus es. ἑτερόγναθος εἶ.

*In edacem dici conſueuit, quod ob voracitatem alternatim vtraque mandibula cibum commanducaret.*

Ficus auibus gratæ, at plantare nolunt. σῦκα φίλ' ὀρνίθεσσι, φυτεύειν δ' οὐκ ἐθέλουσιν.

*Quadrabit in voluptuarios, ac fugitantes honeſti laboris, quum tamen appetant emolumentum.* Die Katze iſſet die Fiſche gern/ſie will aber nicht ins Waſſer.

Aſini mandibula. ὄνου γνάθος.

*Conueniet in edaces, alioqui ſtolidos & ignauos.*

Riſus Ionicus.

*In molles & voluptuarios dicitur.*

Choreæ Ionicæ.

Horatius.

*Motus doceri gaudet Ionicos*
*Matura virgo.*

*Laſciuas ſaltationes, & parum decoras geſticulationes ſignificans.*

Ionicè. Ἰωνικῶς.

*Pro eo, quod eſt, ἱδρῶς, id eſt, molliter ac delicatè.*

Matrum ſequimini porci. ἕπεσθαι μητρὶ χοῖροι.

*Quadrabit & in gulæ ventriq; deditos.*

Porcus Troianus.

*Conueniet in opipara conuiuia, aut in hominem varijs delicijs expletum.*

Græco more bibere.

*In voluptatibus & delicijs addictos reijcitur.*

Sybariſſare.

*Pro eo, quod eſt, opiparè ac genialiter viuere.*

Alcinoi menſa.

*Gregorius ſimili tropo menſam luxu redundantem, Alcinoi dixit.*

Decempes vmbra. δεκάπους σκιά ἐστι.

*Id eſt: Decempes vmbra eſt, id eſt, cœnandi tempus. Veteres vmbris notabant horas diei Porro vmbra decem pedum erat gratiſſima paraſitis, cœnæ ſpem faciens.*

Ventres, γαστέρες.

*Dicebantur homines edaces, ventriq; atque abdomini ſeruientes. Lucilius,* Füllwängſt.

*Viuite lurcones, comedones, viuite ventres.*

Venter auribus caret. γαστὴρ οὐκ ἔχει ὦτα.

*Vbi de paſtu agitur, non admittuntur honeſtæ rationes.*

Ventrem mihi obijcis.

*In Græcorum adagiorū collectaneis commemorantur & hi verſus.*

Γαστέρα μοι προφέρεις κάλλιστον ὄνειδος ἁπάντων,
Ἡ πλήρης μετὰ ἐλαφροτέρα, κενὴ δὲ βαρεῖα.
*Ventrem mi obiectas, quos probrum haud pulchrius vllum.*
*Plenus ijs eſt leuior, grauis idem vbi pendet inanis.*

Vtres Thylaci. ἀσκὸς καὶ θύλακος. *Athen.*

*Dicebatur, qui cibo potuiq; indulgebant: ἀσκὸς enim vter vinarius: θύλακος, vas vinarium.*

Methyſocottabi. Μεθυσοκότταβοι.

*Vulgari conuitio dicebantur bene poti, quaſi cottabo temulenti, Cottabus enim poculi genus eſt.* Du haſt am Ende geſeſſen vnd hat dir niemand zu trincken geben.

Μύτης.

*Dicitur rectè in libidinoſos, aut ſupra modum vxorioſos. Rectius autem in viroſas fœminas.*

Pyræus non fert vaſa inania. Πειραιεὺς οὐ κενὰς ἄγει. *Iul. Pollux.*

*Scommata in eos, qui gaudent ſemper cibo potuq; diſtendi.*

Bos in ſtabulo. Βοῦς ἐν αὐλίῳ.

*Dicebatur inutilis, & in otio vitam degens.* Maſtſchwein.

Herculani lecti. Ἡράκλειοι στρωμναί. *Athen.*

*Herculani lecti dicebantur molles ac delicati.*

Abronis vita. Ἅβρωνος βίος, *Zenodotus.*

*De molliter ac delicatè viuentibus.*

Epiſcythare. Ἐπισκυθίζεσθαι.

*Lacedæmoniorum adagio dicitur pro eo, quod eſt, vinum merum intemperantius bibere. Commode deflectas licebit ad cuiuſuis intemperantem & immodicum vſum.*

Sybaritica menſa. Συβαριτικὴ τράπεζα. *Alcinoi menſa.*

*De conuiuio dicebatur nimium apparato.*

Syracuſana menſa. Συρακουσία τράπεζα.

*Prælauta atque opipara dicebatur.*

Vixit, dum vixit, bene.

*Conueniet in eos, qui molliter ac ſuauiter viuunt, atque ita faciunt ſumptus, vt non multum iuuent hæredem,*

Teneri calidis balneis. Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις. *Eudemus.*

*In molles & luxu diffluentes dicebatur.*

Amazonum cantilena. Ἀμαζόνων ᾆσμα.

*In delicatos ac laſciuos, & parum viros.*

Coronam quidem geſtans, cæterum ſiti perditus. Στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δὲ ἀπολωλώς. *Ariſtophan.*

*In temulentum & lurconem aptè torquebitur, quiq; abligurire ſit ad inopiam redactus.*

Ex Amphiteto bibiſtis. Ἀμφιθέτῳ ἐπίνετε.

*Dicebatur in eum, qui meratius & largius potaret.*

Maſchalam tollere. Μασχάλην αἴρειν.

*Dicebatur, qui auidius biberet.*

Vinum ſenem etiam & nolentem ſaltare compellit.

*Admonet, nihil eſſe tam ineptum, neque tam alienum, ad quod non incitet ebrietas. Homerus.*

Οἶνος ἀνώγει γέροντα, καὶ οὐκ ἐθέλοντα χορεύειν.
*Inſanire facit ſanos quaque copia vini.*

Viuum caret clauo. τὸν οἶνον οὐκ ἔχειν πηδάλιον. *Athen.*

*Propterea quod ebrietas nihil conſulti, neque moderate vel dicit, vel facit.*

Amphidromiam agis. Ἀμφιδρομίαν ἄγεις.

*Adagium ad varios vſus poterit accommodari: vel ad eos, qui pueros oſtentant, ac circumferunt, aut munuſcula captant, ambiuntq;.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

In vino luxuria, *Epheſ.5. v.18.*

§ BIBLICA EXEMPLA.

Luxuriæ exempla: Antiquior mundus, *Geneſ.6.v.1.* Sodoma, & ciuitates circumiacentes, 19. v.24. Sichem, 34. v.25. Stupratores vxoris Leuitæ peregrini, *Iudic.19.v 25.* & 20. v 46. Abner, 2. *Sam.3.* v.8. Herodiadis filia, *Matth.14.v.7.* *Marc.6. v.22.* Prodigus filius, *Luc.15. v.13.*

§ HIEROGLYPHICVM.

Peruetuſtum fuit apud hieroglyphicos Ægypti ſacerdotes, delicias, victus, luxum & laſciuiam ex *Porci ſimulacro* ſignificare. Argumento eſt columna in æde Thebis Ægyptiis olim erecta, in qua ... in Regem Menin execrationes deſcriptæ erant, qui primus ... Ægyptios è parſimonia luxuriam, à modeſtia ad intemperantiam, à virtute ad effœminationem illexit, quapropter ſimulacrum eius *porcum* eſſe voluerunt. *Pier. Valer. libro 9. cap.20.* pagina ... F.

§ EMBLEMATA.

Emblema LXXII. Andr. Alciati.

*Eruca capripes redimitus tempora Faunus*
*Immodica Veneris ſymbola certa refert.*
*Eſt eruca ſalax, indexq; libidinis hircus:*
*Et Satyri Nymphas ſemper amare ſolent.*

Luxurioſum opus.

Emblema LXXIII.

*Rupibus aereis, ſummiq; crepidine ſaxi*
*Immites fructus ficus acerba parit:*
*Quos corui comedunt, quos deuorat improba cornix,*
*Qui nihil humanæ commoditatis habent:*
*Sic fatuorum opibus paraſiti & ſcorta fruuntur,*
*Et nulla iuſtos vtilitate iuuat.*

*Vide Titul. Delitiæ, Ebrietas, Gula, Intemperantia.*

*FINIS LIBRI DECIMI.*

POLYAN-